δ'. Καὶ ἡμεῖς ποῖνον τοῦτο μάθωμεν, καὶ μὴ, ἐν ἀκούσῃ, ὅτι οὐκ ἐστὶν Ἕλλην, οὐδὲ Ἰουδαῖος, εὐθέως Χριστιανὸν εἶναι νομίσης, ἀλλ' ἐξέτασον καὶ τὰ ἄλλα ἅπαντα· ἐπεὶ καὶ Μανιχαῖοι καὶ πᾶσαι αἱρέσεις τοῦτο ὑπέδισαν τὸ προσωπεῖον, πρὸς τὸ οὕτως ἀπατᾶν τοὺς ἀφελεστερούς· ἀλλ' ἐὰν ἔχωμεν τὰ αἰσθητήρια τῆς ψυχῆς γεγυμνασμένα πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ, δυνασόμεθα τοὺς τοιοῦτους διακρίνειν. [89] Πῶς δὲ γεγυμνασμένα γίνεται ἡμῶν τὰ αἰσθητήρια; Ἄπὸ τῆς συνεχούς ἀκροάσεως, ἀπὸ τῆς τῶν Γραφῶν ἐμπειρίας. Ὅταν γὰρ προθῶμεν αὐτῶν τὴν πλάνην, καὶ σήμερον ἀκούσης καὶ αὐριον, καὶ δοκιμάσης μὴ καλῶς ἔχειν, τὸ πᾶν ἔμαθες, τὸ πᾶν ἔγνως· κἄν σήμερον μὴ καταλάβῃς, αὐριον καταλήψῃ· *Τῶν τὰ αἰσθητήρια*, φησὶ, *γεγυμνασμένα ἔχόντων.* Ὁρᾷς ὅτι χρὴ γυμνάξῃν ἡμῶν τὴν ἀκοήν ταῖς ἀκροάσεσι ταῖς θεαῖς, ὥστε μὴ ξενοφωνεῖσθαι; *Γεγυμνασμένα*, φησὶ, *πρὸς διάκρισιν*· τούτέστιν, ἐμπειρον εἶναι. Ὁ μὲν λέγει μὴ εἶναι ἀνάστασιν, ὃ δὲ οὐδὲν τῶν μελλόντων προσδοκᾷ, ἄλλο; ἕτερον λέγει Θεὸν, ἄλλος ἀπὸ Μαρίας αὐτὸν ἔχειν τὴν ἀρχὴν. Καὶ θεὰ εὐθέως πῶς ἐξ ἀμετρίας πάντες ἐξέπεσον, οἱ μὲν πλεονάσαντες, οἱ δὲ ἐλαττώσαντες. Οἶον, πρώτη μὲν πάντων αἵρεσις ἡ Μαρκίωνος· ἐκείνη ἕτερον Θεὸν ἐπιστήγαγε τὸν οὐκ ὄντα. Ἰδοὺ τὸ πλῆρον· Μετ' ἐκείνην ἡ Σαβελλίου, τὴν Ὑῖν καὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα ἐν πρόσωπο· εἶναι λέγουσα. Εἶτα ἡ Μαρκελλίου καὶ Φωτεινοῦ, καὶ αὕτη τὰ αὐτὰ προεδιούσα. Εἶτα ἡ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, ἐκ Μαρίας λέγουσα τὴν ἀρχὴν αὐτὴν ἐσχηκέναι. Εἶτα ἡ Μανιχαίων· αὕτη γὰρ πασῶν νεαντέρα. Μετ' ἐκείνης, ἡ Ἀρείου. Εἰσὶ δὲ καὶ ἑτεροι. Ἡμεῖς δὲ διὰ τοῦτο τὴν πίστιν παραλάβομεν ἀπλῶς, ἵνα μὴ ἀναγκασώμεθα μυρίαῖς ἐπιέναι αἱρέσεσι, καὶ πράγματα ἔχειν, ἀλλ' ὅπερ ἂν ἡ προσθεῖναι, ἢ ἀφελεῖν τις ἐπιχειρήσειεν ἐκείνης, τοῦτο νόθον εἶναι νομίσωμεν. Καθάπερ γὰρ οἱ τοὺς κανόνας διδόντες οὐκ ἀναγκάζουσι μυρία μέτρα περιεργάζεσθαι, ἀλλὰ τὸ δοθὲν ἐκεῖνο κατέχειν κελύουσιν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν δογμάτων. Ἄλλ' οὐδεὶς βούλεται ταῖς Γραφαῖς προσέχειν· εἰ γὰρ προσείχομεν, οὐ μόνον οὐκ ἂν περιεπέσομεν τῇ ἀπάτῃ, ἀλλὰ καὶ

ἐτέρους ἀπατωμένους ἀπηλλάξιμεν ἂν, καὶ τῶν κινδύνων ἐξελεύσομεν. Ὁ γὰρ ἰσχυρὸς στρατιώτης οὐ μόνον ἑαυτῷ ἀρκέσαι δύναται, ἀλλὰ καὶ τὸν παραστάτην διαφυλάξαι, καὶ τῆς τῶν πολεμίων βλάβης ἐλευθερώσαι. Νῦν δὲ οὐδὲ ὅτι Γραφαὶ εἰσὶν ἰσασίτινες· καίτοι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοσαύτην ἀκονομήσεν, ὥστε αὐτὰς φυλαχθῆναι. Καὶ ὁρᾶτε ἀνωθεν, ἵνα μάθητε τοῦ Θεοῦ τὴν ἀφατον φιλανθρωπίαν· Ἐνέπνευσεν τῷ μακαρίῳ Μωϋσεῖ, τὰς πλάκας ἐκόσμησε, κατέσχεν αὐτὸν τεσσαράκοντα ἡμέρας [90] ἐπὶ τοῦ ὄρους, καὶ πάλιν τοσαύτας ἐτέρας, ὥστε δοῦναι τὸν νόμον. Μετὰ δὲ ταῦτα προφήτας ἐπέμψε μυρία πεπθόντας δεινά. Ἐπῆλθε πόλεμος, ἀνείλυν πάντας, κατέκοψαν, ἐνεπρήσθησαν αἱ βίβλοι. Ἐτέρω πάλιν ἀνθρὶ θαυμαστῶ ἐνέπνευσεν, ὥστε αὐτὰς ἐκθέσθαι, τῷ Ἑσδραῖ λέγω, καὶ ἀπὸ λειψάνων συντεθῆναι ἐποίησε. Μετὰ δὲ τοῦτο φηκονόμησεν ἐρμηνευθῆναι αὐτὰς ὑπὸ τῶν Ἑβδομήκοντα· ἠρμήνευσαν ἐκείνοι. Παρεγένετο ὁ Χριστός, δέχεται αὐτὰς, οἱ ἀπόστολοι εἰς πάντας αὐτὰς διασπέρουσι, σημεῖα ἐποίησε καὶ θαύματα ὁ Χριστός. Εἶτα τί; Μετὰ τοσαύτην πραγματείαν καὶ οἱ ἀπόστολοι ἔγραψαν, καθὼς καὶ Παῦλος εἶπεν· *Ἐγράψα δὲ πρὸς ρουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὗς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησε.* Καὶ ὁ Χριστός ἔλεγε· *Πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰς Γραφάς.* Καὶ Παῦλος πάλιν ἔλεγε· *Διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως τῶν Γραφῶν τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν· καὶ πάλιν Πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμος· καὶ ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικεῖται ἐν ὑμῖν πλουσίως.* Καὶ ὁ προφήτης· *Ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσῃ ἡμέρας καὶ νυκτός·* καὶ ἐτέρωθι πάλιν· *Πᾶσα διήγησις σου ἔστω ἐν νόμῳ Ὑψηλίου.* Καὶ πάλιν· *Ὡς γλυκεία τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγια σου* (οὐκ εἶπε, Τῇ ἀκοῇ μου, ἀλλὰ, Τῷ λάρυγγί μου), *ὕπερ μέλι καὶ κηρίον τῷ στόματι μου.* Καὶ ὁ Μωϋσῆς, *Μελετήσῃς ἐν αὐτοῖς*, φησὶ, *διαπαντός, ἀριστάμετος, καθεζόμενος, κοιταζόμενος.* Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος γράφων πρὸς Τιμόθεον ἔλεγεν· *Ἐν αὐτοῖς ἴσθι, ταῦτα μελέτα*· Καὶ μυρία ἂν τις περὶ αὐτῶν εἴποι. Ἄλλ' ὅμως μετὰ τοσαῦτα εἰσὶ τινες οὐδὲ εἰδότες ὅτι εἰσὶ ποτε Γραφαί. Διὰ τοι τοῦτο οὐδὲν ὑγιές, οὐδὲν χρησιμον παρ' ἡμῶν γίνεται. Ἄλλ' εἰ μὲν τις τὰ τῆς στρατείας εἰδέναι βούλοιο, ἀνάγκη τοὺς νόμους αὐτῶν μανθάνειν τοὺς στρατιωτικούς· καὶ εἰ τις τὴν κυβερνητικὴν, ἢ τὴν τεκτονικὴν ἐπιστήμην γινώσκειν ἐθέλοι, ἢ εἰ τι ἕτερον, τὰ τῆς τέχνης αὐτὸν ἀνάγκη μανθάνειν· ἐναυθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἔστι ποιοῦντας ἰδεῖν· καὶ ταῦτα τῆς ἐπιστήμης ταύτης πολλῆς δεομένης τῆς ἀγρυπνίας. Ὅτι γὰρ καὶ τοῦτο τέχνη ἐστὶ διδασκαλίας δεομένη, ἀκούσων τοῦ Προφήτου λόγοντος· *Ἀσῦτε, τέκνα, ἀκούσατέ μου, φόβον Κυρίου διδάξω ὑμᾶς.* Ἄρα ἀληθῶς διδασκαλίας δεῖται ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος. Εἶτα φησὶ, *Τίς ἐστὶν ἀνθρωπος ὁ θέλων ζῶν;* ζῶν τὴν ἐκεῖ λέγει. Καὶ πάλιν [91], *Πᾶσον τὴν γλώσσαν σου ἀπὸ κακοῦ, καὶ χεῖλη σου τοῦ μὴ λαλήσῃς δόλον·* ἐκκλίνον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν· ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν· Ἄρα ἴσται, τίς ταῦτα εἶπε προφήτης, ἢ ἱστοριογράφος, ἢ ἀπόστολος, ἢ εὐαγγελιστής; Οὐκ ἔγωγε οἶμαι, πλὴν ὀλίγων· καὶ αὐτοὶ δὲ οὗτοι πάλιν, ἐὰν παραγάγωμεν μαρτυρίαν ἐτέρωθεν,

* Ταῦτα μελέτα deest in Colbertino.

ipse quoque dicit, *Imperitus sermonis justitiæ* : hoc est, imperitus philosophiæ supernæ, non potest suscipere vitam perfectam et exactam. Aut justitiam hic dicit Christum, excelsumque et sublimem de ea re sermonem. Atque dixit quidem quod hebetes et imbecilli facti sint, undenam autem, nondum addidit, ipsis id sciendum dimittens, et molestam nolens reddere orationem. In Galatis autem et miratus est, et dubitavit : quod multo majus est ad consolationem, ut qui numquam expectasset fore ut hoc fieret. Hoc enim est dubitatio. Vides aliam esse infantiam? vides aliam esse perfectionem? Efficiamur ergo perfecti hac perfectione : licet, etiamsi simus pueri et juvenes, ad illam venire perfectionem : non est enim naturæ, sed virtutis. 14. *Perfectorum autem est solidus cibus : eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni et mali.* Quid vero? non habebant illi sensus exercitatos, neque sciebant quid bonum, quid malum? Ab eo nunc non agitur de vita, quando dicit, *Ad discretionem boni et mali* ; hoc enim potest quilibet scire, et est facile ; sed de rectis et sublimibus dogmatibus, et de pravis humilibusque et abjectis. Infans non potest malum et bonum cibum distinguere : sæpe quidem et pulverem in os injicit, et quod est noxium accipit, et omnia facit citra discretionem. Sed non est ejusmodi id quod est perfectum. Tales sunt qui omnibus temere animum adhibent, et sine discrimine aures præbent : et eos reprehendit ut qui temere circumferantur, et nunc quidem his, nunc vero illis se dant : quod etiam in fine subindicavit, dicens, *Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci* ; hoc est, *Ad discretionem boni et mali.* Nam guttur quidem gustat cibos, anima vero sermones.

4. *Quomodo discernendo errori apti efficiemur. Scripturæ quos habuerint interpretes.* — Nos quoque hoc discamus : si audieris quod non sit Græcus, nec Judæus, ne protinus existimes eum esse Christianum, sed etiam alia omnia examines : nam et Manichæi, et omnes hæreses hanc personam induerunt, ut sic decipiant simpliciores : sed si habeamus animi sensus exercitatos ad discretionem boni et mali, poterimus eos discernere. Quomodo autem fiunt sensus nostri exercitati? A continua auditione, a Scripturarum peritia. Quando enim proposuerimus eorum errorem, et hodie audiveris, et cras non recte habere probaveris, totum didicisti, totum cognovisti : et si hodie non comprehendisti, eras comprehendes. *Eorum*, inquit, *qui sensus habent exercitatos.* Vides quod aures nostræ sint exercendæ divinis auditionibus, ut non dicantur peregrina? *Exercitatos*, inquit, *ad discretionem* : hoc est, esse peritum. Alius quidem dicit non esse resurrectionem; alius autem ex futuris nihil expectat; alius alium dicit Deum; alius a Maria eum habere principium. Vide autem protinus quomodo omnes sunt lapsi ex immoderatione, cum alii quidem plus, alii vero minus habuerint. Exempli causa, prima quidem omnium hæresis est Marcionis : illa

alium introduxit Deum, qui non est. Ecce hic plus est. Post illam hæresis Sabellii, quæ dicit Filium et Patrem et Spiritum unam esse personam. Deinde Marcelli hæresis et Photini, quæ ipsa quoque hæc ipsa assertit et prædicat. Et Pauli Samosatani hæresis, dicens eum habuisse initium ex Maria. Deinde hæresis Manichæorum : hæc est enim omnium recentissima. Post illas hæresis Arii. Sunt autem etiam alie. Et ideo fidem accepimus, ne necesse habeamus ad innumerabiles hæreses accedere, vexarique et molestia affici, sed quod ei vel addiderit, vel ademerit quispiam, id existimemus esse adulterinum. Nam sicut ii qui dant regulas, non necesse habent mensuras innumerabiles curiose inquirere, sed illam quæ data fuit jubent tenere : ita etiam in dogmatibus. Sed nemo vult attendere Scripturis : nam si attenderemus, non solum non inderemus in errorem, sed etiam deceptos liberaremus, et extraheremus a periculis. Nam miles fortis non sibi solum potest sufficere, sed etiam qui est juxta eum socium conservare, et ab hostium noxa liberare. Nunc autem nec quod sint quidem Scripturæ norunt aliqui : quamquam sanctus Spiritus tam multa administravit ut eæ custodirentur. Videte autem ab ipso repetentis initio, ut Dei discatis ineffabilem benignitatem : Mosen inspiravit, tabulas inculpavit, quadraginta dies eum tenuit in monte, et rursus totidem ut daret legem (*Exod. 32*). Postea autem misit prophetas mala peccatos innumerabilia. Ingruit bellum, omnes sustulerunt, considerunt, exusti fuerunt libri. Alium rursus virum inspiravit admirabilem, ut illos exponeret, Esdras, inquam, et fecit ut componerentur ex reliquiis. Postea autem curavit ut Septuaginta eas interpretarentur : illi eas sunt interpretati. Advenit Christus, eas suscipit, apostoli in omnes disseminant : Christus fecit signa et miracula. Quid deinde? Post tam multa, tam accurate gesta, scripserunt etiam apostoli, sicut etiam dixit Paulus : *Scripta sunt autem ad nostram admonitionem, ad quos fines sæculorum pervenerunt* (*1. Cor. 10. 11*). Et Christus dicebat : *Erratis, nescientes Scripturas* (*Matth. 22. 29*). Et rursus, dicebat Paulus : *Per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus* (*Rom. 15. 4*) ; et rursus *Omnia scriptura divinitus inspirata est utilis* (*2. Tim. 3. 16*), et, *Verbum Christi habitat in vobis abundanter* (*Col. 3. 16*). Et propheta, *In lege ejus meditabitur die ac nocte* (*Psal. 1. 2*) ; et rursus alibi, *Omnia narratio tua sit in lege Altissimi* (*Eccli. 9. 23*) ; et rursus, *Quam dulcia gutturi meo eloquia tua* (non dixit, Auribus, sed, *Gutturi meo*) *super mel et favum ori meo* (*Psal. 18. 11*). Et Moses, *Meditaberis*, inquit, *in eis semper, surgens, sedens, cubans* (*Deut. 6. 7*). Ideo et Paulus scribens ad Timotheum dicebat : *In illis sta, hæc meditare* (*1. Tim. 4. 15*). Atque innumera de his dici possint. Sed tamen post tam multa sunt aliqui qui nesciunt quidem quod sint Scripturæ. Propterea apud nos nihil sanum, nihil rectum, nihil utile. Sed si velit quidem quispiam artem discere militarem, necesse est ut leges discat militares : et si quis velit discere scien-

tiam gubernaculi, aut fabricandi, aut si quid aliud, necesse est ut discat quæ sunt artis: hic autem nihil agitur ejusmodi, idque cum hæc scientia multis opus habeat vigiliis. Nam quod hoc quoque sit ars indigens doctrina, audi prophetam dicentem: *Venite, filii, audite me: timorem Domini docebo vos (Psal. 33. 12 - 14)*. Vere ergo doctrina opus habet Dei timor. Deinde ait: *Quis est homo qui vult vitam?* dicit vitam quæ illic est. Et rursus, *Cohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum: declina a malo, et fac bonum: quære pacem, et persequere eam*. Scitisne quisnam propheta hæc dixerit, aut historiographus, aut apostolus, aut evangelista? Ego quidem non opinor, præter paucos: atque rursus iis ipsis, si adduxerimus aliunde testimonium, idem quod vobis eveniet. Ecce enim dicam idem dictum aliis verbis: *Lavamini, mundi estote, auferte pravitates vestras ab animabus vestris coram oculis meis, discite bonum facere, exquirite judicium: cohibe linguam tuam a malo, et fac bonum: discite bonum facere (Isai. 4. 16. 17)*. Vides quod virtus egeat doctrina? nam ille quidem dicit, *Timorem Domini docebo vos*: hic vero, *Discite bonum facere*.

Lectoris officium in Ecclesia. — Scitisne ubi hæc sita sint? Ego quidem non opinor, præter paucos. Atqui singulis hebdomadis hæc vobis bis vel ter le-

guntur; et cum lector ascenderit, dicit primam cuius sit liber, nempe hujus vel illius prophetæ aut apostoli, aut evangelistæ; tunc illa dicit, ut ea magis signetis et observetis, et non solum sciatis quæ illic sita sunt, sed et causam eorum quæ scripta sunt, et quisnam ea dixerit. Sed omnia frustra sunt, omnia temere: nam totum vestrum studium est effusum in ea quæ ad hanc vitam pertinent, spiritualium vero nulla habetur ratio. Propterea nec illa vobis ex sententia eveniunt; sed illic quoque multæ sunt difficultates. Nam Christus quidem dicit: *Petite regnum Dei, et hæc omnia adjicientur vobis (Matth. 6. 33)*: et hæc quidem dicit danda pro accessione; nos autem ordinem invertimus, et terram quærimus et bona terræ tamquam illa sint danda pro accessione. Propterea neque hæc habemus, neque illa. Tandem ergo resipiscamus, et futura concupiscamus: sic enim hæc quoque sequentur. Fieri enim non potest, ut qui ea quærit quæ Deo congruunt, humana quoque non assequatur: hæc est sententia ipsius Veritatis hoc dicentis. Ne ergo aliter faciamus, sed Christi consilium teneamus, ne ab omnibus excidamus. Deus autem est potens nos compungere, et meliores facere, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri una cum sancto Spiritu gloria, imperium, honor et adoratio, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA IX.

CAP. 6. v. 1. *Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem seramur, non rursus jacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, et fidei ad Deum, 2. baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, et judicii æterni. 3. Et hæc faciemus, si quidem permiserit Deus.*

1. Audivistis quantum reprehenderit Hebræos volentes semper de iisdem discere? et merito. Nam cum deberetis esse magistri propter tempus, rursus opus habetis ut vos doceamini, quænam sint elementa initii eloquiorum Dei. Vereor ne hæc quoque vobis dicere sit tempestivum, quod cum deberetis esse magistri propter tempus, ne discipulorum quidem locum teneatis; sed semper eadem et de iisdem audientes, tamquam nihil audientes ita affecti sitis: et si quis vos interroget, nemo possit respondere præter admodum paucos, eosque numeratu faciles. Hoc autem non est parvum damnum. Sæpe enim doctorem volentem ulterius progredi, et quæ sunt magis mystica et altiora tangere, non sinit eorum qui discunt ignavia et negligentia. Nam sicut in magistris ludi literarii, si elementa semper audiat puer, et ea non tencat, necesse erit eidem puero eadem semper insonare et repetere; nec prius desistet docere, quam illa accurate potuerit discere: esset enim multæ amentix, prioribus non recte inditis ad alia eum ducere: sic etiam in ecclesia, si nobis eadem dicentibus nihil amplius discatis, non cessatis eadem dicere. Si ostentationis quidem et honoris

a nobis haberetur ratio, oporteret semper transire et transire, vestrum nullam gerentes curam, sed solos vestros plausus appetere: sed quoniam non in hoc studium posuimus, sed nos pro vestra utilitate omnem laborem suscipimus, non cessabimus de iisdem vobis dicere, donec ea recte gesseritis. Nam multa dicere poteramus et de gentium superstitione, et de Manichæis et Marcionistis, et per Dei gratiam validas eis plagas infligere, sed non est nunc de eis dicendi tempus. Nam iis qui sua nondum exacte norunt, et qui nondum didicerunt quod malum sit plus quam par est habere, quis talia verba dixerit, et ad alia duxerit ante tempus? Atque nos quidem non cessabimus eadem dicere, sive vobis persuaserimus, sive non: veremur autem ne eadem continenter dicendo, si non audiatis, iis qui frustra audiunt, majorem efficiamus condemnationem. Non sunt autem hæc a me omnibus dicenda: scio enim multos juvari a suo in hunc locum ingressu, qui jure adversus illos exclamaverint, ut qui per suam discendi segnitiam et negligentiam sibi insidiantur. Sed ne sic quidem eos oppriment insidiæ: assidue enim eadem audire iis etiam qui sciunt, est utile: nam cum id quod scimus sæpe audierimus, magis compungimur. Scimus, verbi gratia, quod res bona sit humilitas, et quod Christus sæpe de ea sit loquutus; sed quando et ipsa verba audierimus, et quæ de iis sunt contemplationes, magis afficimur, etiamsi millies audiverimus. Quamobrem est opportunum ut nos quoque nunc vobis dicamus: *Quapropter intermittentes inchoa-*

τὰ αὐτὸ ὑμῖν πείσονται. Ἰδοὺ γὰρ, ἐρῶ τὸ αὐτὸ τοῦτο ἔτι, βήμασιν ἐτέροις εἰρημένον· *Λούσασθε, καθυροὶ γένεσθε, ἀφέλετε τὰς ποτηρίας ὑμῶν ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν ἀπέναντι τῶν ἐφθάλμων μου, μάθετε καλὸν ποιεῖν, ἀκζητήσατε κρίσιν, παῦσον τὴν γλῶσσαν σου ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποιήσον ἀγαθόν, μάθετε καλὸν ποιεῖν.* Ὅρας ὅτι διδασκαλία; δεῖται ἡ ἀρετὴ; Οὗτος μὲν γὰρ λέγει, *Φόβου Κυρίου διδάξω ὑμᾶς*· ἐκεῖνος δέ· *Μάθετε καλὸν ποιεῖν.*

Ἄρ' οὖν ἴστε ποῦ ταῦτα ἐγκρατεῖται; Οὐκ ἔγωγε οἶμαι, πλὴν ὀλίγων. Καίτοι καθ' ἐκάστην ἐβδομάδα ὡς ἢ καὶ τρεῖς ταῦτα ὑμῖν ἀναγινώσκεται· καὶ ἀνελεθῶν ὀναγνώστης λέγει· πρῶτον τὸ βιβλίον τίνος ἐστὶ, τοῦ δεῖνος τυχὸν προφήτου, ἢ ἀποστόλου, ἢ εὐαγγελιστοῦ, καὶ τότε λέγει ἂ λέγει, ὥστε εὐσημότερα ὑμῖν εἶναι, καὶ μὴ μόνον τὰ ἐγκείμενα εἰδέναι, ἀλλὰ καὶ τὴν αἰτίαν τῶν γεγραμμένων, καὶ τίς ταῦτα εἴρηκεν. Ἀλλὰ πάντα εἰκῆ, ἀλλὰ πάντα μάτην· πᾶσα γὰρ ἡ σπουδὴ εἰς τὰ βιωτικὰ κεκίνη-

ται, καὶ τῶν πνευματικῶν λόγος οὐδαίς. Διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐκεῖνα ὑμῖν κατὰ γνώμην ἐκβαίνει, ἀλλὰ πολλὰ κακεῖ δυσκολία. Ὁ μὲν οὖν Χριστὸς φησὶν· *Αἰτεῖτε ἡ τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν*· καὶ ταῦτα μὲν ἐν προσθήκῃ εἶπε μέρει δοθῆσθαι· ἡμεῖς δὲ τὴν τάξιν ἀντεστρέψαμεν, καὶ ζητοῦμεν τὴν γῆν, καὶ τὰ ἀγαθὰ τὰ ἐν τῇ γῆ, ὡς ἐκεῖνων ἐν προσθήκῃ μέρει δοθησομένων ἡμῖν. Διὰ τοῦτο οὕτε ταῦτα, οὔτε ἐκεῖνα ἔχομεν. Ἀνανήψωμεν οὖν ποτε, καὶ γενώμεθα τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐπιθυμηταί· οὕτω γὰρ καὶ ταῦτα ἔψεται. Οὐδὲ γὰρ ἐνὶ τὸν τὰ κατὰ Θεὸν ζητοῦντα, μὴ καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιτυχεῖν· ἀπόφασις ἐστὶ τῆς ἀληθείας αὐτῆς τοῦτο λεγούσης. Μὴ τρῖνον ἄλλως ποιῶμεν, ἀλλ' ἀντεχώμεθα τῆς συμβουλῆς τοῦ Χριστοῦ, ἵνα μὴ πάντων ἐκπέσωμεν. Ὁ δὲ Θεὸς ἱκανὸς ἐστὶ κατανοῦσαι ἡμᾶς, καὶ ποιῆσαι βελτίους, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ἃ Sic Colb. et Savil., atque ita legit Interpres. In Mōrel. οὐκ deest.

ἔ Ζητεῖται?

[92] ΟΜΙΛΙΑ Θ'.

Διὸ ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον, ἐπὶ τὴν τελειότητα φερόμεθα, μὴ πάλιν θεμέλιον καταβαλλόμενοι μετανοίας ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, καὶ πίστεως ἐπὶ Θεὸν, βαπτισμῶν διδαχῆς, ἐπιθέσεώς τε χειρῶν, ἀναστάσεώς τε νεκρῶν, καὶ κριματος αἰωνίου. Καὶ τοῦτο ποιήσομεν, ἕνα περ ἐπιτρέπη ὁ Θεός.

α'. Ἦκούσατε ὅσα Ἑβραῖοις ἐνεκάλεσεν ὁ Παῦλος βουλομένοις ἀεὶ μαθάνειν περὶ τῶν αὐτῶν; καὶ εἰκίτως. Ὁφείλοντες γὰρ εἶναι διδάσκαλοι διὰ τὸν χρόνον, πάλιν χρεῖαν ἔχετε τοῦ διδάσκειν ὑμᾶς, τίνα τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ. Δίδοικα δὲ μὴ καὶ πρὸς ὑμᾶς ταῦτα καιρὸν ἂν ἔχοι λέγεσθαι, ὅτι ὀφείλοντες εἶναι διδάσκαλοι διὰ τὸν χρόνον, οὐδὲ μαθητῶν τάξιν ἐπέχετε, ἀλλ' ἀεὶ τὰ αὐτὰ ἀκούοντες, καὶ περὶ τῶν αὐτῶν, ὡς οὐδεὶς ἀκούοντες, οὕτω διάκεισθε· κἂν ἔρηται τις ὑμᾶς, οὐδεὶς ἀποκρίνασθαι δυνήσεται, πλὴν ὀλίγων σφόδρα καὶ εὐαριθμῶν. Τοῦτο δὲ οὐ μικρὰ ζημία. Πολλάκις γὰρ τὸν διδάσκαλον βουλόμενον προελθεῖν περαιτέρω, καὶ μυστικωτέρων ἄψασθαι, καὶ ὑψηλοτέρων λόγων, οὐκ ἀφίησιν ἢ ἀπροσεξίαν τῶν μαθητευομένων. Καθάρη γὰρ ἐπὶ τῶν γραμματιστῶν, ἂν ἀεὶ τὰ στοιχεῖα ἀκούω ὁ παῖς μὴ κρατῆ, ἀεὶ ἔσται αὐτῷ ἀνάγκη τὰ αὐτὰ ἐνηχεῖν τῷ παιδί, καὶ οὐ πρότερον ἀποστήσεται διδάσκων, ἕως ἂν ἐκεῖνα μαθεῖν ἀκριθῶς δυνῆθῃ· καὶ γὰρ ἀνοίας ἐστὶ πολλῆς, τὰ πρότερα μὴ ἐνθέντα καλῶς, ἐφ' ἕτερα ἀγειν αὐτόν· οὕτω θῆ καὶ ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας, ἂν ἀεὶ τὰ αὐτὰ λεγόντων ἡμῶν, μηδὲν πλέον μαθάνετε, οὐδέποτε τὰ αὐτὰ λέγοντες παυσόμεθα. Εἰ μὲν γὰρ ἐπιδείξω ἦν ἡμῖν ὁ λόγος καὶ φιλοτιμίας, ἐχρῆν ἀεὶ μεταπηδᾶν καὶ μεταβαίνειν, οὐδὲν φροντίζοντας ὑμῶν ἕνεκεν, ἀλλὰ τῶν κρότων μόνον τῶν παρ' ὑμῶν· ἐπειδὴ δὲ οὐ πρὸς τοῦτο τὴν σπουδὴν ἐθέμεθα, ἀλλὰ πάντα ὑπὲρ τῆς ὠφελείας ἡμῖν πονεῖται τῆς ὑμετέρας, οὐ παυ-

σόμεθα περὶ τῶν αὐτῶν ὑμῖν διαλεγόμενοι, ἕως ἂν αὐτὰ κατορθώσῃτε. Ἐπεὶ ἐνήν πολλά καὶ περὶ Ἑλληνικῆς λέγειν δευτερονομίας, καὶ περὶ Μανιχαίων, καὶ περὶ Μαρκιωνιστῶν, καὶ μεγάλα πλῆττειν αὐτοὺς [92] τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι· ἀλλ' οὐκ ἔχει καιρὸν ὁ λόγος. Τοῖς γὰρ οὐδέπω τὰ ἐαυτῶν εἰδῶσιν ἀκριθῶς, τοῖς οὐδέπω μεμαθηκόσιν ὅτι τὸ πλεονεκτεῖν κακόν, τίς ἂν τοὺς τοιούτους εἰποι λόγους, καὶ ἐφ' ἕτερα ἀγάγοι πρὸ καιροῦ; Ἡμεῖς μὲν οὖν οὐ παυσόμεθα τὰ αὐτὰ λέγοντες, ἂν τε πεισθῆτε, ἂν τε μὴ· δεδοίκαμεν δὲ μὴ τῷ συνεχῶς τὰ αὐτὰ λέγειν, ἐὰν μὴ ἀκούητε, μείζονα τοῖς παρακούουσι τὴν καταδίκην ἐργασώμεθα. Οὐ πρὸς πάντας δέ μοι ταῦτα βητέον· οἶδα γὰρ πολλοὺς ὠφελουμένους ἀπὸ τῆς ἐναυθα εἰσόδου, οἱ δικαίως ἂν ἐκεῖνων καταδοῦσαν ὡς ἐνεδρευόντων αὐτοὺς διὰ τῆς οικείας ἀμαθείας καὶ ἀπροσεξίας. Πλὴν ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἐνεδρευθήσονται· τὸ γὰρ συνεχῶς τὰ αὐτὰ ἀκούειν, καὶ τοῖς εἰδῶσι χρήσιμον· ὃ γὰρ ἴσμεν πολλάκις ἀκούσαντες, μᾶλλον κατενύγημεν. Οἶόν τι λέγω· Ἰσμεν ὅτι καλὸν ἢ ταπεινοφροσύνη, καὶ ὅτι πολλάκις διελέχθη περὶ αὐτῆς ὁ Χριστὸς· ἀλλ' ὅταν καὶ αὐτῶν τῶν ῥημάτων ἐπακούσωμεν, καὶ τὸν εἰς αὐτὰ θεωρημάτων, πλέων τι πάσχομεν, κἂν μυριάκις ἀκούσωμεν. Εὐκαιρον οὖν καὶ ἡμᾶς νῦν εἰπεῖν ὑμῖν· *Διὸ περ ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον, ἐπὶ τὴν τελειότητα φερόμεθα.* Τί δὲ ἐστὶν ἡ ἀρχὴ τοῦ λόγου, αὐτὸς ἐφεξῆς ἐρμηνεύει, λέγων· *Μὴ πάλιν θεμέλιον, φησὶ, καταβαλλόμενοι μετανοίας ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, καὶ πίστεως ἐπὶ Θεῷ, βαπτισμῶν διδαχῆς, ἐπιθέσεώς τε χειρῶν, ἀναστάσεώς τε νεκρῶν, καὶ κριματος αἰωνίου.* Εἰ δὲ τοῦτο ἀρχή*, τί ἄλλο ἐστὶ τὸ δόγμα τὸ

* Εἰ δὲ τοῦτο ἀρχή. Hoc habet initium homilæ nonæ Colbertinus.

ἡμέτερον, ἢ τὸ μετανοῆσαι ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, καὶ διὰ τοῦ Πνεύματος λαβεῖν τὴν πίστιν εἰς ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ κρίματος αἰωνίου; Τί δέ ἐστιν ἀρχή; Οὐδὲν ἄλλο, ἢ τοῦτο ἀρχὴν φησιν, ὅταν μὴ βίος ἀκριβῆς παρῆ. Καθάπερ γὰρ τὸν εἰς τὴν μάθησιν τῶν γραμμάτων εισερχόμενον, τὰ στοιχεῖα δεῖ πρῶτον ἀκοῦσαι· οὕτω καὶ τὸν Χριστιανὸν ταῦτα εἰδέναι ἀκριβῶς πρῶτον χρῆ, καὶ μηδὲν ἀμφιβάλλειν περὶ αὐτῶν. Εἰ δὲ δεοῖτο πάλιν διδασκαλίας, οὕτω τὸν θεμέλιον ἔχει· τὸν γὰρ ἔδραϊον πεπηγνῆαι προσέτιχε καὶ ἐστάναί, καὶ μὴ μετακινεῖσθαι. Εἰ δὲ μέλλοι τις κατηχηθεῖς, καὶ βαπτισθεὶς μετὰ ἑτη δέκα περὶ πίστεως πάλιν ἀκούειν, καὶ ὅτι πιστεύσαι χρῆ εἰς [94] ἀνάστασιν νεκρῶν· οὕτω τὸν θεμέλιον ἔχει, πάλιν τὴν ἀρχὴν τοῦ Χριστιανισμοῦ ζητεῖ. "Ὅτι γὰρ ἡ πίστις θεμέλιον, τὸ δὲ λοιπὸν οἰκοδομή, ἄκουε αὐτοῦ λέγοντος· *Ἐγὼ θεμέλιον τέθεικα, ἄλλος δὲ οἰκοδομεῖ. Εἰ τις οἰκοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον, χρυσόν, ἄργυρον, λίθους τιμίους, ξύλα, χορτόν, καλάμην.* Διὰ τοῦτο ἔλεγε· *Μὴ πάλιν θεμέλιον καταβάλλόμενοι μετανοίας ἀπὸ νεκρῶν ἔργων.*

β'. Τί δέ ἐστιν, *Ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα*; Πρὸς αὐτὴν χωρῶμεν λοιπὸν, φησὶ, τὴν ὄροφὴν· τοῦτέστι, βίον ἄριστον ἔχωμεν. "Ὅσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν στοιχείων τὸ πᾶν ἄλλα συνέχει, καὶ ὁ θεμέλιος τὴν πᾶσαν οἰκοδομήν· οὕτω καὶ τοῦ βίου τὴν καθαρότητα, ἢ περὶ τὴν πίστιν πληροφορία. Ταύτης δὲ ἄνευ οὐκ ἐστὶν εἶναι Χριστιανὸν· ὥσπερ οὐδὲ θεμελίον ἄνευ οἰκοδομῆς, οὐδὲ στοιχεῖον χωρὶς ἔμπειρον γραμμάτων εἶναι. Ἄλλ' ὥσπερ ἂν τις ἀεὶ περὶ τὰ στοιχεῖα καταγίνηται, ἢ εἰ τίς περὶ τὸν θεμέλιον στρέφηται, καὶ οὐκ ἀνέρεχται ἐπὶ τὴν οἰκοδομήν, ἰουδέποτε ἔσται αὐτῷ τι πλεόν· οὕτω καὶ ἐφ' ἡμῶν· ἂν γὰρ ἀεὶ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν * τῆς πίστεως μένωμεν, οὐδέποτε πρὸς τὸ τέλειον ταύτης ἀναθιγόμεθα. Σὺ δὲ μὴ νομίσης ἡλαττώσθαι τὴν πίστιν διὰ τὸ στοιχεῖον κληθῆναι· ἢ γὰρ πᾶσα δύναμις αὕτη ἐστίν. "Ὅταν γὰρ λέγῃ· *Πᾶς γὰρ ὁ μετέχων γάλακτος, ἄπειρος λόγου δικαιοσύνης· κήπιος γὰρ ἐστίν,* οὐ γάλα ταύτην καλεῖ· ἀλλὰ τὸ ἀμφιβάλλειν ἐπὶ περὶ τούτων, τοῦτ' ἐστὶν ἀσθενεὺς διανοία καὶ λόγων δεομένης πολλῶν. Τὰ γὰρ δόγματα ταῦτά ἐστι τὰ ὑγιῆ· τέλειον γὰρ ἐκεῖνον καλοῦμεν τὸν μετὰ τῆς πίστεως βίον ἔχοντα ὀρθόν. Ἐὰν δὲ τις πίστιν μὲν ἔχη, πράττει δὲ πονηρὰ, καὶ περὶ αὐτῆς δὲ ταύτης ἀμφιβάλλῃ, καὶ ὑβρίζῃ τὴν διδασκαλίαν· εἰκότως αὐτὸν φήσομεν νήπιον, ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἀναδραμόντα. "Ὅστε κἄν μυστήρια ἑτη ἐν τῇ πίστει ἔχωμεν, καὶ μὴ βέλαιο ὦμεν ἐν αὐτῇ, νήπιος ἔσμεν, ὅταν βίον αὐτῇ μὴ συμβαίνοντά ἐπιδεικνυόμεθα, ὅταν ἐπὶ θεμέλιον καταβάλλωμεθα. Τοῦτοις δὲ μετὰ τοῦ βίου καὶ ἄλλο καλεῖ, ὡς παρασαλευθεῖς, καὶ δεομένοις θεμέλιον καταβάλλειν μετανοίας ἀπὸ νεκρῶν ἔργων. Τὸν γὰρ ἀπὸ τίνος εἰς ἕτερον μετατιθέμενον, καὶ τὸ μὲν ἀφιέντα, τοῦτο δὲ αἰρούμενον, πρότερον αὐτοῦ [95] καταγνῶναι χρῆ, καὶ ἀποστῆναι τῇ διαθήσει, καὶ τότε ἀλθεῖν ἐφ' ἕτερον· εἰ δὲ τοῦ προτέρου πάλιν ἔχεσθαι μέλλοι,

πῶς τοῦ δευτέρου ἄψεται; Τί οὖν, φησὶ, περὶ τοῦ νόμου; Κατέγνωμεν αὐτόν, καὶ πάλιν ἐπ' αὐτὸν ἀνατρέχομεν. Τοῦτο οὐκ ἐστὶ μεταθέσεις· καὶ γὰρ ἐν ταῦθα ἔχομεν νόμον. *Νόμον οὖν, φησὶ, καταργούμεν διὰ τῆς πίστεως; Μὴ γένοιτο, ἀλλὰ νόμονιστώμεν.* Ἐγὼ δὲ περὶ πονηρῶν εἶπον πραγμάτων. Ὁ γὰρ μέλλων ἐπ' ἄρετὴν μετεῖναι, πρότερον τῆς κακίας καταγνῶναι ὀφείλει, καὶ τότε αὐτὴν μετελθεῖν· οὐ γὰρ ἴσχυεν ἡ μετάνοια καθαρῶς αὐτοὺς δεῖξαι. Διὰ τοῦτο εὐθέως ἐβαπτίζοντο, ἐν' ᾧ, ὅπερ ἀδυνάτως εἶχον ἐργάσασθαι δι' ἑαυτῶν, τοῦτο διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ γένηται χάριτος. Οὕτε οὖν μετάνοια ἀρκεῖ πρὸς τὸν καθαρισμόν, ἀλλὰ δεῖ τὸ βάπτισμα παραλαβεῖν. Ἐπιγνῶν τὸ βάπτισμα ἔρχεσθαι δεῖ, πρότερον καταγνῶντα τῶν ἡμαρτημένων αὐτῷ, καὶ καταψηφισάμενον. Τί δέ ἐστι, *Βαπτισμῶν διδασχῆς*; Οὐχ ὡς πολλῶν ὄντων τῶν βαπτισμῶν, ἀλλ' ἐνός. Τί οὖν αὐτὸ πληθυντικῶς εἶπε; Διὰ τὸ εἰπεῖν, *Μὴ πάλιν θεμέλιον καταβάλλόμενοι μετανοίας.* Εἰ γὰρ πάλιν αὐτοὺς ἐδάπτισε, καὶ ἄνωθεν κατήχησε, καὶ πάλιν ἐξ ἀρχῆς βαπτισθέντες ἐδιδάσκοντο τὰ πρακτέα, καὶ τὰ μὴ πρακτέα, διηνεκῶς ἐμελλον ἀδιόρθωτοι μένειν. *Καὶ ἐπιθέσεως χειρῶν.* Οὕτω γὰρ τὸ Πνεῦμα ἐλάβανον. *Ἐπιθέντος γὰρ αὐτοῖς τοῦ Παύλου τὰς χεῖρας,* φησὶν, *ἤλθε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.* Ἀναστάσεώς τε νεκρῶν. Τοῦτο γὰρ ἐν τῷ βαπτίσματι γίνεται, καὶ ἐν τῇ ὁμολογίᾳ βεβαιουταί. *Καὶ κρίματος αἰωνίου.* Διὰ τὴν δὲ ταῦτα φησιν; Ἐπειδὴ εἰκόδες ἦν αὐτοὺς ἢ παρασαλευεσθαι ἢ ὁδη πεπιστευκότας, ἢ κακῶς βιοῦν καὶ ῥαθυμῶς. Λέγει οὖν· *Νήψατε.* Ἀπάγων οὖν αὐτοὺς τῆς τοιαύτης ῥαθυμίας, καὶ προσεκτικωτέρους ποιῶν, τοῦτον τὸν λόγον κινεῖ. Οὐκ ἐνὶ γὰρ εἰπεῖν, ὅτι *Ἄν νῦν ῥαθυμῶς ζήσωμεν, πάλιν βαπτισθῶμεθα, πάλιν κατηχηθῶμεθα, καὶ πάλιν ληφθῶμεθα τὸ Πνεῦμα· ἢ, ὅτι* Ἄν νῦν τῆς πίστεως ἐκπέσωμεν, πάλιν δυνησόμεθα βαπτισζόμενοι τὰ ἁμαρτήματα ἀπολούσασθαι, καὶ τῶν αὐτῶν τυχεῖν ὄντων καὶ πρότερον. Σφάλλασθε, φησὶ, ταῦτα νομίζοντες. *Ἀδύνατον γὰρ τοῖς ἅπασι φωτισθέντας, γευσάμενους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουραρίου, καὶ μετόχους γνηθέντους Πνεύματος ἁγίου, καὶ καλὸν γευσάμενους Θεοῦ ῥῆμα, δυνάμεις τε μέλλοντος αἰῶνος, καὶ παραπεσόντας, πάλιν ἀνακαινίζειν* [96] *εἰς μετάνοιαν, ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ παραδειγματίζοντας.* Καὶ ὄρα πῶς ἐντρεπτικῶς καὶ ἀπαγορευτικῶς ἄρχεται· *Ἀδύνατον, φησὶ· τοῦτέστι, Μηκέτι προσδόκα τὸ μὴ δυνατόν.* Οὐ γὰρ εἶπεν, Οὐ κρέπται, οὐδὲ συμφέρει, οὐδὲ ἐξεστίν, ἀλλ', *Ἀδύνατον*· ὥστε εἰς ἀπόγνωσιν ἐμβαλεῖν, εἰ ὅλως ἐφωτίσθητε ἅπασι.

γ'. Εἶτα ἐπάγει, *Γευσάμενους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουραρίου*· τοῦτέστι, τῆς ἀφέσεως. *Καὶ μετόχους γνηθέντους Πνεύματος ἁγίου, καὶ καλὸν γευσάμενους Θεοῦ ῥῆμα.* Τὴν διδασκαλίαν ἐν ταῦθα λέγει. *Δυνάμεις τε μέλλοντος αἰῶνος.* Τίνας λέγεις δυνάμεις; Ἡ τὰ θαύματα ἐπιτελεῖν, ἢ τὸν ἀβραάωνα τοῦ Πνεύματος. *Καὶ παραπεσόντας, πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν, ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν*

b Idem præpositionem delendam esse censet.

c Sic Colberlinus. In edito libe, λέγει οὖν, *Νήψατε, δεσπανά.*

* Malli περὶ τὴν ἀρχὴν Dunsæus.

tionis Christi sermonem, ad perfectionem feramur. Quæ sit inchoatio, et quod initium sermonis, ipse deinceps ponit, dicens: *Non rursus*, inquit, *jacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis et fidei ad Deum, baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, et iudicii æterni.* (a) Si hoc autem est initium, quid est aliud nostrum dogma quam pœnitentiam agere ab operibus mortuis, et per Spiritum accipere fidem resurrectionis mortuorum et iudicii æterni? Quid est initium? Nihil aliud quam hoc dicit initium, quando non adest vita exacta et perfecta. Ut enim eum qui venit ad discendas litteras, oportet primum audire elementa: ita etiam Christianum hæc exacte scire primum, et de his nihil dubitare. Si autem doctrina rursus indiget, nondum habet fundamentum: firmum enim et stabilem fixum esse oportet et stare, et non transmoveri. Si quis autem catechesi institutus, et baptismo tinctus, post annos decem de fide rursus est auditurus, et quod oporteat credere in mortuorum resurrectionem, nondum habet fundamentum, Christianismi rursus quærit initium. Nam quod fides sit fundamentum, reliquum autem ædificium, audi ipsum dicentem: *Ego fundamentum posui, alius superædificat. Si quis autem superædificat supra fundamentum hoc, aurum, argentum lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam* (1. Cor. 3. 10. 12). Ideo dicebat: *Non rursus jacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis.*

2. *Fides firma vitam puram parit.* — Quid est autem, *Ad perfectionem feramur?* Deinceps, inquit, procedamus ad ipsum fastigium, hoc est, vitam habeamus optimam. Sicut enim in elementis A totum continet, et fundamentum totum ædificium: ita etiam vitam puram certa in fide persuasio. Absque ea autem fieri non potest ut sis Christianus: sicut nec ædificium potest esse absque fundamentis, neque fieri potest ut absque elementis sis peritus litterarum. Sed quemadmodum si quis semper versetur circa elementa, si quis circa fundamentum, non circa ædificium, non erit ei quidquam amplius: sic nobis eveniet: si enim semper in fidei initio maneamus, numquam ad ejus perfectionem veniemus. Tu autem ne existimes detractum esse fidei, quod ea elementum sit vocata: ea enim est tota potestas. Nam quando dicit, *Omnis enim qui lactis est particeps, est imperitus sermonis justitiæ: est enim infans; non eam vocat lac justitiæ; sed de his adhuc dubitare, est mentis imbecillæ et quæ multis indiget rationibus.* Hæc enim sunt dogmata quæ sunt recta et sana: illum namque vocamus perfectum, qui cum fide rectam habet vitam. Si quis autem fidem quidem habeat, scelera autem admittat, et de hac ipsa dubitet, et doctrinam probro afficiat, merito eum dicemus infantem, ut qui ad ipsum recurrerit initium. Quamobrem etiamsi mille annos egerimus in fide, et in ea non simus firmi et stabiles, sumus infantes; quando non ostendimus vitam ei

(a) Hic incipit homilia nona in Colb., initio omisso.

convenientem, quando adhuc jacimus fundamentum. Eos autem et de vitæ ratione, et de alio quoque accuset, ut qui sint vacillantes, et opus habeant ut fundamentum jacent pœnitentiæ ab operibus mortuis. Eum enim qui ab aliquo transmovetur ad alterum, et illud quidem dimittit, hoc autem eligit, ipsum prius oportet ut condemnet, et ab eo recedat affectione, et tunc veniat ad alterum: si autem priori rursus est adhæsurus, quomodo attinget secundum? Quid ergo, inquit, de lege? Eam condemnavimus, et rursus ad ipsam recurrimus: hoc non est translatio et transmutatio: etenim hic habemus legem. *Legem ergo, inquit, destruimus per fidem? Absit, sed legem statuimus* (Rom. 3. 31). Ego autem dicebam de rebus malis. Nam qui est ad virtutem transiturus, debet prius condemnare vitium, et tunc ad eam accedere: non enim valebat pœnitentia eos mundos reddere. Propterea statim baptizabantur, ut quod per seipsum non poterant efficere, id fieret per Christi gratiam. Neque ergo sufficit pœnitentia ad emundationem, sed oportet baptisma assumere. Oportebat ergo ad baptisma accedere, prius damnatis peccatis quæ admiserat. Quid est autem, *Baptismatum doctrinæ?* Non quod multi sint baptismi, sed unus. Cur ergo id dixit pluraliter? Quia dixerat, *Non rursus jacientes fundamentum pœnitentiæ.* Nam si eos rursus baptizasset, et de integro catechesi instituisset, et rursus ab initio baptizati docerentur quæ sunt agenda, et quæ non sunt agenda, erant perpetuo mansuri incorrecti. *Impositionis quoque manuum.* Sic enim accipiebant Spiritum. *Cum Paulus eis, inquit, imposuisset manus, venit Spiritus sanctus* (Act. 19. 6). *Ac resurrectionis mortuorum.* Hoc enim fit in baptismo, et confirmatur in confessione. *Et iudicii æterni.* Cur autem hoc dicit? Quoniam erat verisimile eos vel cum jam credidissent labare, aut male ac dissolute vivere: dicit ergo, *Vigiles estote.* Abducens igitur illos a tali ignavia, et attentiores reddens, hunc movet sermonem. Non licet enim dicere, Si dissolute et negligenter vixerimus, rursus baptizabimur, catechesi rursus instituemur, accipiemus rursus Spiritum: aut, Si a fide nunc exciderimus, rursus poterimus baptizati peccata abluere, et eadem assequi quæ prius. Erratis, inquit, hæc existimantes: 4. *Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum cælestis et participes sunt Spiritus sancti, 5. gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque futuri sæculi, 6. et prolapsi sunt; rursus renovare ad penitentiam, rursus crucifigentes sibi metipsos Filium Dei, et ostentui habentes.* (a) Vide autem quam apte incipiat ad pudorem suffundendum et prohibendum: *Impossibile est, inquit, id est, ne amplius expectes quod non potest fieri.* Non enim dixit, *Non decet, neque, Non expedit, neque, Non licet, sed, Est impossibile;* ut eos omnino injiciat in desperationem, si omnino semel illuminati estis.

3. Deinde subjungit, *Gustaverunt etiam donum cælestis; hoc est, remissionem. Et participes facti sunt*

(a) Hic trium fere paginarum hiatus est in Colbertino.

Spiritus sancti, et gustaverunt bonum Dei Verbum. Illic dicit doctrinam. *Virtutesque sæculi venturi.* Quasnam dicit virtutes? Vel facere miracula, vel arrham Spiritus. *Et prolapsi sunt, rursus renovare ad pœnitentiam, rursus crucifigentes sibimetipsos Filium Dei, et ostentui habentes.* Renovare dicit ad pœnitentiam: hoc est, per pœnitentiam. Quid ergo? ejecta est pœnitentia? Non pœnitentia, absit, sed quæ rursus fit per lavacrum renovatio. Non enim dixit, *Impossibile est renovari ad pœnitentiam*, et tacuit; sed cum dixisset, *Impossibile est*, subjunxit, *Rursus crucifigentes. Renovari*, hoc est, novum fieri: novos enim facere est solius lavaeri: *Renovabitur*, inquit, *sicut aquilæ juvenis tua (Psal. 102. 5).*

Lavacrum baptismi non potest iterari. — Pœnitentiæ autem est, eos qui novi facti sunt, ac deinde a peccatis inveteraverunt, liberare a vetustate novosque reddere: ad illum autem splendorem non licet reducere: illic enim totum erat gratia. *Rursus crucifigentes*, inquit, *in semetipsis Filium Dei, et ostentui habentes.* Ille est autem quod dicit: *baptisma est crux; Crucifixus enim est vetus noster homo; et rursus, Conformes facii sumus similitudini mortis ejus; et rursus, Consepulti cum eo sumus per baptismum in mortem.* Sicut ergo fieri non potest ut iterum crucifigatur Christus; hoc enim est eum traducere: sic non possumus iterum baptizari. Nam si mors ejus non amplius domi-nabitur; si resurrexit, resurgendo morte factus potentior; si per mortem mortem devicit ac prostravit, deinde iterum in crucem agitur: fabulæ sunt illa omnia et traductio ac irrisio. Ita qui rursus seipsum baptizat, rursus ipsum crucifigit. Quid est autem, *Rursus crucifigentes?* Ab initio eum denuo crucifigentes. Nam ut Christus mortuus est in cruce, ita nos in baptisate, non carne, sed peccato. Vide mortem et mortem: ille mortuus est in carne, nos peccato. Per baptismum vetus noster homo sepultus est, et resurrexit novus, conformis factus similitudini mortis ejus. Si ergo necesse est rursus baptizari, necesse est ipsum rursus mori: baptisma enim nihil est quam ejus qui baptizatur peremptio, et illius suscitatio. Et præclare dixit, *Rursum crucifigentes*: nam qui hoc facit, tamquam prioris gratiæ oblitus, ignave et dissolute vitam suam agit, sicque omnia gerit tamquam sit aliud baptismum. Quamobrem est attendendum et adhibenda est cautio. Quid est, *Gustaverunt etiam donum cælestis?* Hoc est, remissionem peccatorum: hoc enim solius Dei est donare, et hæc gratia semel est gratia. *Quid ergo? manebimus in peccato ut abundet gratia? Absit (Rom. 6. 1. 2).* Si autem semper salvi futuri sumus gratia, nunquam erimus boni. Nam si, ubi una est gratia, sic quoque sumus ignavi et socordes; si sciremus abluenda rursus peccata, cessaremusne a peccatis? Ego quidem minime opinor. Multa hic ostendit dona, et ut intelligas audi: *Dignatus, inquit, es tanta remissione: qui sedebat in tenebris, qui inimicus, qui hostis, qui abalienatus, qui Deo invisus, qui perditus, is repente illuminatus, spiritu dignatus, dono cælesti, adoptione in filium, regno cælesti, aliis bonis, arca-*

*nis mysteriis, et ne sic quidem melior effectus; sed cum sit quidem dignus qui pereat, salutem assequutus et honorem tamquam qui præclare ex virtute se gessisset, quomodo rursus potuerit baptizari? Duobus ergo modis rem dixit non posse fieri, et cum qui est firmior et validior posuit posterius: uno quidem, quod non est dignus, qui est rebus ejusmodi dignatus, et omnia quæ sibi sunt donata proddidit, ut rursus renovetur; altero, quod fieri non potest ut ipse rursus crucifigatur: hoc enim est ostentui habere, seu traducere. Non est ergo, non est secundum lavacrum: si est autem, est tertium etiam et quartum: prius enim semper dissolvitur a posteriori, et hoc semper ab alio; idque in infinitum. Cum dixisset autem, *Gustaverunt bonum Dei verbum, virtutesque sæculi venturi;* non id explicat, sed subindicat, ac si diceret: vivere tamquam angelos, ex his quæ hic sunt nullius indigere, scire quod filiorum adoptio nobis futuri sæculi bona attribuat, exspectare admissionem in adyta illa: hæc licet per spiritum discere. Quænam sunt, *Virtutes futuri sæculi?* Vita æterna, angelica vitæ institutio. Horum jam arrham accepimus per fidem a Spiritu. Dic ergo, si in regiam esses introductus, et quæ sunt illic omnia tibi essent credita, deinde proddidisses omnia, eane tibi rursus crederentur?*

4. Quid ergo? inquit, non est pœnitentia? Est pœnitentia quidem, at vero non est secundum baptismum. Est autem pœnitentia quæ magnam habet vim, quæ potest eum qui est peccatis immersus, si velit, liberare ab onere peccatorum, et eum qui est in periculo, in tuto collocare, etiamsi venerit in ipsum vitii profundum. Id autem ex multis est perspicuum. Num, inquit, *qui cadit non resurgit? aut qui est adversus, non convertitur (Jer. 8. 4)?* Potest, si velimus, Christus in nobis rursus formari: audi enim Paulum dicentem: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis (Gal. 4. 19):* attingamus tantum pœnitentiam. Nam vide Dei benignitatem et clementiam: oportebat nos omni modo puniri in initio, quod, cum et legem accepissemus naturalem, et adepti bona essemus innumerabilia, et Dominum ignoraverimus, impuramque et immundam vitam vixerimus: ille autem non solum non punit, sed etiam bona impertit innumera, perinde atque si res magnas et præclaras gessissemus.

Pœnitentiæ vis magna. — Iterum lapsi sumus, et ne sic quidem punit, sed dedit medicamentum pœnitentiæ quod sufficit ad delenda et abstergenda omnia peccata nostra, si modo novimus cujusmodi sit medicamentum, et quomodo id sit applicandum. Cujusmodi ergo est medicamentum pœnitentiæ, et quomodo conficitur? Primum est ex suorum peccatorum condemnatione, et ex confessione: *Delictum, inquit, meum cognitum tibi feci, et peccatum meum non abscondi; et, Pronuntiabo contra me iniquitatem meam Domino, et tu remisisti impietatem cordis mei (Psal. 31. 5. 6).* Et iterum, *Dic peccata tua prior, ut justificeris (Isai. 43. 26); et, Justus est sui accusator in principio*

Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ παραδειγματίζοντας. Ἀνακαινίζεις, φησὶν, εἰς μετάνοιαν· τούτέστι, διὰ μετανόιας· τί οὖν; ἐκδέβληται ἡ μετάνοια; Οὐχ ἡ μετάνοια, μὴ γένοιτο, ἀλλ' ὁ διὰ λουτροῦ πάλιν ἀνακαινισμός. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἀδύνατον ἀνακαινισθῆναι εἰς μετάνοιαν, καὶ εἰσέγησεν· ἀλλ' εἶπών, Ἀδύνατον ἐπήγαγεν, Ἀρασταυρούντας. Ἀνακαινισθῆναι· τούτέστι, καινὸν γενέσθαι· τὸ γὰρ καινοῦς ποιῆσαι, τοῦ λουτροῦ μόνον ἐστίν· Ἀνακαινισθῆσεται γὰρ, φησὶν, ὡς ἀετοῦ ἢ νεότης σου.

Τῆς δὲ μετάνοιας ἐστὶ τὸ, καινοῦς γενομένου, εἴτα παλαιωθέντα; ὑπὸ τῶν ἀμαρτημάτων, ἀπαλλάξαι τῆς παλαιότητος καὶ καινοῦς ἐργάσασθαι· εἰς ἐκείνην μέντοι τὴν λαμπρότητα ἀγαγεῖν οὐκ ἐνι· ἐκεῖ γὰρ τὸ ὅλον ἡ χάρις ἦν. Ἀρασταυρούντας ἐαυτοῖς, φησὶ, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ παραδειγματίζοντας. Ὅ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστι· Τὸ βάπτισμα σταυρός ἐστι· Συνεσταυρώθη γὰρ ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος. Καὶ πάλιν· Σύμμορφοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ· καὶ πάλιν· Συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον. Ὅσπερ οὖν οὐκ ἐνι δεύτερον σταυρωθῆναι τὸν Χριστὸν· τοῦτο γὰρ παραδειγματῆσαι αὐτὸν ἐστίν· οὕτως οὐδὲ βαπτισθῆναι. Εἰ γὰρ θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύσει, εἰ ἀνέστη, τῇ ἀναστάσει κρείττων γενομένος τοῦ θανάτου, εἰ διὰ τοῦ θανάτου τὸν θάνατον κατεπάλαισεν, εἴτα πάλιν σταυροῦται· μῦθος πάντα ἐκεῖνα καὶ παραδειγματισμός. Ὁ τοίνυν δεύτερον ἐαυτὸν βαπτίζων, πάλιν αὐτὸν σταυροῖ. Τί δὲ ἐστίν, Ἀρασταυρούντας; Ἄνωθεν πάλιν σταυρούντας. Ὅσπερ [97] γὰρ ἀπέθανεν ὁ Χριστὸς ἐν τῷ σταυρῷ, οὕτως ἡμεῖς ἐν τῷ βαπτίσματι, οὐ τῇ σαρκί, ἀλλὰ τῇ ἀμαρτίᾳ. Ὅρα θάνατον, καὶ θάνατον· ἐκεῖνος ἀπέθανεν ἐν τῇ σαρκί, ἡμεῖς δὲ τῇ ἀμαρτίᾳ. Διὰ τοῦ βαπτίσματος ἡμῶν ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος ἐτάφη, καὶ ἀνέστη ὁ καινός, ὁ σύμμορφος γενομένος τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ. Εἰ τοίνυν ἀνάγκη πάλιν βαπτισθῆναι, ἀνάγκη πάλιν αὐτὸν ἀποθανεῖν τοῦτον· τὸ γὰρ βάπτισμα οὐδὲν ἐστὶν ἄλλο, ἢ ἀναίρεσις τοῦ βαπτισμένου, καὶ ἔγερσις ἐκείνου. Καὶ καλῶς εἶπεν, Ἐαυτοῖς ἀρασταυρούντας· ὁ γὰρ τοῦτο ποιῶν, ὡς τῆς προτέρας χάριτος ἐπιλαθόμενος, καὶ βραθυμῶς τὸν ἐαυτοῦ βίον οἰκονομῶν, ὡς δντος ἐτέρου βαπτίσματος, οὕτω πάντα διαπραττεται. Διόπερ προσέχειν χερὴ καὶ ἀσφαλιζέσθαι. Τί ἐστι, Γευσάμενος τῆς θωρακῆς τῆς ἐπουρανίου; Τούτέστι, τῆς ἀφέσεως τῶν ἀμαρτημάτων· τοῦτο γὰρ Θεοῦ μόνου χαρίζεσθαι, καὶ ἡ χάρις ἅπαξ ἐστὶ χάρις. Τί οὖν ἐπιμενούμεν τῇ ἀμαρτίᾳ, ἵνα ἡ χάρις πλουράσῃ; Μὴ γένοιτο. Εἰ δὲ ἀεὶ μελλομεν χάριτι ἐσθῆσαι, οὐδέποτε ἐσόμεθα ἀγαθοί. Ὅπου γὰρ μία ἐστὶ χάρις, καὶ οὕτω βραθυμούμεν· εἰ ἥδειμεν ὅτι πάλιν ἐστὶν ἀπολούσασθαι τὰ ἀμαρτήματα, ἄρα ἂν ἐπαυσάμεθα ἀμαρτάνοντας; Οὐκ ἔγωγε οἶμαι. Πολλὰ ἐνταῦθα δείκνυσσι τὰ δῶρα· καὶ ἵνα μάθῃς, ἄκουσον· Κατηξιώθη, φησὶ, τοσαύτης ἀφέσεως, ἐν σκότῳ· καθεζόμενος ὁ ἐχθρός, ὁ πολέμιος, ὁ ἀπληροστωμένος, ὁ θεοστυγής, ὁ ἀπολύμενος· ὁ τοιοῦτος οὖν ἐξαίφνης φωτισθεὶς, Πνεύματος ἀξιωθεὶς, θωρακῆς ἐπουρανίου, υἰοθεσίας, βασιλείας οὐρανῶν, τῶν ἄλλων ἀγαθῶν, μυστηρίων ἀπορ-

ρήτων, καὶ οὐδὲ οὕτω βελτίων γενομένος, ἀλλ' ἀξίος μὲν ὧν ἀπωλείας, τυχὼν δὲ σωτηρίας καὶ τιμῆς, ὡς τὰ μέγала κατωρθωκώς, πῶς ἂν δύναίτο βαπτισθῆναι πάλιν; Δύο τοίνυν τρόποις τὸ πρᾶγμα ἀδύνατον ἔφησεν εἶναι, καὶ τὸν ἰσχυρότερον ὑστερον ἔθηκεν· ἐνὶ μὲν, ὅτι οὐκ ἀξίος ὁ τοιοῦτος καταξιωθείς, καὶ πάντα προδοὺς τὰ δωρηθέντα αὐτῷ, πάλιν ἀνακαινισθῆναι· δευτέρῳ δὲ, ὅτι οὐ δυνατόν ἐστίν αὐτὸν πάλιν ἀρασταυροῦσθαι· τοῦτο γὰρ ἐστὶ παραδειγματῆσαι. Οὐκ ἐστὶ τοίνυν δεύτερον λουτρον, οὐκ ἐστίν· εἰ δὲ ἐστὶ, καὶ τρίτον ἐστὶ, καὶ τέταρτόν ἐστι, καὶ ὑπὸ τοῦ ὑστέρου ἀεὶ τὸ πρῶτον καταλύεται. καὶ τοῦτο πάλιν ὑπὸ τοῦ ἄλλου, καὶ τοῦτο εἰς ἄπειρον. Εἰπὼν δὲ, Καὶ καλὸν Θεοῦ γευσάμενος Ῥῆμα, δυνάμεις τε αἰῶνος μέλλοντος, οὐκ ἀποκαλύπτει [98] αὐτὸ, ἀλλ' αἰνίττεται, καὶ μονονοχὶ ταῦτα λέγει· ὅτι τὸ ζῆν ὡς ἀγγέλου, τὸ μηδενὸς δεῖσθαι τῶν ἐνταῦθα, τὸ εἰδέναι ὅτι τῆς τῶν μελλόντων αἰῶνων ἀπολαύσεως πρόξενος ἡμῖν ἡ υἰοθεσία γίνεται, τὸ εἰς τὰ ἄδυστα ἐκεῖνα εἰσελθεῖν προσδοκᾶν, διὰ τοῦ Πνεύματος ἐστὶ ταῦτα μαθεῖν. Τί ἐστὶ, Δυνάμεις τε τοῦ μέλλοντος αἰῶνος; Ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος, ἡ ἀγγελικὴ διαγωγὴ. Τοῦτων ἤδη τὸν ἀρραβῶνα ἐλάβομεν διὰ τῆς πίστεως παρὰ τοῦ Πνεύματος. Εἰπέ μοι τοίνυν εἰ εἰς βασιλεία εἰσαχθεὶς, καὶ πάντα ἐμπιστευθεὶς τὰ ἐκεῖ, εἴτα προῦδωκας ἅπαντα, ἄρα ἂν ἐνεπιστεύθῃς τὰ ἐκεῖ πάλιν;

δ'. Τί οὖν; οὐκ ἐστὶ μετάνοια, φησὶν; Ἔστι μετάνοια, ἀλλὰ βάπτισμα οὐκ ἐστὶ δεύτερον. Μετάνοια ἐστὶ πολλὴν ἔχουσα τὴν ἰσχὴν, καὶ τὸν σφόδρα τοῖς ἀμαρτήμασι βεθαπυμένον, εἰ βουληθεὶ, δυναμένη ἀπαλλάξαι τοῦ τῶν ἀμαρτημάτων φορτίου, καὶ τὸν κινδυνεύοντα κατατῆσαι ἐν ἀσφαλεῖ, καὶ πρὸς αὐτὸν ἔλθῃ τῆς κακίας τὸν πυθμένα. Καὶ τοῦτο πολυλαχθὲν δυνατόν ἀποδείξει. Μὴ ὁ πλιπτων γὰρ, φησὶν, οὐκ ἀνίσταται, ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέφει; Ἔστιν, ἐὰν βουλώμεθα, μορφωθῆναι τὸν Χριστὸν ἐν ἡμῖν πάλιν· ἄκουε γὰρ Παύλου λέγοντος, Τεκνία μου, οὐκ πάλιν ὠδίνω, ἀχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν· μόνον ἀψώμεθα τῆς μετανόιας. Ὅρα γὰρ Θεοῦ φιλανθρωπίαν· ἔδει ἡμᾶς παντὶ τρόπῳ κολασθῆναι παρὰ τὴν ἀρχὴν, ὅτι καὶ νόμον λαθόντες τὸν φυσικὸν καὶ μυρίων ἀπολαύσαντες ἀγαθῶν, τὸν τε Δεσπότην ἠγνοῦκαμεν, καὶ βίον ἀκάθαρτον βεβιώκαμεν· ὁ δὲ οὐ μόνον οὐκ ἐκόλασεν, ἀλλὰ καὶ μυρίων μετέδωκεν ἀγαθῶν, ὡς ἂν εἰ μέγала κατωρθωκότες ἦμεν.

Πάλιν ἐξεπέσομεν, καὶ οὐδὲ οὕτω κολάζει, ἀλλ' ἔδωκε τὸ τῆς μετανόιας φάρμακον, πάντα ἡμῶν τὰ ἀμαρτήματα ἱκανὸν ἀφανίσαι καὶ ἀπαλεῖψαι, μόνον ἐὰν εἰδῶμεν τὸ φάρμακον ὁποῖόν ἐστι, καὶ πῶς αὐτὸ ἐπιτιθέναι δεῖ. Ποῖον οὖν ἐστὶ τὸ φάρμακον τῆς μετανόιας, καὶ πῶς αὐτὸ κατασκευάζεται; Πρῶτον, ἀπὸ καταγνώσεως τῶν οἰκίων ἀμαρτημάτων, καὶ ἀπὸ ἐξαγορεύσεως. Τὴν ἀνομίαν γὰρ μου, φησὶν, ἐγνώρισα, καὶ τὴν ἀμαρτίαν μου οὐκ ἐκάλυψα· καὶ, Ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου τῷ Κυρίῳ, καὶ σὺ ἀφήκας τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας μου· καὶ πάλιν· Λέγε σὺ τὰς ἀμαρτίας σου πρῶτος, ἵνα δικαιωθῆς· καὶ, Δίκαιος ἐντοῦ κατήγερος ἐν πρωτολογία. Δεύτερον, ἀπὸ ταπεινοφροσύνης πολλῆς· Ὅσπερ γὰρ σερὰ τίς ἐστὶ [99] χρυσῆ, καὶ ἀρχὴν λάβῃ, πάντα ἔπειται. Ἐὐν γὰρ ὁμολογῆ-

* Legit Mutianus, τοσαύτης ἀφέσεως. Ὁ γὰρ ἐν σκότῳ, sicque Regg., Comm. et marg. Savil.

σης τὴν ἀκρίβειαν ὡς ὁμολογῆσαι χρὴ, ταπεινοῦται ἡ ψυχὴ · τὸ γὰρ συνειδὼς αὐτὴν συστρέφον, κατατάλλαι ποιεῖ. Δεῖ δὲ καὶ ἕτερα προσεῖναι τῇ ταπεινοφροσύνῃ*, ἵνα τοιαύτῃ ἢ οἶαν ὁ μακάριος Δαυὶδ τῷ χετο λέγων· *Καρδίαν καθάραν κτίσσορ ἐν ἐμοί, ὁ Θεὸς · καὶ πάλιν· Καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει*. Τὸ γὰρ συντριβὴν οὐ διανίσταται, οὐ πλήττει, ἀλλὰ πρὸς τὸ παθεῖν κακῶς ἐστὶν ἕτοιμον, αὐτὸ δὲ οὐ διανίσταται. Ὅμοιούτων ἐστὶ συντριβὴ καρδίας · κὰν ὑβρισθῆ, κὰν πάθῃ κακῶς, ἡσυγάζει, καὶ οὐχ ὀρμᾶ πρὸς ἄμυναν. Μετὰ δὲ τὴν ταπεινοφροσύνην, εὐχῶν δεῖ ἐκτενῶν, δεκρῶν πολλῶν, τῶν ἐν ἡμέρᾳ, τῶν ἐν νυκτὶ· *Λούσω γὰρ, φησὶ, καθ' ἐκάστην νύκτα τὴν κλίην μου ἐν δὲ δεκρῶσι μου τὴν στρωμνὴν μου βρέξω· ἐκοπίασι ἐν τῷ στεναγμῷ μου · καὶ πάλιν· Ὅτι σποδὸν ὡσεὶ ἄρτον ἐξαγορ, καὶ τὸ πόμα μου μετὰ κλαυθμοῦ ἐκίρων*. Καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν τὴν οὕτως ἐκτενῆ, ἐλεημοσύνης δεῖ πολλῆς. Τὸ γὰρ μάλιστα ἰσχυρὸν ἐργαζόμενον τὸ φάρμακον τῆς μετανοίας, τοῦτ' ἐστὶ. Καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν λατρικῶν βοηθημάτων ἐστὶ φάρμακον πολλὰς μὲν λαμβάνον βοτάνας, μίαν δὲ τὴν κυριωτάτην · οὕτως καὶ ἐπὶ τῆς μετανοίας αὐτῆ ἢ βοτάνη κυριωτέρα, καὶ τὸ πᾶν αὐτῆ γένοιτο ἄν. Ἄκουε γὰρ τί φησὶν ἡ ὁσια Γραφή· *Δότε ἐλεημοσύνην, καὶ πάντα ἔσται καθάρᾳ · καὶ πάλιν· Ἐλεημοσύνη καὶ πίστεισιν ἀποκαθαροῦνται ἁμαρτίαι· καὶ πάλιν Πῦρ φλογίζουμον ἀποσβέσει ὕδωρ, καὶ ἐλεημοσύνη κατακυύσει ἀμυγτίας μεγάλαις*. Ἐἴτα τὸ μὴ ὀργίζεσθαι, μηδὲ μνησικακεῖν, τὸ πᾶσιν ἀφιέναι τὰ ἁμαρτήματα· Ἄνθρωπος γὰρ ἀνθρώπων συντηρεῖ ὀργὴν, φησὶ, καὶ παρὰ Κυρίου ζητεῖ ἰασιν· Ἄφες, ἵνα ἀφθεῖ ὅμιν. Καὶ τὸ ἐπιστρέφειν ἀδελφούς ἀπὸ τῆς πλάνης· *Πορεύου γὰρ, φησὶ, καὶ ἐπιστρέψε τοὺς ἀδελφούς σου, ἵνα ἀφθεῖσὶ σοὶ αἱ ἁμαρτίαι σου* · τὸ πρὸς τοὺς ἑταίρους ἔχειν οἰκείωζ. *Κὰν γὰρ ἁμαρτίας ἦ, φησὶ, πεποικῶσαι τις, ἀφθεθήσεται αὐτῷ* · τὸ προστάσθαι τῶν ἀδικουμένων, τὸ μὴ ἔχειν ὀργὴν, τὸ πάντα πρᾶω· φέρειν.

ε'. Ἄρα πρὸ μὲν τοῦ μαθεῖν ὅτι ἐστὶ διὰ μετανοίας ἀπολούσασθαι τὰ ἁμαρτήματα, οὐκ ἐναγώνιοι ἦτε, γρόντες ὅτι οὐκ ἐστὶν ἕτερον λουτρον, καὶ ἀπεγίνωσκες [100] ἑαυτῶν· Νυνὶ δὲ μαθόντας δι' ὅσων ἢ μετάνοια καὶ ἢ ἀφες καταροθοῦται, καὶ ὅτι δυνασόμεθα τὸ πᾶν ἐκφυγεῖν, ἂν βουληθῶμεν αὐτῇ χρῆσασθαι δεόντως, ποίας τύχοιμεν ἂν συγγνώμης, οὐδὲ εἰς νοῦν ἐρχόμενοι τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων· Εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, πάντα ἤνυστο. Ὅσπερ γὰρ ὁ τὴν θύραν εἰσελθὼν, ἐνδον ἐστὶν · οὕτως ὁ τὰ οἰκεία λογιζόμενος κακά. Ἄν γὰρ ἀναλογίζηται αὐτὰ καθ' ἐκάστην, καὶ ἐπὶ τὴν θεραπείαν αὐτῶν πάντως ἤξει· ἂν δὲ λέγῃ, Ἄμαρτωλὸς εἰμι, μὴ ἀναλογίζηται δὲ αὐτὰ κατ' εἶδος, καὶ λέγῃ, ὅτι· Τόδε καὶ τόδε ἡμαρτον · οὐδέποτε παύσεται, ἀεὶ μὲν ὁμολογῶν, φροντίζων δὲ οὐδέποτε τῆς διορθώσεως. Ἐὰν γὰρ ἄρρηται, πάντως καὶ τὰ ἄλλα ἔπεται, ἂν εἰσθον ἐπιδαίηται· πανταχοῦ γὰρ ἡ ἀρχὴ καὶ τὰ προίμια

δύσκολα. Ταῦτα οὖν καταβαλώμεθα, καὶ πάντα εὐνολα ἔσται καὶ βῆστα.

vivit, non habet, inquit, successorem: si autem non habet successorem, potest etiam omnes defendere. Nam hic quidem pontifex, etiam admirabilis, erat usque ad illud tempus in quo erat, ut Samuel, et quicumque erant hujusmodi, postea autem non erant amplius; mortui enim fuerant: hic autem non sic, sed servat in perpetuum. Quid est, *In perpetuum*? Tacite significat aliquid mysterium. Non hic solum, inquit, sed illic quoque eos servat qui per ipsum ad Deum accedunt. Quomodo servat? *Semper vivens ad interpellandum pro ipsis*, inquit. Vides humilitatem secundum humanam naturam? non enim ipsum semel intercedentem hoc assumptum esse dicit, sed semper, et quando opus fuerit, pro eis interpellare: hoc enim significat, *In perpetuum.* Quid est, *In perpetuum*? Non solum ad tempus, sed etiam illic in vita futura. Semper ergo opus habet ut precetur? et quomodo fuerit consentaneum? Saepe quidem homines justi ex una petitione totum confederunt; ipse autem semper precatur? cur ergo considet? Vides quod hoc sit sui demissio quod humana loquatur? Hoc autem vult significare: Ne timeatis, inquit, neque dicatis, Certe nos quidem diligit, et fiduciam habet apud Patrem, sed non semper vivere potest: semper enim vivit. 26. *Talis enim decebat ut nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus.* Vides quod totum dictum sit de humanitate? Quando autem dico humanitatem, eam dico quæ habet divinitatem; non dividens, sed sinens ut quæ decet intelligas. Vidisti differentiam pontificis? In summam redegit quæ supra dicta sunt cum diceret, *Tentatus in omnibus secundum similitudinem absque peccato.* *Talis*, inquit, *decebat ut nobis esset pontifex, sanctus, innocens.* *Innocens* quid est? Non malus, nec subdolos: quod alius dicit propheta, *Dolus non est inventus in ore ejus* (Isai. 53. 9). Quis hoc de Deo dixerit, et non erubescat dicens Deum non esse dolosum et fraudulentum? De eo autem quod est secundum carnem, dicere est consentaneum, *Sanctus, impollutus.* Nec hoc de Deo dixeris: eam enim habet naturam quæ non polluitur. *Segregatus a peccatoribus.* Hocne ergo solum ostendit differentiam, an etiam ipsum sacrificium? Etiam sacrificium. Quomodo? 27. *Qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum sacerdotes, prius pro suis deliciis hostias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit semel se offerendo.* Hoc quid? hic facit veluti quoddam procerium excellentiæ spiritualis sacrificii. Dixit quid intersit inter sacerdotem, et quid inter Testamentum, non totum quidem, dixit tamen: hic jam facit præludium ipsius sacrificii (a). Ne ergo cum eum audieris sacerdotem, existimes eum semper fungi sacerdotio: semel enim functus est munere sacerdotali, et deinceps sedit. Ne enim existimes eum stare apud superiores, et esse ministrum, ostendit rem esse dispensationis. Nam ut fuit servus, ita etiam sacerdos et minister: sed sicut eum factus esset servus, non mansit servus, ita etiam

(a) Hi. Colb. desint, omittuntque omnia usque ad decimam hanc tam familiariter.

cum factus esset minister, non man- sit minister : non est enim ministri sedere, sed stare. Hoc ergo hic subindicat magnitudinem sacrificii, quod, unum cum esset, sufficit, et semel olatum tantum potuit, quantum non potuerunt omnia. Sed de his nondum : non enim dicit nisi : *Hoc enim*, inquit, *semel fecit*. Quodnam ? *Necesse est*, inquit, *habere etiam hunc aliquid*, inquit, *quod offerat* ; non pro seipso : quomodo enim pro se offerret cum impeccabilis sit ? sed pro populo. Quid dicit ? et non opus habet offerre pro se ipso, et tantum potest ? Certe, inquit. Nam ne existimares illud, *Fecit semel*, de ipso quoque dictum esse, audi quid dicat : *Lex enim homines constituit sacerdotem habentes infirmitatem* ; et ideo etiam pro se semper offerunt : potens autem ille, et qui non habet peccatum, cur pro se offerat ? Ergo non pro seipso, sed pro populo obtulit, idque semel. 28. *Sermo autem jurisjurandi qui post legem est, Filium in aeternum perfectum*. Quid est, *Perfectum* ? Non potuit Paulus proprias quæ opponuntur distinctiones : nam cum dixisset, *Habentes infirmitatem*, non dixit Filium potentem, sed, *Perfectum*, hoc est, potentem ; quasi dicas, Non vides quod nomen, *Filius*, dictum sit, ut eum servo opponat et ab eo distinguat. Infirmitatem autem aut peccatum dicit aut mortem. Quid est autem, *In aeternum* ? Non solum nunc nulli peccato affinem, sed semper. Si ergo est perfectus, si nunquam peccat, si semper vivit, cur pro nobis sæpe offerret sacrificia ? Sed interim quidem hoc non asserit, sed quod pro se offerat, hoc affirmat. Quoniam ergo talem habemus pontificem, eum imitemur, ejus insistamus vestigiis. Non est aliud sacrificium : unum nos purgavit ; postea autem ignis et gehenna. Propterea enim hoc susque deque versat, dicens unum esse sacerdotem, unum sacrificium, ne quispiam existimans esse multa, secure peccet.

4. *Contra eos qui baptismum differabant usque ad mortem*. — Quicumque ergo dignati sumus signaculo, quicumque percepimus fructum sacrificii, quicumque immortalis mensæ sumus participes, maneamus nostram servantes nobilitatem et honorem : non est enim lapsus expers periculi. Quicumque autem his nondum sunt dignati, ne ii quidem propterea confidant : nam quando quispiam ideo peccat, ut sanctum baptismum accipiat in extrema respiratione, sæpe non assequetur. Mihi credite : non vos terrenis dico quod sum dicturus : novi multos quibus hoc accidit, qui propter illuminationis quidem expectationem multa peccabant, in fine autem decessus excesserunt inanes. Deus enim propterea dedit baptismum, ut solveret peccata, non ut peccata augetet : si quis autem eo utatur ut secure magis peccet, hoc est causa socordiae et negligentiae. Nam si non esset lavacrum, tutius viverent, ut qui non haberent remissionem. Vides quod illud, *Faciemus mala ut veniant bona* (Rom. 3.8), nos sumus qui facimus ut dicatur ? Quamobrem rogo vos, qui non estis mysterii initiati, expergiscimini : nemo tamquam mercenarius, nemo tamquam ingratus ad virtutem accedat ; nemo eam aggrediatur tamquam rem gravem et

molestam. Ad eam ergo accedamus alacri animo et læti. Nam etiamsi merces non esset proposita, an non oporteret esse bonum ? sed tamen etiam cum mercede simus boni. Et quomodo non est hoc probrum et maximum dedecus ? Si mihi, inquit, mercedem non dederis, non sum modestus et temperans. Audiam itaque aliquid dicere ? Numquam veris temperans et modestus, etiam si modeste agas, si hoc facis mercede : virtutem enim nihil existimas, si eam non amas. Sed Deus propter magnam nostram imbecillitatem eam etiam mercede voluit fieri ; nos autem ne sic quidem eam aggredimur. Ponamus autem, si velis, quod homo quidam excedat malis perpetratis innumerabilibus, et baptismo dignatus : quod existimo non cito evenire : quomodo, quæso, illuc abit ? Pro iis quidem quæ fecit non accusatus, sed non habens fiduciam, idque merito. Nam quando cum centum annos vixerit, nullum aliud bonum ostendit, nisi quod non peccarit ; imo vero ne hoc quidem, sed gratia potius sola est servatus, alios autem viderit coronatos, præclaros et in bona existimatione : etiamsi ingehennam non ceciderit, feretne, dic quæso, angorem et animi ægritudinem ? Ut autem exemplo hoc planum faciam ; sint duo milites, et alter quidem furetur, faciat injuriam et aliena invadat ; hic vero nihil horum faciat, sed fortiter se gerat, præclara edat facinora, in bellis tropæa statuatur, hostium sanguine cruentet dexteram : deinde adveniente tempore, ab illa dignitate in qua etiam fur ille erat, repente ducatur ad sedem regiam, et induatur purpura ; hic autem illic maneat, ubi erat, solummodo clementia regia, non det pœnas eorum quæ admisit, sit autem in loco ultimo, et sub rege collocetur : feretne, dic quæso, angorem et animi ægritudinem, quando viderit eum quidem qui erat cum ipso, ascendisse ad ipsum dignitatum fastigium, et evasisse adeo præclarum, et orbis terræ tenere principatum ; se autem infra manere, et nec id ipsum quidem, quod non fuerit supplicium, habere cum honore, sed a gratia et clementia regia ? nam etiamsi rex eum dimiserit, et a criminibus absolverit, vivet tamen pudore affectus et ignominia : non enim etiam alii eum admirabuntur. Nam in ejusmodi condonationibus non eos admiramur qui accipiunt, sed eos qui donant : et quo majora dona dederint, eo majori pudore afficiuntur qui accipiunt, quando magna admessa sunt ab eis peccata. Quibus ergo oculis is intueri poterit eos qui sunt in regia, illis sudores innumerabiles et vulnera ostendentibus, cum ipse nihil possit ostendere, sed et quod salvus abeat a sola Dei benignitate et clementia ? Quemadmodum enim si quis homicidam, furem, adulterum ad supplicium capitis adducendum donari sibi postulaverit, et cum esse jussit in vestibulis regiae ; ille jam nunquam poterit aliquem ex adverso intueri, etiamsi sit liberatus a supplicio : ita etiam hic quoque.

5. Non enim, quoniam regia dicitur, existimetis omnes eadem assequi. Nam si hic aunt et præfectus, et omnes qui regi assistunt, et qui sunt his longe in-

είαν. Μὴ τοίνυν αὐτὸν ἱερέα ἀκούσας, ἀεὶ ἱεραῖσθαι νόμιμα· ἅπασι γὰρ ἱεράσατο, καὶ λοιπὸν ἐκάθισεν. Ἴνα γὰρ μὴ νομίσης ἄνω ἐστάναι αὐτὸν, καὶ λειτουργῶν εἶναι, δείκνυσιν ὅτι οἰκονομίας τὸ πρῶτον ἴστιν. Ὡςπερ γὰρ δούλος ἐγένετο, οὕτω καὶ ἱερεὺς καὶ λειτουργός· ἀλλ' ὡςπερ δούλος γενόμενος, οὐκ ἔμεινε δούλος· οὕτω καὶ λειτουργὸς γενόμενος, οὐκ ἔμεινε λειτουργός· οὐ γὰρ λειτουργὸς τὴ καθῆσθαι, ἀλλὰ τὸ ἐστάναι. Τοῦτο οὖν αἰνιττεται ἐνταῦθα τῆς θυσίας τὸ μεγαλῆον, ἢ ἤρκεσε μία οὔσα, καὶ ἅπασι προσεγεθέσα, τοσοῦτον ὅσον αἱ πᾶσαι οὐκ ἴσχυσαν. Ἄλλ' οὕτως περὶ τούτου· τοσοῦτον δὲ τῶς φησί· *Τούτο γὰρ ἐποίησεν ἐφ' ἅπασι*. Τοῦτο, ποῖον; *Ἀναγκασίον γὰρ ἔχειν*, φησί, *τὸ καὶ τοῦτο ὁ προσετέρη· οὐ τὸ ὑπὲρ ἑαυτοῦ· πῶς γὰρ ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσέτερον ἀναμάρτητος* [135] *ᾧν; ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ λαοῦ. Τί λέγετε;* καὶ οὐ δεῖται τοῦ προσφέρειν ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἴσχυει τοσοῦτον; *Ναί*, φησί. Ἴνα γὰρ μὴ νομίσης τὸ, *Ἐποίησεν ἐφ' ἅπασι*, καὶ περὶ αὐτοῦ εἰρηθεῖαι, ἀκούσον τί ἐπάγει· *Ὁ νόμος γὰρ ἀνθρώπων καθίστησιν ἀρχιερεῖς ἔχοντας ἀσθένειαν*. διὰ τοῦτο καὶ ἀεὶ ὑπὲρ ἑαυτῶν προσφέρουσιν· ὁ μόνος δυνατὸς ᾧν, ὁ μὴ ἔχων ἁμαρτίαν, τίνος ἕνεκεν ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσφέρει; Ἄρα οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ λαοῦ προσέφερε· καὶ τοῦτο ἐφ' ἅπασι. Ὁ λόγος δὲ τῆς ὀρκωμοσίας τῆς μετὰ τὸν νόμον, Ἰδοὺ εἰς τὸν αἰῶνα τετελειωμένον. — *Τετελειωμένον* τί ἐστίν; Ὅρα· οὐ τίθησι τὰς ἀντιδιαστολάς ὁ Παῦλος κυρίας· εἰπὼν γὰρ, *Ἐχοντας ἀσθένειαν*, οὐκ εἶπεν Ἰδὸν δυνατὸν, ἀλλὰ τετελειωμένον, τούτεστι, δυνατὸν, ὡς ἂν εἴποι τις· Ὅρξ ὅτι τὸ, Ἰδὸς, ὄνομα πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ δούλου εἰρηται; Ἀσθένειαν δὲ ἢ τὴν ἁμαρτίαν φησίν, ἢ τὸν θάνατον. Τί ἐστίν, *Εἰς τὸν αἰῶνα*; οὐ μὴν μόνον ἀναμάρτητων, φησίν, ἀλλ' ἀεὶ. Εἰ τοίνυν τέλειός ἐστιν, εἰ μὴδέποτε ἁμαρτάνει, εἰ ἀεὶ ἔζη, τίνος ἕνεκεν προσοίσει πολλάκις ὑπὲρ ἡμῶν θυσίας; Ἀλλὰ τῶς μὲν ὑπὲρ τούτου οὐκ ἰσχυρίζεται, ὑπὲρ δὲ τοῦ μὴ προσφέρειν αὐτὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ, τοῦτο ἰσχυρίζεται. Ἐπεὶ οὖν τοσοῦτον ἔχομεν ἀρχιερέα, μιμησώμεθα αὐτὸν, καὶ κατ' ἔχον αὐτοῦ βαίνωμεν. Οὐκ ἐστίν ἄλλη θυσία μία ἡμᾶς ἐκαθάρισε· μετὰ δὲ τοῦτο πῦρ καὶ γέννα. Καὶ γὰρ καὶ διὰ τοῦτο ἄνω καὶ κάτω στρέφει λέγων, Ἴνα ἱερέα, μίαν θυσίαν, Ἴνα μὴ τις, νομίζων πολλάς εἶναι ἀεὶ ἁμαρτάνῃ.

δ'. Ὅσοι τοίνυν κατηξιώθημεν τῆς σφραγίδος, ὅσοι τῆς θυσίας ἀπηλαύσαμεν, ὅσοι τῆς θανάτου τραπέζης μετέσχομεν, μένουμεν φυλάττοντες τὴν εὐγένειαν καὶ τὴν τιμὴν· οὐ γὰρ ἀκίνδυνος ἡ ἀπίστως. Ὅσοι δὲ μὴδέπω κατηξιώθησαν τούτων, μὴδὲ οὗτοι διὰ τοῦτο θαρβύειωσαν· ὅταν γὰρ τις διὰ τοῦτο ἁμαρτάνῃ, ἵνα τὸ ἅγιον βάπτισμα πρὸς ἐσχάτους λάθῃ ταῖς ἀναπνοαῖς, πολλάκις οὐκ ἐπιτεύξεται. Καὶ πιστεύσατέ μοι, οὐ φόβον ὑμᾶς λέγω, ὁ μὲλλον λέγειν· πολλοὺς οἶδα τοῦτο παθόντας ἐγὼ, οἱ προσδοκῆζόντες τοῦ φωτισματος πολλὰ ἡμάρτανον, πρὸς δὲ τῆς ἡμέρας τῆς τελευταίας ἀπῆλθον κενοί. Ὁ γὰρ θεὸς διὰ τοῦτο τὸ βάπτισμα ἔδωκεν, ἵνα λύσῃ τὰς ἁμαρτίας, οὐχ ἵνα αὐξήσῃ τὰς ἁμαρτίας· εἰ δὲ τις τούτῳ κεκορημένος εἴη πρὸς ἀδειαν τοῦ πλεονα ἁμαρτάνειν, βραθυμίας λοιπὸν τοῦτο γίνεται αἴτιον. Εἰ γὰρ μὴ λουτρὸν ἔην, [136] ἀσφαλῆστερον ἔζων ἂν, ὡς οὐκ ἔχοντες ἄφεσιν. Ὅρξ ὅτι τὸ, *Ποιήσωμεν τὰ κακά, ἵνα ἔλθῃ ἐπ' ἀγαθὰ*, ἡμεῖς ἔσμεν οἱ ποιοῦντες λέγοντες; Διό,

παρακαλῶ, καὶ ὑμεῖς οἱ ἀμύητοι ὠφείτε· μηδεὶς ἡμῶν μισθωτὸς, μηδεὶς ὡς ἀγνώμων, οὕτω μετιέτω τὴν ἀρετὴν, μηδεὶς ὡς βαρὺ καὶ φορτικόν. Μετὰ προθυμίας τοίνυν ταύτην μετέλωμεν καὶ χαίροντες. Εἰ γὰρ μὴ μισθὸς ἔκειτο, οὐκ ἐχρήν εἶναι ἀγαθόν; ἀλλ' ὅμως κἂν μετὰ μισθοῦ γενώμεθα ἀγαθοί. Πῶς γὰρ οὐκ αἰσχυνή τοῦτο, καὶ μεγίστη κατὰ φύσιν; Ἐὰν μὴ δῶς μοι μισθόν, φησίν, οὐ γίνομαι ἀγαθός. Οὐκοῦν τολμῶ τι εἰπεῖν; οὐδέποτε ἔση σώφρων, οὐδὲ ὅταν σωφρονῆς, εἰ γε μισθὸν αὐτὸ ποιεῖς; οὐδὲν γὰρ ἤγη τὴν ἀρετὴν, εἰ γε μὴ ἐρᾷς αὐτῆς. Ἀλλ' ὁ θεὸς διὰ τὴν πολλὴν ἡμῶν ἀσθένειαν τῶς κἂν μισθοῦ ἢ θόβῃ λησεν αὐτὴν γενέσθαι· ἡμεῖς δὲ οὐδὲ οὕτω μετιέμεν αὐτῆν. Θυμὸν δὲ, εἰ βούλεσθε, ὅτι ἀνθρωπὸς τις μυρία ἐργασάμενος κακὰ ἄπεισι, καὶ καταξιώθει· τοῦ βαπτίσματος (ὅπερ οὐ ταχέως οἶμι συμβαίνειν), πῶς ἀπελευθεταῖ ἐκεῖ, εἰπέ μοι; Ὑπὲρ μὲν τῶν ἐργασμένων οὐκ ἐγκαλοῦμενος, ἀπαρρησίαστος δὲ ᾧν, εἰκότως. Ὅταν γὰρ ἔκατὸν ἔτη βιώσας, μὴδὲν ἀγαθὸν ἔργον ἐπιδείξῃται, ἀλλὰ μόνον, ὅτι οὐχ ἡμαρτε, μᾶλλον δὲ μὴδὲ τοῦτο, ἀλλ' ὅτι χάριτι μόνῃ διεσώθη, ἑτέρου; δὲ ἑστεφανωμένους; λαμπροὺς καὶ εὐδοκίμους ἴδῃ· κἂν εἰς γένναν μὴ ἐμπέσῃ, ἄρα οἶσει τὴν ἀθυμίαν, εἰπέ μοι; Ἴνα δὲ ἐπὶ ὑποδείγματος τὸ πρῶτον ποιήσω φανερωτέρον, ἔστωσαν δύο στρατιῶται, καὶ ὁ μὲν κλεπτέτω, ἀδικεῖτω, πλεονεκτεῖτω· ὁ δὲ μὴδὲν τούτων ἐργαζέσθω, ἀλλὰ ἀνδραγαθεῖτω, μεγάλα κατορθούτω, ἐν πολέμοις τρόπαια ἰστάτω, αἰματτέτω τὴν δεξιάν· εἶτα καιροῦ ἐπιστάντος, ὁ μὲν ἀπὸ τῆς ἀξίας ἐκείνης, ἐν ἧ καὶ ὁ κλέπτης ἦν, ἄθροον ἐπὶ τὸν βασιλικὸν θρόνον καὶ τὴν ἀλουργίδα ἀγέσθω· ἐκεῖνος δὲ ὁ κλέπτης ἐκεῖ μενέτω, ἐνθα ἦν, ἀπὸ δὲ τῆς φιλανθρωπίας μόνον τῆς βασιλικῆς μὴ διδῶτω δίκην ᾧν ἔδρασαν, ἐν μέντοι τῷ ἐσχάτῳ τόπῳ ἔστω, καὶ ὑπὸ τῷ βασιλεῖ ταπείνω· ἄρα οἶσει τὴν ἀθυμίαν, εἰπέ μοι, ὅταν ἴδῃ τὸν μὲν μετ' αὐτοῦ πρὸς αὐτὴν δῆπου ἀνεβθόντα τῶν ἀξιωμάτων τὴν κορυφὴν, καὶ οὕτω λαμπρὸν γενόμενον, καὶ τῆς οἰκουμένης [137] κρατοῦντα, ἑαυτὸν δὲ ἐτι κάτω μένοντα, καὶ οὐδὲ αὐτὸ τὸ μὴ κολασθῆναι μετὰ τιμῆς ἔχοντα, ἀλλ' ἀπὸ τῆς χάριτος καὶ τῆς φιλανθρωπίας τοῦ βασιλέως; κἂν γὰρ ἀφ' ὁ βασιλέως, καὶ ἐγκλημάτων ἀπαλλάξῃ, ἀλλ' ὅμως αἰσχυνόμενος βιώσεται· οὐ γὰρ δὴ καὶ ἄλλοι αὐτὸν θαυμάζονται. Ἐν γὰρ ταῖς τοιαύταις συγχωρήσει οὐ τοὺς λαμβάνοντας τὰ δῶρα, ἀλλὰ τοὺς διδόντας θαυμάζομεν· καὶ ὅση ἂν μερίζονα δῶσι δῶρα, τοσοῦτον μᾶλλον καταισχύονται οἱ λαμβάνοντες, ὅταν μεγάλα ἦ αὐτοῖς τὰ ἁμαρτημένα. Ποίους οὖν ὀφθαλμοὺς ἀντιβλέψαι δυνήσεται ὁ τοιοῦτος τοῖς ἐν τοῖς βασιλείοις οὖσιν, ἐκείνων μυρίους ἰδῶντας καὶ τραύματα ἐπιδεικνυμένον, αὐτὸς οὐδὲν ἔχων ἐπιδείξαι; ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ σωθῆναι ἀπὸ μόνης τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἔχων; Ὡςπερ γὰρ εἰ τις ἀνδροφόνον, κλέπτην, μοιχὸν μέλλοντα ἀπάγεσθαι ἐξαίτησται, καὶ κελεύσειεν εἶναι παρὰ τὰ πρόθυρα τῶν βασιλείων, οὐδεὶς δυνήσεται ἀντιβλέψαι ἐκεῖνος λοιπὸν, εἰ καὶ τῆς τιμωρίας ἀπῆλκται· οὕτω δὴ καὶ οὗτος.

ε'. Μὴ γὰρ δὴ, ἐπειδὴ βασιλεία λέγεται, νομίσητε πάντας τῶν αὐτῶν τυγχάνειν. Εἰ γὰρ ἐνταῦθα καὶ ἔ

* Sic Regg. Comm. et marg. Savil. Legibatur. Kān μισθῶ. Ebn.

ὑπαρχος, καὶ πάντες οἱ περὶ τὸν βασιλεῖα, καὶ οἱ σφόδρα καταδίστατοι καὶ τὸν τῶν λεγομένων δεκανῶν τόπον ἐπέχοντες, ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσὶ, καίτοι τοσοῦτου ὄντος τοῦ μέσου τοῦ ὑπάρχου καὶ τοῦ δεκανοῦ· πολλῶ μᾶλλον ἐν τοῖς ἄνω βασιλείοις τοῦτο ἔσται. Καὶ τοῦτο οὐκ ἀπ' ἐμαυτοῦ λέγω· καὶ γὰρ ἔστειραν τοῦτον μέλινα τίλησι διαφορὰν ὁ Παῦλος. Ὅσαι γὰρ διαφοραὶ, φησὶν, ἀπὸ ἡλίου ἕως σελήνης, καὶ ἀστέρων καὶ τοῦ μικροτάτου ἀστέρος, τοσαῦται καὶ τῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ. Καὶ ὅτι πολλῶ πλέον τοῦ δεκανοῦ λεγομένου καὶ τοῦ ὑπάρχου, τοῦ ἡλίου καὶ τοῦ μικροτάτου ἀστέρος τὸ διάφορον, δῆλον ἄπασιν. Ὁ μὲν γὰρ ἡλιος πᾶσαν ὁμοῦ καταλάμπτει τὴν οἰκουμένην καὶ φαειδρὰν ποιεῖ, καὶ σελήνην καὶ ἀστέρας ἀποκρύπτει· ὁ δὲ πολλάκις οὐδὲ φαίνεται, καὶ ταῦτα ἐν σκοτίᾳ· πολλοὶ γὰρ εἰσι τῶν ἀστέρων, οὓς οὐχ ὁρῶμεν. Ὅταν οὖν ἑτέρους ὀρῶμεν ἡλίους γινομένους, ἡμεῖς δὲ τῶν ἀστέρων τῶν μικροτάτων τὴν φαῖν ἔχωμεν τῶν οὐδὲ φαينوμένων, τίς ἔσται ἡμῖν παραμυθία; Μὴ, παρακαλῶ, μὴ οὕτω νοθεῖς ὦμεν, μὴ οὕτως ἀργοί, μὴ πραγματευώμεθα τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ σωτηρίαν εἰς ῥαθυμίαν, ἀλλ' ἐμπορευώμεθα αὐτήν, [138] καὶ πληθύνωμεν. Κἂν γὰρ κατηχούμενος τις ἦ, ἀλλὰ τὸν Χριστὸν οἶδεν, ἀλλὰ τὴν πίστιν ἔγνω, ἀλλὰ τῶν Θεῶν ἐπακούει λόγων, ἀλλ' οὐ πρόβῳ ἔσται τῆς Θεῆας γνώσεως, οἷος τὸ θέλημα τοῦ Δεσπότου αὐτοῦ. Τίνος οὖν ἐνεκεν ἀναβάλλεται; τίνος ἐνεκεν μέλλει καὶ ὑπερτίθεται;

Οὐδὲν βλοῦ κρείττον καλοῦ, καὶ ἐνταῦθα κάκει, καὶ ἐπὶ φωτισμένους καὶ ἐπὶ κατηχουμένους. Τί γὰρ, εἰπέ μοι, φορτικὸν ἐπιτετάγμεθα; Ἔχει, φησὶ, γυναῖκα, καὶ σωφρόνει. Τοῦτο φορτικόν, εἰπέ μοι; καὶ πῶς, ὅπου γε πολλοὶ καὶ χωρὶς γυναϊκῆς σωφρονούσιν, οὐ Χριστιανοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἕλληνας; Ὁ ὑπερβαίνει τοῖνον ὁ Ἕλληνας διὰ κενοδοξίαν, σὺ οὐδὲ τοῦτο τρεῖς διὰ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ; Δίδου, φησὶ, πένησιν ἐκ τῶν δυνάτων. Τοῦτο φορτικόν; Ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα κατηγοροῦσιν ἡμῶν Ἕλληνας, ὀλοκλήρους οὐθείας κενώσαντες διὰ κενοδοξίαν μόνην. Μὴ αἰσχρο-

λόγει. Τοῦτο δύσκολον; εἰ γὰρ μὴ ἐπετίτακτο, οὐκ ἔδει αὐτὸ κατορθοῦν, ἵνα μὴ ἄτιμοι φωνώμεθα; ὅτι γὰρ τὸ ἐναντίον δύσκολον, τὸ αἰσχρολογεῖν λέγω, δῆλον ἐξ ὧν αἰδεῖται ἡ ψυχὴ καὶ ἐρυθριᾷ, ἔάν τι τοιοῦτον εἰπεῖν προαχθῇ, καὶ οὐδὲ ἔρει, ἔάν μὴ τάχα μεθύῃ. Διὰ τί γὰρ ἐπ' ἀγορᾶς καθήμενος, κἂν ἐπὶ οἰκίας; τοῦτο ποιῆς, ἔχει οὐ ποιεῖς; ἄρα οὐχὶ διὰ τοὺς παρόντας; διὰ τί ἐπὶ τῆς γυναϊκῆς σου ταχέως τὸ αὐτὸ μὴ ποιεῖς; ἄρα οὐχ ἵνα μὴ αὐτὴν ὑβρίτης; Ἴνα μὴ ὑβρίσης; τοῖνον τὴν γυναϊκά σου, οὐ ποιεῖς· τὸν δὲ Θεὸν ὑβρίζων οὐκ ἐρυθμιᾶς; πανταχοῦ γὰρ πάρεστι, καὶ πάντα ἀκούει. Μὴ μέθου, φησὶ· καλῶς. Τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸ καθ' ἐξουτὸ οὐ κόλασις; Οὐκ εἶπε, Κατάτεινον τὸ σῶμα, ἀλλὰ τί; Μὴ μέθου· τοῦτέστι, μὴ οὕτω; αὐτὸ ἐκτραχηλίσης, ὡς τῆς ψυχῆς ἀφελίσθαι τὴν ἀρχήν. Τί οὖν; οὐ χρεὶ πρόνοεσθαι τοῦ σώματος; Μὴ γένοιτο· οὐ τοῦτο λέγω, ἀλλ' εἰς ἐπιθυμίαν αὐτοῦ καὶ ἡ πρόνοια· οὕτω γὰρ καὶ Παῦλος ἐκέλευσε λέγων· Κατὰ τῆς σαρκὸς πρόνοια μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίαν. Μὴ ἄρπαξε, φησὶ, τὰ μὴ σὰ, μὴ πλεονέκτει, μὴ ἐπιθρῆκει. Ποίων πόνων ταῦτα δεῖται; ποίων ἰδρώτων; Μὴ κακηγῶρει. φησὶ, μηδὲ συκορᾶνται. Ποῖον ἔχει τοῦτο πόνον; Τοῦναντίον μὲν οὖν πόνος. Ὅταν μὲν γὰρ εἴπῃς κακῶς, εὐθέως ἐν κινδύνῳ εἶ, [159] ἐν ὑποψίᾳ, Μὴ ἤκουσε περὶ οὗ εἶπον, ἂν τε μέγας ἦ, ἂν τε μικρὸς· ἂν μὲν γὰρ μέγας ἦ, ἐν ἐργοῖς κινδυνεύσεις εὐθέως· ἂν δὲ μικρὸς, τοῖς ἰσῆσι σε ἀμυνεῖται, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῶ χαλεπωτέρως· μεζῶνως γὰρ σε ἐρεῖ κακῶς. Οὐδὲν δύσκολον, οὐδὲν φορτικὸν ἐπιτετάγμεθα, ἂν βουλώμεθα· ἂν δὲ μὴ βουλώμεθα, καὶ τὰ ῥᾶστα φορτικά ἡμῖν φανεῖται. Τί τοῦ φαγεῖν ῥᾶτον; ἀλλ' ὑπὸ πολλῆς βλακείας πολλοὶ καὶ πρὸς τοῦτο δυσχεραίνουσι· πολλῶν δὲ ἀκούω λεγόντων, ὅτι καὶ τὸ φαγεῖν κάματος. Οὐδὲν τοῦτων ἔχει κάματος, ἂν θέλῃς· ἐν γὰρ τῷ θέλειν πάντα κείται, μετὰ τὴν ἄνωθεν χάριν. Θελήσωμεν οὖν τὰ ἀγαθὰ, ἵνα καὶ τῶν αἰωνίων τύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΔ'.

Κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, τοσοῦτον ἔχομεν ἀρχιερέα, ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς. τῶν ἀγίων λειτουργῆς καὶ τῆς σκηνηῆς τῆς ἀληθινης, ἣν ἐπηξεν ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος.

α'. Ἀναμίγνυσι τὰ ταπεινὰ τοῖς ὑψηλοῖς ὁ Παῦλος, ὁ αἰετὸν διδάσκαλον μιμούμενος τὸν αὐτοῦ, ὥστε τὰ ταπεινὰ τοῖς ὑψηλοῖς ὀδῶν γενέσθαι, καὶ διὰ τούτων ἐπ' ἐκεῖνα χειραγωγηθῆναι, καὶ γινομένων ἐν τοῖς μεγάλοις, μανθάνειν ὅτι ταῦτα συγκαταβάσεις ἦν. Τοῦτο γοῦν καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ· εἰπὼν γὰρ ὅτι ἀνηγεγεν ἑαυτὸν, καὶ ἀρχιερέα δειξας, ἐπάγει· **Κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, τοιοῦτον ἔχομεν ἀρχιερέα, ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς.** Καίτοι τοῦτο οὐχ

ιερέως, ἀλλὰ τοῦτου ᾧ ἱεραῶσαι ἐκέλευον χρῆ. **Τῶν ἀγίων λειτουργῆς.** Οὐδὲ λειτουργῆς ἀπλῶς, ἀλλὰ, **Τῶν ἀγίων λειτουργῆς. Καὶ τῆς σκηνηῆς τῆς ἀληθινης, ἣν ἐπηξεν ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος.** Ὅρξ; τὴν συγκατάδοσιν; Οὐχὶ πρὸ μικροῦ δόιστη, λέγων· **Οὐχὶ πάντες εἰσι λειτουργικὰ πνεύματα; καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἀκούουσι· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου.** Τοῦτο δὲ φησιν, ὡς τοῦ καθήκοντος πάντως οὐκ ἔντος λειτουργοῦ· ὥστε τοῦτο [140] ἀκούει διὰ τὴν σάρκα. Σκηνην δὲ ἐνταῦθα τὸν οὐρανὸν λέγει. Διὸ καὶ τὸ διάφορον δεικνύς πρὸς τὴν Ἰουδαϊκὴν, ἐπάγει λέγων, **Ἦρ ἐπηξεν ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος.** Ὅρα πῶς; ἦρε τὰς ψυχὰς τῶν ἐξ Ἰουδαίων πεπιστευκότων, τοῦτο εἰπὼν. Ἐπειδὴ γὰρ εἰκόσῃ αὐτοὺς φαντάζεσθαι, ὅτι σκηνην οὐκ ἔχομεν τοιαύτην, Ἰδοὺ, φησὶν, ὁ ἱερεὺς, καὶ μέγας, καὶ πολὺ μεζῶν ἐκείνου, καὶ οὐσίαν θαυμασιωτέραν προσήγεγεν. Ἀλλ' ἄρα μὴ λόγος ταῦτα, μὴ κόμπος καὶ ψυχαγωγία; Ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἐπιστώσατο πρότερον ἀπὸ τοῦ ὄρκου, λοιπὸν δὲ καὶ ἀπὸ τῆς σκηνηῆς. Ἦν μὲν οὖν καὶ αὕτη ὄγλη ἡ

* Homiliam sic incipit Colb., Πῶς οὖν λειτουργῆς ἐνταῦθα εἴρηται, καὶ λειτουργῆς τῶν ἀγίων τὴν γὰρ σκηνην ἐνταῦθα φησιν. Ὅρα πῶς ἦρε τὰς ψυχὰς τῶν Ἰουδαίων.

fiores, et tenent locum eorum qui dicuntur decani (a), sunt in regia, etiamsi multum intersit inter præfectum et decanum: multo magis hoc erit in superna regia. Et hoc non ex me dico: nam et aliam his majorem differentiam ponit Paulus. Quam multæ enim, inquit, differentiæ sunt a sole usque ad lunam et stellas et minimam stellam, tam multæ etiam eorum qui sunt in regia. Et quod longe major sit differentia decani qui dicitur et præfecti, et solis et minimæ stellæ, est omnibus perspicuum. Nam sol quidem totum orbem terræ simul illustrat et exhilarat, lunamque abscondit et stellas: ille autem sæpe non apparet, idque in tenebris: multæ enim sunt stellæ quas non videmus. Quando ergo videmus alios fieri soles; nos autem minimarum stellarum et que ne apparent quidem locum tenere, quamnam erit nobis consolatio? Ne, rogo, ne simus adeo tardi, nec adeo pigri et ignavi, ne segniter salutem Dei appetamus, sed mercaturam ex ea exerceamus et eam multiplicemus. Nam etiamsi quis sit catechumenus, tamen novit Christum, novit fidem, divina audit eloquia, non est procul a divina cognitione, novit Domini sui voluntatem. Cur igitur differt, cur cunctatur et moratur?

Bona vita nihil melius. — Bona vita nihil est melius et hic et illic, et in iis qui illuminantur et in iis qui catechesi instituuntur. Nam quid, quæso, nobis est præceptum grave et intolerandum? Habe, inquit, uxorem, et sis temperans et continens. Hocne est difficile? quomodo, cum absque uxore nulli se continet, non solum Christiani, sed et Græci? Quod Græcus superat propter inanem gloriam, tu ne hoc quidem servas propter Dei timorem? *Da*, inquit, *pauperibus ex tuis facultatibus* (Tob. 4. 7). Hocne est grave et intolerandum? Sed hic quoque nos accusant Græci, qui omnes suas effuderunt facultates propter inanem gloriam. Ne verba loquaris obscœna (Col. 3.

(a) Hi decani fictores erant in aula Imperatoris. Vide Canzium in Glossario Gr. ad vocem *δευκάνης*.

8). Hocne est difficile? Etiamsi non esset præceptum, annon oporteret nos ita gerere, ne hoc nobis esset probro? Nam quod contrarium sit difficile, verba, inquam, loqui obscœna, est perspicuum ex hoc quod pudore afficitur et erubescit animus, si adductus fuerit ut tale quid dicat, et neque dicet, nisi forte sit ebrius. Cur enim in foro sedens, etiamsi domi facias, illic non facis? annon propter eos qui adsunt? cur si adsit uxor tua, id non facis? annon ut ne eam contumelia afficias? Quod ergo propter uxorem non facis, Deum contumelia afficiens non erubescis? adest enim ubique et audit omnia. Noli, inquit, inebriari (Ephes. 5. 18): recte. Nam etiam hoc ipsum per se annon est supplicium? Non dixit, Distende corpus tuum; sed quid? Noli inebriari: id est, Ne sic illud præcipites, ut auferatur principatus animæ. Quid ergo? annon corporis habenda cura est? Absit, non hoc dico, sic enim Paulus præcepit: *Carnis curam ne feceritis in desideriis* (Rom. 13. 14). Sed ne curam geras ejus concupiscentiæ, ne rapias quæ tua non sunt, ne per avaritiam invadas aliena, ne pejeres (Matth. 5. 35). Quibusnam egent hæc laboribus, quibus iam sudoribus: Ne crimineris, inquit, ne calumnieris (Luc. 3. 14). Quis in hac re labor? Contrarium quidem certe est labor. Nam quando maledictis appetieris, statim es in periculo, in suspicione. Ne forte audierit is de quo dixi, sive sit magnus, sive parvus: nam si sit quidem magnus, statim re ipsa venies in periculum; si parvus, par pari referet, imo graviora rependet et te majoribus appetet maledictis. Nihil difficile, nihil grave nobis est præceptum, si velimus: si autem nolimus, etiam quæ sunt facillima, nobis apparebunt gravia. Quid est facilius quam comedere? sed propter multam mollitiem multi id quoque ægre ferunt: multos audio dicentes, quod etiam comedere est labor. Nihil horum est laboriosum, si velis: nam, cum gratia superna, in voluntate sita sunt omnia, Velimus ergo bona, ut etiam bona consequamur æterna, gratia et benignitate.

HOMILIA XIV.

Cap. 8. 1. *Capitulum autem super ea quæ dicuntur: Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cælis, 2. sanctorum minister, et tabernaculi veri, quod fixit Dominus, et non homo.*

1. (a) Homilia sublimibus admiscet Paulus, qui semper suum imitatur Magistrum, ut humilia viam muniant ad sublimia, et per ea ad illa deducamur, et cum ad magna pervenerimus, discamus ea fuisse sue demissionis ad captum nostrum. Hoc ergo hic quoque facit: dicens quod se obtulerit, et cum pontificem eum esse ostendisset, dicit: *Capitulum autem super ea quæ dicuntur: Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cælis.* Atqui hoc

non est pontificis, sed ejus, cui oportet fungi munere sacerdotis, *Sanctorum minister.* Nec absolute minister, sed, *Sanctorum minister. Et tabernaculi veri quod fixit Dominus, et non homo.* Vides sui demissionem? Annon paulo ante distinxit, dicens: *Nonne omnes sunt administratorii spiritus* (Hebr. 1. 14)? Et propterea non audiunt, *Sede a dextris meis.* Hoc autem ait, quod omnino non sit minister qui sedet. Quomodo ergo dicitur est hic minister sanctorum? Tabernaculum autem hic cælum dicit. Ideo etiam ut ostendat quam differat a Judaico, dicit, *Quod fixit Deus, et non homo.* Vide quomodo erexit animos eorum qui crediderunt in Judæis. Nam quoniam verisimile erat eos imaginatos esse nos non habere tale tabernaculum: Ecce, inquit, sacerdos, et magnus, et illo multo major, ut admirabilius obtulit sacrificium. At numquid hæc sunt jactantia et animi oblectatio? Propterea rem pius facit credibilem ex jurejurando, deinde etiam

(a) Homiliam sic incipit Colb. *Quomodo hic dicitur minister et minister sanctorum? hic enim tabernaculum dicit. Vide quomodo erexit animas Judæorum.* Sic paucissimis amantissimus ille multa comprehendit.

ex tabernaculo. Erat quidem hæc quoque aperta differentia : ipse vero aliam quoque excogitat : *Quod fecit*, inquit, *Deus, et non homo*. Ubi sunt qui dicunt moveri cælum? ubi sunt qui pronuntiant id esse sphericum (a)? utraque enim hic sunt sublata. *Capitulum autem*, inquit, *super ea quæ dicuntur*. Caput semper dicitur id quod est maximum. Rursus dimittit orationem : cum dixisset quod est sublime, humilia postea libere profert. Deinde ut scias quod illud, *Minister*, dictum sit de humanitate, vide quomodo rursus hoc significet. 3. *Omnis enim pontifex*, inquit, *ad offerendum munera et hostias constituitur* : *Unde necesse est et hunc habere aliquid quod offerat*. Ne, quoniam audis eum sedere, existimes esse nugas quod dictus sit pontifex : nam illud quidem est Dei dignitatis, nempe sedere ; hoc autem multæ in homines benevolentia et magnæ curæ quam nostri gerit. Propterea hoc lenit, et in eo diutius immoratur : timuit enim ne illud everteret. Propterea ad hoc rursus deducit orationem, quoniam quærebant aliqui : Quare est mortuus, cum esset sacerdos? sacerdos autem non est absque sacrificio : oportet ergo eum quoque habere sacrificium. Alioquin autem cum dixisset quod sit apud superiores, dicit et ostendit quod sit sacerdos undique, ex Melchisedech, ex juramento, ex eo quod offerat sacrificium. Ex hoc de cætero etiam alium contextit syllogismum. 4. *Si ergo esset*, inquit, *super terram, nec esset sacerdos, cum essent sacerdotes qui offerrent secundum legem munera*. Si ergo est sacerdos, sicut certe est, oportet ipsum quærere alium locum. Nam si esset quidem super terram, non esset sacerdos. Quomodo enim? Non obtulisset, non functus esset munere sacerdotali; et jure quidem : nam istic erant sacerdotes. Et ostendit quod nec fieri potuit ut esset sacerdos super terram : quomodo enim? Siquidem neque resurrectio erat, inquit.

Pauli prudentia. — Hic necesse est mentem erigere, et apostolicam contemplari prudentiam : rursus enim ostendit differentiam sacerdotii. 5. *Qui exemplari*, inquit, *et umbræ deserviunt caelestium*. Quænam hic dicit caelestia? Spirituality : nam etiamsi mystice fiant super terram, sunt tamen digna caelestibus. Quando enim Dominus noster Jesus Christus proponitur mactatus et immolatus, quando advenit Spiritus, quando hic adest qui sedet ad dexteram Patris, quando fiant filii par lavacrum, quando sunt cives eorum qui sunt in cælis, quando illic habemus patriam et civitatem, quando hic sumus peregrini et hospites quomodo non sunt hæc omnia caelestia?

2. Quid vero? hymni non sunt caelestes? annon quæ apud superiores canunt chori Virtutum incorporarum, ea nos quoque qui infra sumus canimus illis consonantia? annon et ara est caelestis? Quomodo? nihil habet carnale : sunt spiritualia omnia quæ sunt proposita : non in cinerem, non in fumum, non in nidorem diffunditur sacrificium, sed splendida lætaque efficit quæ sunt proposita. Quomodo autem non

(a) Sphericum esse cælum negabat Chrysostomus. Qua de re vide quæ diximus in Præfatione ad Cosmam Ægyptiuan.

sunt caelestia quæ perficiuntur mysteria, cum ex quo dictum est, *Quorum retinueritis peccata, retenta sunt ; quorum remisistis, remittuntur* (Joan. 20. 23), qui nunc ministrant sibi ipsis id ipsum audiunt dictum? quomodo non omnia caelestia cum hi etiam claves habent regni caelorum? *Qui exemplari*, inquit, *et umbræ deserviunt caelestium, sicut responsum est Moysi cum consummaret tabernaculum* : *Vide, inquit, omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte*. Quoniam auditus noster est ad discendum tardior quam visus (non enim quæ audierimus similiter ita animo mandamus atque quæ viderimus), ostendit ei omnia. Aut hoc ab exemplo ostendit et umbra, aut de templo subintelligit ; subjunxit enim, *Vide, inquit, omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte*. Numquid vidit de constructione templi solum, an de sacrificiis, et de aliis omnibus? Imo vero nec aberraverit qui hoc etiam dixerit. Caelestis enim est Ecclesia, et nihil aliud quam cælum. 6. *Nunc autem melius sortitus est ministerium, quanto et melioris testamenti mediator est (a)*. Vides, inquit, quanto melius est ministerium ministerio, siquidem illud est exemplar et figura, hoc autem veritas? Sed hoc nihil proderat audientibus, neque eos afficiebat lætitia. Propterea dicit id quod maxima lætitia eos afficiebat : *Quod in melioribus re-promissionibus sancitum est*. Cum id extulisset a loco et sacerdote et sacrificio, tunc ponit et quid intersit inter testamentum ; antea quoque dixerat quod esset imbecillum et inutile. Et vide quanta cautione utatur, cum ipsum esset accusaturus. Nam cum illic dixisset, *Secundum virtutem vitæ insolubilis*, tunc dixit, *Reprobatio fit præcedentis mandati* : deinde etiam postea magnum quid posuit, dicens, *Per quod Deo appropinquamus* (Hebr. 7. 19). Hic autem cum nos in cælum sustulisset, et ostendisset quod pro templo cælum habeamus, et quod illa erant figuræ rerum nostrarum, et per hæc extulisset ministerium, deinceps etiam merito extollit sacerdotium. Sed, sicut dixi, id quod eos maxime afficit lætitia, ponit dicens : *Quod in melioribus re-promissionibus sancitum est*. Unde hoc constat? Ex eo quod ipsum quidem esset ejectum, ejus vero loco illud introductum : propterea enim dominatum obtinet quod sit melius. Nam sicut dicit : *Si per ipsum erat consummatio, quid adhuc opus fuit secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem?* ita hic quoque usus est eodem syllogismo, dicens : 7. *Nam si illud prius culpa vacasset, non utique secundi locus inquireretur*, hoc est, si nihil ipsi defuisset, si eos effecisset nulli culpæ affines. Nam quod de hoc dicat, audi sequentia : *Vituperans ipsos dicit*. Non dixit, *Vituperans ipsum*, sed, *Vituperans eos dicit*. *Ecce dies venient, dicit Dominus, et consummabo super domum Israel, et super domum Juda testamentum novum, non secundum testamentum quod feci patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem illos de terra Ægypti : quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo, et ego neglexi eos, dicit Dominus*. Maxime, inquit : et unde constat quod finem acco-

(a) In Colb. hiatus magnus est.

ἡσυχαστὴς αὐτὸς δὲ καὶ ἑτέραν ἐπινοεῖ· Ἦν ἔπηξεν ὁ Κύριος, φησί, καὶ οὐκ ἀνθρώπος. Πού τοίνυν εἰσὶν οἱ λέγοντες κινεῖσθαι τὸν οὐρανόν; πού εἰσιν οἱ σφαιροειδῆ αὐτὸν εἶναι ἀποφαινόμενοι; ἀμφότερα γὰρ ταῦτα ἀνήρηται ἐνταῦθα. *Κεφάλαιον δὲ*, φησὶν, *ἐπὶ τοῖς λογομένοις*. Κεφάλαιον αἰετὸ μάλιστα λέγεται. Πάλιν κατὰ τὸν λόγον· εἰπὼν τὸ ὑψηλόν, ἄδειξεν φεβέγγεται λοιπὸν τὰ ταπεινά· Ἔϊτα, ἵνα μάθῃς ὅτι τὸ, Δειουργός, περὶ τῆς ἀνθρωπότητος εἴρηται, ἄρα πῶς πάλιν ἐπισημαίνεται· Πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς, φησὶν, εἰς τὸ προσφέρειν δῶρα τε καὶ θυσίας καθίσταται· ὅθεν ἀναγκαῖον ἔχειν τι καὶ τοῖτον δ προσενέγκη. Μὴ, ἐπειδὴ ἀκούεις ὅτι κἀθηται, ὕθλον εἶναι νομίσης τὸ ἀρχιερεῖα αὐτὸν εἰρηθεῖν· ἐκεῖνο μὲν γὰρ τῆς ἀξίας τοῦ Θεοῦ, τὸ καθῆσθαι, τοῦτο δὲ τῆς φιλανθρωπίας τῆς πολλῆς καὶ τῆς εἰς ἡμᾶς κηδεμονίας. Διὰ τοῦτο αὐτὸ λιπαίνει, καὶ τούτῳ πλέον ἐνδιατρίβει· δέδοικε γὰρ μὴ ἐκείνο ἀνατρέψῃ. Διὰ τοῦτο πάλιν ἐπὶ τοῦτο κατὰ τὸν λόγον, ἐπειδὴ ἐξήτουν τινές, τίνος ἕνεκεν ἀπέθανεν, ἱερεὺς ὢν. Ἱερεὺς δὲ χωρὶς θυσίας οὐκ ἔστι· δεῖ τοίνυν καὶ τοῦτον ἔχειν θυσίαν. Ἄλλως δὲ, εἰπὼν ὅτι ἄνω ἐστὶ, λέγει καὶ δείκνυσιν, ὅτι ἱερεὺς ἐστὶ πάντοθεν, ἀπὸ τοῦ Μελαχισδεχ, ἀπὸ τοῦ ὄρκου, ἀπὸ τοῦ προσενηχεῖν θυσίαν. Ἐκ τούτου λοιπὸν καὶ ἀναγκαῖον ἄλλαν πλέκει συλλογισμὸν. *Εἰ μὲν γὰρ ἦν ἐπὶ γῆς*, φησὶν, *οὐδ' ἂν ἦν ἱερεὺς, ὄντων τῶν ἱερέων τῶν προσφερόντων κατὰ τὸν νόμον τὰ δῶρα*. Εἰ τοίνυν ἐστὶν ἱερεὺς, φησὶν, ὡς περ οὖν καὶ ἐστὶ, δεῖ αὐτῷ τόπον ζητῆσαι ἕτερον. Ἐπὶ γῆς μὲν γὰρ ὢν, οὐκ ἂν ἦν ἱερεὺς. [141] Πῶς γὰρ; οὐ προσήνεγκεν, οὐχ ἱεράσατο· καὶ εἰκότως· ἦσαν γὰρ οἱ ἱερεῖς. Καὶ δείκνυσιν, ὅτι οὐδὲ δυνατόν ἐπὶ γῆς εἶναι ἱερέα· πῶς γὰρ; Ἐπεὶ οὐδὲ ἐπανάστασις ἦν, φησὶν.

Ἐνταῦθα ἀναγκαῖον συντείνει τὸν νοῦν, καὶ συνιδεῖν τὴν ἀποστολικὴν σύνεσιν· πάλιν γὰρ τὴν διαφορὰν δείκνυσιν τῆς ἱερωσύνης. *Οἵτινες*, φησὶν, *ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ λατρεύουσι τῶν ἐπουρανίων*. Τίνα λέγει ἐνταῦθα ἐπουράνια; Τὰ πνευματικά· εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ γῆς τελεῖται, ἀλλ' ὅμως τῶν οὐρανῶν εἰσὶν ἄξια. Ὅταν γὰρ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κείται ἐσφαγμένος, ὅταν Πνεῦμα παραγίνηται, ὅταν ὁ καθήμενος ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς ἐνταῦθα ἦ, ὅταν υἱοὶ γίνωνται διὰ τοῦ λουτροῦ, ὅταν πολιταὶ ὡς τῶν ἐν οὐρανοῖς, ὅταν πατριδοὶ ἔχωμεν ἐκεῖ, καὶ πλῆν, καὶ πολίτευμα, ὅταν ξένοι ὡς τῶν ἐνταῦθα, πῶς οὐκ ἐπουράνια ταῦτα πάντα τυγχάνει;

β'. Ἄλλὰ τί; οἱ ὕμνοι οὐκ ἐπουράνιοι; οὐχ ἄπερ ἂν ᾄδουσιν οἱ θεοὶ χοροὶ τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων, ταῦτα καὶ ἡμεῖς οἱ κάτω συννοῶ ἐκείνοις φεβέγγεμεθα; οὐχὶ καὶ τὸ θυσιαστήριον ἐπουράνιον; Πῶς; οὐδὲν ἔχει σαρκικόν· πάντα πνευματικὰ γίνονται· τὰ πνευματικά· οὐκ εἰς πέφραν, οὐκ εἰς καπνόν, οὐκ εἰς κλισίαν διαχέεται ἡ θυσία, ἀλλὰ λαμπρὰ καὶ φαιδρὰ ἐργάζεται τὰ πρακείμενα. Πῶς δὲ οὐκ οὐράνια τὰ τελούμενα, ὅταν οἱ διακονούμενοι αὐτοῖς ἀκούσιν ἔτι ἐξ οὐ εἴρηται· Ἄν τινῶν κρατῆτε, κερκῆτη-

ται· ἂν τινῶν ἀφῆτε, ἀφ' ἔνται; Πῶς οὐκ οὐράνια πάντα, ὅταν οὗτοι καὶ τὰς κλεῖς ἔχωσι τοῦ οὐρανοῦ; *Οἵτινες*, φησὶν, *ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ λατρεύουσι τῶν ἐπουρανίων, καθὼς κερκῆται Μωϋσῆ, μέλλων ἐπιτελεῖν τὴν σκηρῆν*. Ὅρα γὰρ, φησὶ, ποιήσεις πάντα κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει. Ἐπειδὴ ἡ ἀκοὴ ἡμῶν ὁμαθεστέρα τῆς ὁψείως ἐστὶν (οὐ γὰρ οὕτως ἄπερ ἂν ἀκούσωμεν, τῇ ψυχῇ παρακατατιθέμεθα, ὡς ἄπερ ἂν ἴδωμεν αὐταῖς ὁψείως), ἔδειξεν αὐτῷ πάντα. Ἡ τοίνυν τοῦτο λέγει, Ἐποδείγματι καὶ σκιᾷ· ἡ περὶ τοῦ ναοῦ αἰνίττεται· ἐπήγαγε γὰρ, Ὅρα, ποιήσεις πάντα κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει. Ἄρα περὶ τῆς κατασκευῆς [142] τοῦ ναοῦ μόνον, ἢ περὶ τῶν θυσιῶν εἶδε, καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων· μέλλον δὲ οὐκ ἂν τις ἀμάρτοι καὶ τοῦτο εἰπὼν. Οὐράνια γὰρ ἐστὶν ἡ Ἐκκλησία, καὶ οὐδὲν ἐστὶν ἄλλο ἢ οὐρανός. *Νυνὶ δὲ διαφορωτέρως τετύχηκε λειτουργίας, ὅσῳ καὶ κρείττονος ἐστὶ διαθήκης μυσίτης*. Ὅρα, φησὶν, ὅσῳ βελτίων ἡ λειτουργία τῆς λειτουργίας, εἰ γε ἐκεῖνη μὲν ὑπόδειγμα καὶ τύπος, αὕτη δὲ ἀλήθεια. Ἄλλ' οὐδὲν τοῦτο ὠφέλει τοὺς ἀκούοντας, οὐδὲ εὐφραίνει. Διὰ τοι τοῦτο ὁ μάλιστα αὐτοὺς εὐφραίνει, λέγει· *Ἦτις ἐπὶ κρείττοσιν ἐπαγγελίαις νεομοθέτηται*. Ἐπάρας ἀπὸ τοῦ τόπου καὶ τοῦ ἱερέως καὶ τῆς θυσίας, τότε καὶ τῆς διαθήκης τὸ μέσον τίθησιν· εἰπὼν μὲν καὶ πρότερον, ὅτε εἰδίκου ὅτι ἀσθενής ἦν καὶ ἀνωφελής. Καὶ ὅρα οἷα τίθησιν ἀσφαλισματα, μέλλων αὐτῆς κατηγορεῖν. Ἐκεῖ γὰρ εἰπὼν, *Κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου, τότε εἶπαν, ὅτι Ἀδέτησις γίνεσθαι προαρούσης ἐντολής*· εἶτα καὶ ὑστερον μέγα τι ἔθηκεν εἰπὼν· *Δι' ἧς ἐγγίζομεν τῷ Θεῷ*. Ἐνταῦθα δὲ ἡμᾶς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναγαγόν, καὶ δείξας ὅτι ἀνὰ τοῦ ἱεροῦ τὸν οὐρανὸν ἔχομεν, καὶ ὅτι τύποι ἦσαν τῶν ἡμετέρων ἐκεῖνα, καὶ τὴν λειτουργίαν ἐπάρας τοῦτοις, καὶ τὴν ἱερωσύνην εἰκότως ἐπαίρει λοιπόν. Ἄλλ', ὅπερ ἔφη, ὁ μάλιστα αὐτοὺς εὐφραίνει· τίθησιν λέγων· *Ἦτις ἐπὶ κρείττοσιν ἐπαγγελίαις νεομοθέτηται*. Πόθεν τοῦτο δῆλον; Ἐξ ὧν αὕτη μὲν ἐξεβλήθη, ἐκεῖνη δὲ ἀντεπιστήθη· διὰ γὰρ τοῦτο κρατεῖ, ὅτι βελτίων. Ὅσπερ γὰρ λέγει, ὅτι, *Εἰ ἡ τελείωσις δι' αὐτῆς ἦν, τίς ἐτι χρῆσι κατὰ τὴν τάξιν Μελαχισδεχ ἕτερον ἀνίστασθαι ἱερέα*; οὕτω καὶ ἐνταῦθα τῷ αὐτῷ συλλογισμῷ κέρρηται, λέγων· *Εἰ γὰρ ἡ πρώτη ἐκείνη ἦν ἀμειπτος, οὐκ ἂν δευτέρως ἐκητεῖτο τόπος*· τουτέστιν, εἰ οὐδὲν εἶχεν ἑλλίπεις, εἰ ἀμειπτους ἐποίει. Ὅτι γὰρ περὶ τούτου φησὶν, ἀκουε τὸ ἐξῆς· *Μεμφόμενος δὲ αὐτοῖς λέγει*. Οὐκ εἶπε, *Μεμφόμενος δὲ αὐτῆ, ἀλλὰ, Μεμφόμενος δὲ αὐτοῖς λέγει*. Ἰδοὺ ἡμέραι ἐρχονται, λέγει Κύριος, καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰουδα διαθήκη κληρῆν, οὐ κατὰ τὴν διαθήκην, ἣν διεθέμην τοῖς πατρίαις αὐτῶν, ἐκ ἡμέρα ἐταλαζομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν, ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου· ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μου, κἀγὼ ἡμέλησα αὐτῶν, λέγει Κύριος. Ναί. [143] φησὶ· καὶ πόθεν δῆλον, ὅτι τέλος ἔλαβεν; Ἐδείξε μὲν οὖν καὶ ἀπὸ τοῦ ἱερέως τοῦτο· δείκνυσιν δὲ τρανότερον νῦν αὐτολεξεί, ὅτι ἐκβέληται. Πῶς δὲ; Ἐπὶ κρεί-

* Fa ta teinā deest ia Colb.

τοσιν ἐπαγγελίαις, εἰπών. Ποῦ γὰρ ἴσον, εἰπέ μοι, γῆ καὶ οὐρανός; Σὺ δὲ θεωρεῖ πῶς κάκει Ἐπαγγελίαις φησὶν, ἵνα μὴ ταύτης τοῦτο κατηγορῆς. Καὶ γὰρ ἐκεῖ, Δι' ἧς ἐγγιζόμεν τῷ Θεῷ ἐλπίδος, φησί, κρείττονος, δεικνύς ὅτι κάκει ἐλπίς· καὶ ἐνταῦθα, ἐπαγγέλλας κρείττονος, αἰνιττόμενος ὅτι καὶ ἐκεῖ ἐπιγγεῖλατο. Ἐπειδὴ δὲ ἐνεκάλουν αἰε, Ἰδοὺ γὰρ ἡμέραι ἐρχονται, λέγει Κύριος, φησί, καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰουδα διαθήκη καιρῆν. Οὐ παλαιὰν τίνα διαθήκην φησὶν. Ἴνα γὰρ μὴ τοῦτο ἔχωσι· λέγειν, καὶ τὸν χρόνον ὥρισεν· οὐ γὰρ ἀπλῶς εἶπε, Κατὰ τὴν διαθήκην, ἢν διεθέμην τοῖς πατράσιν αὐτῶν, ἵνα μὴ τὴν πρὸς τὸν Ἀβραάμ γεγεννημένην εἴπῃς, ἢ τὴν πρὸς τὸν Νῶε· ἀλλὰ ποίαν δηλῶν, φησὶν, Οὐ κατὰ τὴν διαθήκην, ἢν διεθέμην τοῖς πατράσιν αὐτῶν τοῖς ἐν τῇ ἐξόδῳ. Διὸ καὶ ἐπήγαγεν· Ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν, ἐξαγαγεῖν αὐτούς ἐκ γῆς Αἰγύπτου· ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μου, κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν, λέγει Κύριος.

γ'. Ὁρᾷς πρῶτον παρ' ἡμῶν ἀρχόμενα τὰ κακὰ; Αὐτοί, φησί, πρῶτον οὐκ ἐνέμειναν. Λοιπὸν καὶ παρ' ἡμῶν ἡ ἀμέλεια, τὰ δὲ ἀγαθὰ παρ' αὐτοῦ, τὰ τῆς εὐεργεσίας λέγω. Ἐνταῦθα ὡσπερ ἀπολογίαν τίθησιν, αὐτὴν τὴν αἰτίαν δεικνύς, δι' ἣν ἐγκαταλιμπάνει αὐτούς. Ὅτι αὕτη ἡ διαθήκη, φησὶν, ἢν διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ μετὰ τὰς ἡμέρας ἐπεινάς, λέγει Κύριος, διδοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ καρδίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς· καὶ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεόν, καὶ αὐτοὶ ἔσονται μοι εἰς λαόν. Οὕτω περὶ τῆς καινῆς ταῦτ' αὖ φησὶν, ὅτι λέγει· Οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἢν διεθέμην. Ποία δὲ ἄλλη ἐστὶ διαφορὰ, ἢ αὕτη; Εἰ δὲ τὸ διάφορον λέγοι τις οὐ κατὰ τοῦτο, ἀλλὰ κατὰ τὸ δοθῆναι εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν· οὐ προσταγμάτων εἰσάγει διαφορὰν, ἀλλὰ τὸν τρόπον τῆς δόσεως δεικνυσιν. Οὐκέτι γὰρ ἐν γράμμασι, φησὶν, ἔστι ἡ διαθήκη, ἀλλ' ἐν καρδίαις. Δειξάτω τούτων τοῦτο γενόμενον ποτε ὁ Ἰουδαίος· ἀλλ' οὐκ ἂν εἴροι· πάλιν γὰρ ἐν γράμμασιν ἐγένετο μετὰ τὴν ἐπάνοδον τὴν ἐκ Βαβυλώνας. [141] Ἐγὼ δὲ δεικνυμι τοὺς ἀποστόλους μὴδὲν παραλέοντας γραπτῶν, ἀλλ' ἐν ταῖς καρδίαις δεξαμένους δ' ἄνευματος ἁγίου. Διὸ καὶ ἔλεγεν ὁ Χριστός· Ἐκεῖνος ἐλθὼν ἀναγνῆσθε ὑμῶν πάντα, καὶ διδάξει ὑμᾶς. Καὶ οὐ μὴ διδάξω ἕκαστος, φησὶ, τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος τὸν ἀδελφόν αὐτοῦ, λέγων, Γινώθι τὸν Κύριον· ὅτι πάντες εἰδήσουσί με, ἀπὸ μικροῦ ὄως μεγάλου αὐτῶν. Ὅτι ἴλωσ ἔσομαι ταῖς ἀδικαίαις αὐτῶν, καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν, καὶ τῶν ἀμυρτιῶν αὐτῶν οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι. Ἰδοὺ καὶ ἄλλο σημεῖον· Ἀπὸ μικροῦ, φησὶν, ὄως μεγάλου αὐτῶν εἰδήσουσί με, καὶ οὐ μὴ εἴπωσι· Γινώθι τὸν Κύριον. Πότε τοῦτο γέγονεν ἢ νῦν; δῆλον γὰρ τὸ ἡμέτερον· τὸ δὲ ἐκείνων οὐ δῆλον, ἀλλ' ἀπεκλείστο εἰς γυνίαν. Ἄλλως δὲ, καινὴ τότε λέγεται, ὅταν ἕτερα ἦ, καὶ δεικνύη εἰ τι τῆς παλαιᾶς πλέον ἔχει. Καινὴ δὲ καὶ αὕτη τυγχάνει, ὅταν αὐτῆς τὰ μὲν περιαιρεθῆ, τὰ δὲ μὴ· οἶον, ἐπὶ ὑποδείγματος ἵνα

εἴπω, εἰ τις οἰκίαν παλαιὰν μέλλουσαν καταπίπτειν ἀφελῆ; τὸ πᾶν, τὸν θεμέλιον ὑπέβραψεν, εὐθείως λέγομεν, Ἐποίησεν αὐτὴν καινὴν, ὅταν τὰ μὲν ἐξέλῃ; τὰ δὲ ἀντισταγάῃ. Καὶ γὰρ καὶ ὁ οὐρανός καινὴς λέγεται οὕτως, ὅταν μηκέτι χαλκοῦς ἦ, ἀλλ' ὑετὸν διδῷ· καὶ ἡ γῆ ὁμοίως καινὴ, ὅταν μὴ ἀκαρπος ἦ, οὐχ ὅταν μεταβληθῆ. Καὶ οἶκος οὕτω καινός, ὅταν τὰ μὲν αὐτοῦ ἐξαιρεθῆ, τὰ δὲ μένῃ. Ὅστε καὶ διαθήκην καινὴν καλῶς εἶπεν· ἵνα δείξῃ ὅτι παλαιὰ γέγονεν ἡ διαθήκη ἐκείνη, κατὰ τὸ μὴδὲνα δοῦναι καρπὸν. Καὶ ἵνα μάθῃς ἀκριβῶς, ἀνάγνωθι τί φησὶν ὁ Ἄγγαιος, τί ὁ Ζαχαρίας, τί ὁ ἄγγελος, τί δὲ Ἐσδρας ἐγκαλεῖ. Πῶς οὖν ἔλαβεν αὐτόν; πῶς δὲ οὐδὲς ἐρωτᾷ Κύριον, ὅπου γε καὶ αὐτοὶ παρέβησαν, καὶ οὐδὲ αὐτοὶ ἤδεσαν; Ὁρᾷς πῶς βεβίασται τὸ σὸν; Ἐγὼ δὲ τὸ ἐμὸν τίθημι, ὅτι καινὴ κυρίως αὕτη ἂν λέγοιτο. Ἄλλως δὲ, οὐδὲ ἐκείνη συγχωρῶ περὶ τοῦτο εἰρησθαι, τὸ, Ἔσται καινός ὁ οὐρανός. Διὰ τί γὰρ μὴ, λέγων ἐν τῷ Δευτερονομίῳ, ὅτι Ἔσται χαλκοῦς ὁ οὐρανός, τοῦτο ἔθῃκεν ἐν τῇ διαστολῇ, ἐὰν δὲ εἰσακούσῃτε, ἔσται καινός; Καὶ μὴν διὰ τοῦτο φησὶν [145] ἕτεραν διαθήκην δώσειν, ἐπειδὴ τῇ προτέρᾳ οὐκ ἐνέμειναν. Τοῦτο ἐγὼ δεικνυμι, δι' ὧν φησὶ· Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει δια τῆς σαρκὸς· καὶ πάλιν Τί πειράζετε τὸν Θεόν, ἐπιθεῖναι ζυγὸν ἐπὶ τὸν τράχηλον τῶν μυητῶν, ὃν οὐτε οἱ πατέρες ἡμῶν, οὐτε ἡμεῖς ἰσχύομεν βαστάσαι; Ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἐνέμειναν, φησὶν. Ἐνταῦθα δεικνυσιν, ὅτι μειζρόνων ἡμᾶς ἄξιον, καὶ πνευματικῶν. Εἰς πᾶσαν γὰρ, φησὶ, τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φόβος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ρήματα αὐτῶν. Τουτέστιν, Οὐ μὴ ἔλωσιν ἕκαστος τῷ πλησίον αὐτοῦ, Γινώθι τὸν Κύριον. Καὶ πάλιν, Πλησθήσεται ἡ γῆ τοῦ γνώσασθαι τὸν Κύριον, ὡς ἕδωκεν πολλὴ κατακυλίωσι θαλάσσης. Ἐν τῷ λέγειν καινὴν, φησὶ, τεπαλαιώκε τὴν πρότην. Τὸ δὲ παλαιούμενον καὶ γηράσκον ἐγγὺς ἀφανισμοῦ. Ὅρα τὸ κρυπτόμενον, ὅπως ἐξεκάλυψεν αὐτὴν τοῦ προσφῆτου τὴν διάνοιαν. Ἐτίμησε τὸν νόμον, καὶ οὐκ ἠθέλησεν αὐτὸν εἶπειν παλαιὸν ὄνομαστί· πλην μέντοι τοῦτο εἶπεν· εἰ γὰρ ἐκεῖνο καινὸν ἦν, οὐκ ἂν καὶ τοῦτο τὸ μετὰ ταῦτα καινὸν ἐκάλεσεν. Ὅστε πλέον τι διδοὺς καὶ ἕτερον, Ἐπαλαιώθη, φησὶν. Οὐκοῦν καταλύεται καὶ ἀπόλυται καὶ οὐκέτι ἐστὶ. Λαβὼν παρὰ τοῦ προσφῆτου τὴν παρῆρησιαν, μᾶλλον αὐτοῦ καθάπτεται συμφερόντως, δεικνύς ὅτι τὰ ἡμέτερα νῦν ἀνοεῖ· τουτέστιν, ἔδειξεν οὖσαν παλαιάν. Εἶτα λαβὼν τὸ τῆς παλαιᾶς ὄνομα, καὶ ἕτερον παρ' ἑαυτοῦ προσθεῖς τὸ τοῦ γῆ-ρωσ, τὸ λειπόμενον ἀπὸ τῶν ἄλλων ἔλαβε, καὶ φησὶν· Ἐγγὺς ἀφανισμοῦ. Οὐκ ἄρα ἀπλῶς κατέπαυσεν ἡ καινὴ τὴν παλαιάν, ἀλλ' ὡς γεγηρακυῖαν, ὡς οὐ χρήσιμον. Διὰ τοῦτο ἔλεγε, Διὰ τὸ ἀσθενές καὶ ἀνωφελές. καὶ, Οὐδὲν ἐτελείωσεν ὁ νόμος, καὶ ὅτι, Εἰ ἡ πρότη ἦν ἀμειπτος, οὐκ ἂν δευτέρως ἐζητεῖτο τόπος. Ἀμειπτος τί ἐστὶ; Χρήσιμος, ἰσχυρά. Τοῦτο δὲ λέγει, οὐχ ὡς ἐγκλημάτων δεῖξει ὑπεύθυνον, ἀλλ' ὡς οὐκ ἀρκούσαν, ἰδιωτικώτερον ἐφθέξατο· ὡς ἂν τις εἴποι· Οὐκ ἔστιν ἀμειπτος ἡ οἰκία, τουτέστιν, ἔχει ἐλάττωμα, σαθρά ἐστίν· οὐκ ἔστιν ἀμειπτον τὸ ἱμάτιον, τουτέστι, λοιπὸν διαβρεῖ.

perit? Ostenderat quidem et ex sacerdote: ostendit nunc quoque dilucidius disertis verbis, ipsum esse ejectum. Quomodo? *In melioribus repromissionibus*, dicens. Ubi enim, dic quæso, est inter cælum et terram æqualitas? Tu autem considera quomodo illic quoque dicit, *In repromissionibus*, ne tu id quoque accuses. Etenim illic, *Per quam spem Deo appropinquamus*, inquit, *meliolem* (Hebr. 7. 19); ostendens quod illic quoque sit spes; et hic, *Meliolem repromissionem*, subindicans quod illic quoque promiserit. Quoniam autem semper accusabant, *Ecce enim*, inquit, *dies venient, dicit Dominus, et consummabo super domum Israel, et super domum Juda testamentum novum*. Non vetus aliquod testamentum dicit. Nam ne hoc possent dicere, tempus quoque præscripsit: non enim absolute dicit, *Secundum testamentum quod feci patribus eorum*; ne id dicas quod factum fuit Abrahamo, aut quod factum fuit Noe; sed quodnam sit, inquit declarans: *Non secundum testamentum quod feci patribus eorum, qui erant in exitu*. Et ideo subjungit, *In die qua apprehendi manum eorum, ut educerem illos de terra Ægypti: quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo, et ego neglexi eos, dicit Dominus*.

3. Vides primum mala a nobis incipere? Ipsi, inquit, primum non permanserunt. Ergo apud nos est negligentia; bona autem ab ipso, beneficia, inquam. Illic ponit tanquam defensionem, ipsam ostendens causam, propter quam eos re-inquit. 10. *Quoniam hoc est testamentum*, inquit, *quod disponam domui Israel post dies illos, dicit Dominus: Dabo leges meas in mente eorum, et in corde eorum scribam eas; et ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in populum*. Adeo hæc dicit de novo Testamento, quia dicit: *Non secundum testamentum quod feci*. Quænam autem est alia quam hæc differentia? Si quis autem dicat non in hoc esse differentiam, sed quod datæ sint in cordibus eorum: non præceptorum ostendit differentiam, sed modum dandi. Non amplius erit, inquit, Testamentum in literis, sed in cordibus. Hoc ali quando factum ostendat Judæus; sed non inveniet: rursus enim factum fuit in literis post reditum a Babylone. Ego autem ostendo apostolos nihil accepisse scriptum, sed suscepisse in cordibus per Spiritum sanctum. Quamobrem Christus quoque dicebat: *Ille cum venerit, omnia vobis revocabit in memoriam, et docebit vos* (Joan. 14. 26). 11. *Et non docebit unusquisque proximum suum, et unusquisque fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum: quoniam omnes scient me a minore usque ad majorem*. 12. *Quia propitius ero peccatis et iniquitatibus eorum, et peccatorum eorum jam non memorabor*. Ecce aliud quoque signum: *A parvo*, inquit, *usque ad magnum eorum: me scient*, et non dicent, *Cognosce Dominum*. Quando factum est hoc, nisi nunc? Nam quod nostrum quidem est, est manifestum: quod autem est illorum, nequaquam est manifestum, sed angulo inclusum. Alioquin novum tunc dicitur, quando fuerit aliud, et ostenderit si quid plus habet quam vetus. Hoc quoque est Novum, quando ejus alia quidem fuerint ablata,

alia vero non: ut si quis, exempli causa, domus veteris, quæ minatur ruinam, relicto universo, fundamentum consarcinat, confestim dicimus, *Eam fecit novam*, cum alia exemerit, alia eorum loco induxerit. Nam cælum quoque dicitur novum, quando non fuit amplius æneum, sed dedit pluviam: similiter quoque terra, quando non amplius fuit infœcunda, non quando fuit mutata. Et domus tunc nova, quando alia quidem ejus sunt ablata, alia vero manent. Quamobrem et Testamentum novum bene vocavit, ut ostenderet quod illud Testamentum factum sit vetustum, eo quod nullum faciat fructum. Et ut exacte discas, lege quid dicat Aggeus, quid Zacharias, quid angelus, quid Esdras incuset. Quomodo igitur cum excepit? Quomodo autem nullus rogat Dominum, quando et ipsi sunt transgressi, et ne ipsi quidem norunt? Vides quomodo tuum sit violatum? Ego autem pono meum, nempe quod hoc proprie dicatur novum. Alioquin autem ne illud quidem concedo de hoc esse dictum, *Erit novum cælum* (Isai. 65. 17). Cur enim dicens in Deuteronomio, *Erit cælum æreum* (Deut. 28. 23), non hoc posuit in distinctione: Sin autem audieritis, erit novum? Atqui propterea dicit se aliud daturum Testamentum, quoniam non permanserunt in priori. Hoc ego ostendo per ea quæ dicit: *Nam quod impossibile erat legis, in quo infirmabatur per carnem; et rursus, Quid tentatis Deum imponere jugum super collum discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos potuimus ferre* (Rom. 8. 3; Act. 15. 10)? *Quoniam ipsi non permanserunt*, inquit. Illic ostendit quod non dignatur majoribus et magis spiritualibus. *In omnem enim, inquit, terram exiit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum* (Psal. 18. 5). Hoc est, *Non dicet unusquisque proximo suo: Cognosce Dominum*. Et rursus: *Implebitur terra cognitione Domini, sicut aqua multa operuit mare* (Habac. 2. 14). 13. *Dicendo autem, inquit, novum, veteravit prius. Quod autem antiquatur et senescit, prope interitum est*. Vide quomodo quod erat occultatum aperuit, ipsam mentem prophetæ. Honoravit legem, et noluit eam dicere nominatim veterem; verumtamen hoc dixit: nam si illud esset novum, non hoc quoque postea appellasset novum. Quamobrem et aliquid dans amplius et alterum, inquit, *Veteravit*. Ergo dissolvitur et interit et non est amplius. Accepta a propheta fiducia, magis id insectatur utiliter, ostendens quod nostra nunc floreat; hoc est, ostendit esse vetus. Deinde accepto nomine vetustatis, et alio a se addito, nempe senii, quod restabat ex aliis accepit, et dicit: *Prope interitum est*. Non ergo novum absolute abrogavit vetus Testamentum, sed ut quod consenuerit, ut quod si inutile. Propterea dicebat, *Propter infirmitatem et inutilitatem; et, Nihil ad perfectum adduxit lex; et quod, Si primum culpa vacasset, non quæreretur secundi locus* (c. 7. v. 18. 19 et c. 8. v. 7). Culpa vacans quid est? Hoc est, utile, forte. Hoc dicit, non quod sit obnoxium criminibus, sed quod non sufficiat, ruidius est loquutus: ut si quispiam dicat, Culpa non vacat domus; hoc

est, in eo est vitium, et non est firma et solida : Culpa non vacat vestis, hoc est, jam diffuit. Non ergo hic dicit quod sit malum, sed quod in eo sit quod reprehendatur defectusque et vitium.¹

α'. Δείξας τὸ διάφορον ὄσον τοῦ ἀρχιερέως, καὶ τῶν θυσιῶν, καὶ τῆς σκηνῆς, καὶ τῆς διαθήκης, καὶ τῆς ἐπαγγελίας, καὶ πολλὰ τὸ μέσον, εἶ γε τὰ μὲν πρόσκαιρα, τὰ δὲ αἰώνια, τὰ μὲν ἐγγύς ἀφανισμοῦ, τὰ δὲ μένοντα, τὰ μὲν εὐτελῆ, τὰ δὲ τέλεια, τὰ μὲν τύποι, τὰ δὲ ἀλήθεια· Οὐ γὰρ κατὰ νόμον ἐντολῆς, φησί, σαρκικῆς, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου· καὶ πάλιν· Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα (ἰδοὺ τὸ διηνεκὲς τοῦ ἱερέως)· καὶ περὶ τῆς Διαθήκης· Ἐξέσιν, φησί, παλαιᾶ· Τὴ γὰρ παλαιούμενον καὶ γρηγόσκον ἐγγύς ἀφανισμοῦ· αὕτη δὲ καινῆ, καὶ ἄρσιν ἀμαρτιῶν ἔχουσα· ἐκείνη δὲ οὐδὲν τοιοῦτον. Οὐδὲν γὰρ ἐτελείωσεν ὁ νόμος, φησί· καὶ πάλιν· Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας· καὶ ἐκείνη μὲν χειροποίητος, αὕτη δὲ ἀχειροποίητος· καὶ ἡ μὲν τράγων αἷμα ἔχουσα, αὕτη δὲ Δεσπότου· καὶ ἡ μὲν ἐστώτα τὸν ἱερέα, αὕτη δὲ καθήμενον· ἐπειδὴ τοίνυν πάντα ἐκείνα ἐλάσσω, ταῦτα δὲ μείζω, διὰ τοῦτό φησιν· Ἐχοντες οὖν, ἀδελφοί, παρήρσιαν. Παρήρσιαν πῶθεν; Ἀπὸ τῆς ἀφέσεως. Ὡσπερ γὰρ αἰσχύνην, φησί, ποιεῖ τὰ ἀμαρτήματα, οὕτω παρόρσιαν τὸ πάντα ἀφεθῆναι ταῦτα ἡμῖν· οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τὸ συγκληρονόμους γενέσθαι, καὶ τσαούτη; ἀπολαῦσαι ἀγάπης. Εἰς τὴν εἰσοδὸν τῶν ἀγίων. Τί φησιν εἰσοδὸν ἐνταῦθα; Τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν πρόσδοον τὴν εἰς τὰ πνευματικά. Ἦν ἐνεκαίνισεν ἡμῖν. Τουτέστιν, ἦν κατεσκεύασε, καὶ ἡς ἤρξατο· ἐγκαινισμὸς γὰρ λέγεται ἀρχὴ χρήσεως λοιπὸν· ἦν κατεσκεύασε, φησί, καὶ δι' ἧς αὐτὸς ἐβάδισεν. Ὅδον πρόσφατον καὶ ζῶσαν. Ἐνταῦθα τὴν [181] πληροφωρίαν τῆς ἐλπίδος ἐμφαίνει. Πρόσφατον, φησί. Βιάζεται δειξάιν πάντα τὰ μείζονα ἐσηκῶτας, εἶ γε νῦν ἀνεψῆθησαν αἱ πύλαι τῶν οὐρανῶν, ὃ οὐδὲ ἐπὶ Ἀβραάμ ἐγένετο. Καὶ καλῶς; Ὅδον πρόσφατον, φησί, καὶ ζῶσαν· ἡ γὰρ πρώτη ὁδὸς θανάτου ἦν, ἐπὶ τὸν ἄδην ἀγούσα, αὕτη δὲ ζωῆς. Καὶ οὐκ εἶπε, ζωῆς, ἀλλὰ ζῶσαν αὕτην ἐκάλεσε, τὴν μένουσαν οὕτω δηλῶν. Διὰ τοῦ καταπετάσματος, φησί, τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. Ἡ σὰρξ αὕτη ἔτεμε πρώτη τὴν ὁδὸν αὐτῷ ἐκείνην, ἦν καὶ ἐγκαινισαὶ λέγει, τῷ καὶ αὐτὸς ἀξιώσεται διὰ ταύτης; βαδίσαι; καταπέτασμα δὲ εἰκότως ἐκάλεσε τὴν σάρκα· ὅτε γὰρ ἤρθη εἰς ὕψος, τότε ἐφάνη τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Προσερχόμεθα, φησί, μετὰ ἀληθινῆς καρδίας. Τίνες προσερχόμεθα; Εἰ τις ἅγιος τῇ πίστει, τῇ πνευματικῇ λατρείᾳ. Μετὰ ἀληθινῆς καρδίας, ἐν πληροφωρίᾳ πίστεως· τουτέστιν, ἐπειδὴ οὐδὲν ἐστὶν ὁρατὸν, οὕτε ὁ ἱερεὺς, οὕτε ἡ θυσία, οὕτε τὸ θυσιαστήριον ὁράται. Καίτοι γε οὐδὲ ἐκείνος ὁ ἱερεὺς ὁρατὸς ἦν, ἀλλ' ἐῖδον αὐτὸς

εἰστήκει, ἐκείνοι δὲ ἔξω πάντες, ὁ λαὸς ἅπας. Ἐνταῦθα δὲ οὐ μόνον τοῦτο δείκνυσιν, ὅτι ὁ ἱερεὺς εἰσῆλθεν εἰς τὰ ἅγια· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τῷ λέγειν· Καὶ ἱερέα μέγαν ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' ὅτι καὶ ἡμεῖς εἰσερχόμεθα. Διὰ τοῦτό φησιν, Ἐν πληροφωρίᾳ πίστεως. Ἔστι γὰρ καὶ πιστεύειν διατάζοντα· οἶον πολλοὶ εἰσι καὶ νῦν λέγοντες, ὅτι ἐνίων μὲν ἐστὶν ἀνάστασις, ἐνίων δὲ οὐ. Τοῦτο δὲ οὐκ ἐστὶ πληροφωρία πίστεως· οὕτω γὰρ δεῖ πιστεῦειν, ὡς περὶ ὀρωμένων· καὶ πολλῶ πλέον. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ καὶ σφαλῆναι ἐστὶν ἐν τοῖς ὀρωμένοις, ἐκεῖ δὲ οὐ· καὶ ἐνταῦθα μὲν τῇ αἰσθήσει ἐπιτρέπομεν, ἐκεῖ δὲ τῷ πνεύματι. Ἐββαντισμένοι τὰς καρδίας ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς· ἐνταῦθα δείκνυσιν ὅτι οὐ πίστις μόνον, ἀλλὰ καὶ βίος ἐνάρετος ζητεῖται, καὶ τὸ μηδὲν ἑαυτοῖς συνειδέναι πονηρόν. Οὐ γὰρ δέχεται τὰ ἅγια τοὺς μὴ οὕτω διακειμένους μετὰ πληροφωρίας· ἅγια γὰρ ἐστὶ, καὶ Ἄγια ἁγίων. Οὐκοῦν ἐνταῦθα ἀνθρωπος οὐδεὶς βέβηλος εἰσεῖσιν. Ἐκείνοι τὸ σῶμα ἐββαντίζοντο, ἡμεῖς τὴν συνειδήσιν· ὥστε ἐστὶ καὶ νῦν περιββαντίζεσθαι, ἀλλ' αὕτῃ τῇ ἀρετῇ. Καὶ λελουμένοι τὸ σῶμα ὕδατι καθαρῷ. Τὸ λουτρὸν ἐνταῦθ' αὖ φησιν, ὅπερ οὐκ ἐστὶ σωμάτων καθάρσιον, ἀλλὰ ψυχῆς. Πιστὸς γὰρ ὁ ἐπαγγελιαόμενος· καὶ τί ἐπαγγελιαόμενος ἐστὶ πιστός; Ὅτι δεῖ ἀπελθεῖν ἐκεῖ, καὶ εἰσελθεῖν εἰς [182] τὴν βασιλείαν. Μηδὲν τοίνυν περιεργάζου, μηδὲ λογισμοὺς ἀπαιτεῖ· πίστεως δεῖται τὰ ἡμέτερα. Καὶ κατανοῶμεν, φησὶν, ἀλλήλους εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης καὶ καλῶν ἔργων, μὴ ἐγκαταλείποντες τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν, καθὼς ἔθος τισὶν, ἀλλὰ παρακαλοῦντες· καὶ τοσοῦτ' ἄλλοι, ὅσ' ἂν βλέπετε ἐγγίζουσαν τὴν ἡμέραν. Καὶ πάλιν ἐτέρωθεν· Ὁ Κύριος ἐγγύς, μηδὲν μεριμνᾶτε. Νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία· καὶ πάλιν· Ὁ καιρὸς συνσταλμένος ἐστὶ λοιπόν. Τί ἐστὶ, μὴ ἐγκαταλείποντες τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν; Οἶδεν ἀπὸ τῆς συνουσίας καὶ τῆς ἐπισυναγωγῆς πολλὴν οὖσαν τὴν ἰσχύν. Ὅπου γὰρ εἰσι δύο ἢ τρεῖς, φησὶν, συνηγμένοι εἰς τὸ δρομὰ μου, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν· καὶ πάλιν· Ἴνα ὦσιν ἐν, καθὼς καὶ ἡμεῖς ἐν ἔσμεν· καὶ πάλιν· Πάντων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία. Οὐ διὰ τοῦτο ἐξέμνον, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τὰ τῆς ἀγάπης αὐξάνεται διὰ τῆς ἐπισυναγωγῆς· τῆς δὲ ἀγάπης αὐξανομένης, ἀνάγκη καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ ἔσσεσθαι. Προσευχὴ δὲ ἦν, φησὶν, ἐκτενῆς ὑπὸ τοῦ λαοῦ γινομένη. Καθὼς ἔθος τισὶν. Ἐνταῦθα οὐ μόνον παρήνευσεν, ἀλλὰ καὶ ἐμέμψατο. Καὶ κατανοῶμεν, φησὶν, ἀλλήλους εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης καὶ καλῶν ἔργων. Οἶδε καὶ τοῦτο γινόμενον ἀπὸ τῆς ἐπισυναγωγῆς αὐτῶν. Καθ' ὅπερ γὰρ σίδηρος σίδηρον δέξυται, οὕτω καὶ ἡ συνουσία τὴν ἀγάπην αὐξεί. Εἰ γὰρ λίθος πρὸς λίθον τριβόμενος πῦρ ἀφίσει, πῶσ' ἄλλοι ψυχὴ πρὸς ψυχὴν ἀναμιγνυμένη; Ὅρα· οὐκ, Εἰς ζῆλον, φησὶν, ἀλλ', Εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης. Τί ἐστὶν, Εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης; Εἰς τὸ μᾶλλον ἀγαπᾶν καὶ ἀγαπᾶσθαι. Προστίθησι δὲ, Καὶ καλῶν ἔργων, ὥσ-

τε ζήλον λαβεῖν· εικότως. Εἰ γὰρ τὸ ποιεῖν, φησί, τοῦ λέγειν μείζονα τὴν ἰσχύον ἔχει πρὸς διδασκαλίαν· πολλοὺς ἔχετε καὶ ὑμεῖς διδασκάλους ἐν τῷ πλήθει διὰ τῶν ἔργων τοῦτο ποιοῦντας. Τί ἐστὶ, Προσερχώμεθα μετὰ ἀληθινῆς καρδίας; Τουτέστι, χωρὶς ὑποκρίσεως· Οὐαὶ γὰρ καρδίᾳ δειλῇ, καὶ χερσὶ παρειμέναις. Μηδεὶς ἔστω, φησί, ψεῦδος ἐν ὑμῖν· μὴ ἔτερα μὲν λέγωμεν, ἔτερα δὲ φρονῶμεν· τοῦτο γὰρ ψεῦδος· μὴδὲ ὀλιγοψυχῶμεν· τοῦτο γὰρ οὐκ ἀληθινῆς καρδίας· ἀπὸ γὰρ τοῦ μὴ πιστεῦειν τὸ ὀλιγοψυχεῖν γίνεται. Πῶς δὲ ἔσται τοῦτο; Ἐὰν πληροφορησώμεν ἑαυτοὺς διὰ τῆς πίστεως. Ἐβρατισμένοι τὰς καρδίας. Διὰ τί μὴ εἶπε, Κεκαθαρμένοι, ἀλλὰ, Ἐβρατισμένοι; Τὴν διαφορὰν τῶν περιβρατηριῶν δεῖξαι βουλόμενος, καὶ ὅτι τὸ μὲν τοῦ Θεοῦ, τὸ δὲ ἡμέτερον. Τὸ μὲν γὰρ [183] λούσαι καὶ περιβρατῆναι τὴν συνείδησιν, τοῦ Θεοῦ· τὸ δὲ μετὰ ἀληθείας προσελθεῖν καὶ ἐν πληροφορίᾳ πίστεως, ἡμέτερον. Εἶτα καὶ τῆ πίστευ διδόναι ἰσχύον ἀπὸ τῆς ἀληθείας τοῦ ἐπαγγελλομένου. Τί ἐστὶ, Καὶ λελοῦμένοι τὸ σῶμα ὑδατι καθαρῷ; Ἦτοι τῷ καθαροῦς ποιοῦντι λέγει, ἢ τῷ μὴ ἔχοντι αἷμα. Εἶτα προστίθησι τὸ τέλειον, τὴν ἀγάπην. Μὴ ἐγκαταλείποντες τὴν ἐπισυναγωγὴν, φησὶν, ἑαυτῶν· ὅπερ τινὲς, φησὶ, ποιοῦσι, καὶ τὰς συνόδους διατέμνουσι, τοῦτο αὐτοῖς ἀπαγορεύει. Ἀδελφοὶ γὰρ ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενοι, ὡς πόλις ὀχυρά. Ἀλλὰ κατανοῶμεν ἀλλήλους εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης. Τί ἐστὶ, Κατανοῶμεν ἀλλήλους; Οἷον, εἰ τις ἐνάρετος, τοῦτον μωμώμεθα, βλέπωμεν εἰς αὐτόν, ὥστε ἀγαπᾶν καὶ ἀγαπᾶσθαι· ἀπὸ γὰρ τῆς ἀγάπης τὰ καλὰ ἔργα γίνονται.

β'. Μέγα ἀγαθὸν ἢ σύνδοτος· αὕτη γὰρ αὕτην θερμότεραν ἐργάζεται, καὶ ἐξ αὐτῆς πάντα τίκεται τὰ ἀγαθὰ· οὐδὲν γὰρ ἐστὶν ἀγαθόν, ὃ μὴ δι' ἀγάπης γίνεται. Ταύτην οὖν κυρώσωμεν εἰς ἀλλήλους· Πλήρωμα γὰρ νόμου ἐστὶν ἡ ἀγάπη. Οὐδεὶς πόνων ἡμῶν, οὐδὲ ἰδρωτῶν, ἐὰν ἀγαπώμεν ἀλλήλους· αὐτομάτως τίς ἐστὶν ὁδὸς φέρουσα πρὸς τὴν ἀρετὴν. Καθὰπερ γὰρ ἐπὶ τῆς λεωφόρου, ἐὰν τις εὕρῃ τὴν ἀρχὴν, ὁδηγεῖται ὑπ' αὐτῆς, καὶ οὐ δεῖται χειραγωγῶ· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἀγάπης, μόνον ἐπιλαβοῦ τῆς ἀρχῆς, καὶ εὐθὺς χειραγωγῆ ὑπ' αὐτῆς καὶ εὐθύνη. Ἡ ἀγάπη, φησὶ, μακροθυμεῖ, χρηστεύεται, οὐ λογίζεται τὸ κακόν. Ἐὰν ἐνοήσῃ τις αὐτὸς ἑαυτόν, πῶς διάκειται πρὸς ἑαυτόν, καὶ οὕτω πρὸς τὸν πλησίον διακεῖσθω. Οὐδεὶς φθονεῖ ἑαυτῷ, πάντα ἑαυτῷ εὐχεται τὰ ἀγαθὰ, πάντων ἑαυτὸν προτιμᾷ, πάντα ὑπὲρ ἑαυτοῦ βούλεται ποιεῖν. Ἐὰν τοίνυν καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους οὕτω διακεώμεθα, πάντα λένεται τὰ δεινὰ, οὐκ εἰσὶν ἔχθραι, οὐκ ἐστὶ πλεονεξία· τίς γὰρ ἂν ἔλοιτο πλεονεκτήσῃαι ἑαυτόν; Οὐδεὶς· ἀλλὰ μάλλον πᾶν τούναντιον.

Οὐκοῦν κοινὰ πάντα κτησώμεθα, καὶ μὴ παυσώμεθα συνάγοντες ἑαυτοὺς· κἂν τοῦτο ποιῶμεν, μνησικακία χώραν οὐκ ἂν ἔχοι· τίς γὰρ ἔλοιτο ἀνεαυτῷ μνησικακεῖν; τίς ἂν ἔλοιτο ἑαυτῷ ὀργίσεσθαι; οὐχὶ μάλιστα πάντων ἑαυτοῖς συγγινώσκομεν; Ἐὰν οὕτω καὶ πρὸς τοῦς πλησίον διακεώμεθα, οὐδέποτε ἔσται μνησικακία. [184] Καὶ πῶς δυνατόν, φησὶ, τὸν πλησίον οὕτως

ἀγαπᾶσαι, ὡς αὐτὸς ἑαυτόν; Εἰ μὴ ἐποίησαν τοῦτο ἕτεροι, καλῶς ἀδύνατον εἶναι τοῦτο νομίζεις· εἰ δὲ ἐποίησαν, δῆλον ὅτι διὰ βραθυμίαν παρ' ἡμῶν οὐ γίνεται. Ἄλλως δὲ, οὐδὲν ἀδύνατον ἐπιτάττει ὁ Χριστός, ὅπου γε πολλοὶ καὶ ὑπερέβησαν αὐτοῦ τὰ προστάγματα. Τίς οὖν ἐποίησε τοῦτο; Ὁ Παῦλος, ὁ Πέτρος, πᾶς ὁ τῶν ἁγίων χορός. Ἄλλ' ἐὰν μὲν εἶπω ὅτι τοὺς πλησίον ἠγάπησαν, οὐδὲν μέγα ἐρώ· τοὺς ἐχθροὺς οὕτως ἠγάπησαν, ὡς οὐκ ἂν τις ἀγαπήσει τοὺς ὁμοψύχους. Τίς γὰρ ἂν ἔλοιτο ἡμῶν ὑπὲρ τῶν ὁμοψύχων εἰς γένναν ἀπελθεῖν, μέλλων εἰς βουσίλειαν ἀπίεσαι; Οὐδαίς· ἀλλὰ ὁ Παῦλος ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν τοῦτο εἶλετο, τῶν λιθασάντων αὐτόν, τὴν μαστιξάντων. Ποία οὖν ἡμῖν ἔσται συγγνώμη, τίς παραίτησις, εἰ μὴδὲ τὸ πολλοστὸν μέρος τῆς ἀγάπης, ἧς ἐπεδειξάτο περὶ τοὺς ἐχθροὺς ὁ Παῦλος, ἡμεῖς περὶ τοὺς φίλους ἐπιδειξαίμεθα^b; Καὶ ὁ μακάριος δὲ Μωϋσῆς πρὸς τοῦτο ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ἤθελθε τῶν λιθασάντων αὐτόν ἐξαλειφθῆναι τῆς βίβλου τοῦ Θεοῦ· καὶ ὁ Δαυὶδ τοὺς ἀντιστάτας· αὐτῷ ὄρων ἀναίρουμένους, φησὶν· Ἐγὼ δὲ ποιήρῃ ἡμάρτον, καὶ οὗτοι τί ἐποίησαν; καὶ τὸν Σαοὺλ εἰς χεῖρας λαβὼν, ἀνελεῖν οὐκ ἠβουλήθη, ἀλλὰ διέσωσε, καὶ ταῦτα μέλλων αὐτὸς κινδυνεύειν. Εἰ δὲ ἐν τῇ Παλαιᾷ τούτα, τίνα συγγνώμην ἔσομεν ἡμεῖς οἱ ἐν τῇ Καινῇ πολιτευόμενοι, καὶ μὴδὲ πρὸς τὸ αὐτὸ ἐκείνους φθάνοντες μέτρον; Εἰ γὰρ, ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ἡμῶν πλεον τῶν Φαρισαίων καὶ Γραμματέων, οὐκ εἰσελευσόμεθα εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ὅταν καὶ ἔλαττον ἐκείνων ἔχωμεν, πῶς εἰσελευσόμεθα; Ἀγαπᾶτε, φησὶ, τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ ἔσεσθε ὅμοιοι τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς. Ἀγάπησον τοίνυν ἐχθρόν· οὐ γὰρ ἐκείνων εὐεργετεῖς, ἀλλὰ αὐτόν. Πῶς; Ἴσος γίνῃ τοῦτο ποιῶν τῷ Θεῷ. Ἐκεῖνος ἐὰν ἀγαπήθῃ παρὰ σοῦ, οὐδὲν μέγα ἐκέρδανε· παρὰ γὰρ ὁμοδούλου ἠγαπήθη· σὺ δὲ ἐὰν ἀγαπήσῃς τὸν ὁμόδουλον, μέγα ἐκέρδανας· γίνῃ γὰρ ὁμοῖος τῷ Θεῷ. Ὁρᾷς δὲ οὐκ ἐκείνῳ χαρίζῃ, ἀλλὰ σαυτῷ; τὸ γὰρ ἐπαθλον οὐκ ἐκείνῳ τίθησιν, ἀλλὰ σοί. Τί οὖν, ἐὰν ἢ πονηρὸς, [185] φησὶ; Τοσοῦτ' μείζονο ἢ μισθός· καὶ τῆς πονηρίας ὀφελεῖς αὐτῷ χάριν εἶδέναι, κἂν μυρία εὐεργετούμενος κακὸς ᾖ. Εἰ μὴ γὰρ σφόδρα κακὸς ἦν, οὐκ ἂν σοι σφόδρα ὁ μισθὸς ἠδύθη. Ὡστε ἡ αἰτία τοῦ μὴ ἀγαπᾶν, τὸ λέγειν ὅτι πονηρὸς ἐστίν, αὕτη αἰτία ἐστὶ τοῦ ἀγαπᾶν. Ἄρον τὴν ἀνταγωνιστήν, καὶ ἀναίρεις τῶν στεφάνων τὴν ἀφορμὴν. Οὐχ ὄρας τοὺς ἀθλητὰς^c, πῶς θυλάκους ἀμμου πληρώσαντες, οὕτω γυμνάζονται; Σοὶ δὲ οὐ χρεῖα ἐπιτηδεῦσαι τοῦτο· γέμει ὁ βίος τῶν γυμναζόντων σε, καὶ ποιοῦντων ἰσχυρόν. Οὐχ ὄρας ὅτι καὶ τὰ δένδρα ὄσῳ ἂν ὑπὸ ἀνέμων ριπίζηται, τοσοῦτ' μάλλον ἰσχυρότερα γίνονται καὶ πικνότερα; Καὶ ἡμεῖς τοίνυν ἂν ὡμεν μακρόθυμοι, καὶ ἰσχυροὶ ἐσόμεθα· Ἀνήρ γὰρ, φησὶ, μακρόθυμος, πολὺς ἐν φρονήσει· ὁ δὲ ὀλιγόψυχος, ἰσχυρῶς ἄφρων. Ὁρᾷς ὅσον τοῦτο τὸ ἐγκώμιον; ὄρας ὅσον ἐκείνου τὸ κατηγόρημα; Ἰσχυρῶς ἄφρων, τουτέστι, πάνυ. Μὴ τοίνυν μικροψυχῶμεν πρὸς ἀλλήλους· οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς ἐχθρας γίνεται τοῦτο, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ψυχὴν μικρὰν ἔχειν· ὡς ἐὰν ἢ ἰσχυρὰ, πάντα οἴσει βῆδιω, καὶ οὐδὲν αὕτην καταποντίσαι δυνήσε-

^a Colb. Πιστὸς γὰρ ὁ ἐπαγγελλόμενος· καὶ πῶς δυνατόν, et hoc habet homiliae principium.

^b Sic Colb. Editi ἐπιδειξόμεθα.

^c Colb. et marg. Savil., τοὺς πύκτας. Mutianus, πύκτες.

habet ad docendum, quam dicere : multos vos quoque habetis doctores in multitudine hoc facientes per opera. Quid est, *Accedamus cum vero corde*? Hoc est, absque hypocrisi et simulatione. *Væ enim, inquit, cordi timido, et manibus dissolutis ac remissis (Eccli. 2. 14)*. Nullum, inquit, sit in nobis mendacium : ne alia quidem dicamus, alia vero sentiamus ; hoc est enim mendacium : neque simus pusilli animi ; hoc enim non est veri cordis, ex eo quod non credamus efficitur ut simus pusilli animi. Quomodo autem hoc erit? Si nobis certo persuadeamus per fidem. *Aspersi corda*. Cur non dixit, *Mundati*, sed, *Aspersi*? Volens ostendere differentiam eorum quæ aspergunt, alterum quidem dicit esse Dei, alterum vero nostrum. Abluere enim conscientiam et aspergere, ac Dei ; in veritate autem accedere et cum certa ac plena per fidem persuasionem, est nostrum. Deinde etiam fidei dat virtutem ex veritate ejus qui promisit. Quid est, *Et abluti corpus aqua munda*? Quæ mundos efficit, dicit, aut quæ non habet sanguinem. Deinde addit id quod est perfectum, nempe caritatem. *Non descrentes collectionem nostram*. Quod quidam faciunt, inquit, et scindunt conventus : hoc illis vetat. *Frater enim a fratre adjutus, est sicut urbs munita (Prov. 18. 19)*. Sed consideremus invicem in provocacionem caritatis. Quid est, *Consideremus invicem*? Si quis sit virtute præditus, eum imitemur ; eum aspicimus, ut diligamus et diligamur : nam a caritate fiunt bona opera.

2. Magnum bonum esse conventus ac congregatio : ipsa enim caritatem reddit ardentiorum, et ex ea omnia nascuntur bona : nullum est enim bonum, quod non per caritatem fiat. Eam igitur inter nos confirmemus : *Plenitudo enim legis est dilectio (Rom. 13. 10)*. Non est nobis opus laboribus, neque sudoribus, si nos alter alterum diligamus : via est quæ sua sponte ducit ad virtutem. Sicut enim in via publica, si quis invenerit initium, ab ipso ducitur, nec duce opus est : ita etiam in caritate, solum apprehende initium, et festim ab ipso ducis et dirigeris. *Caritas, inquit, patiens est, benigna est, non cogitat malum (1. Cor. 13. 4)*. Si cogitet quispiam ipse apud se, quomodo erga se, sic et erga proximum sit affectus. Nemo sibi ipsi invidet, omnia bona sibi precatur, omnibus se præponit, pro se vult omnia facere. Si ergo in alios quoque sic afficiamur, omnia soluta sunt mala : non sunt inimicitia, non est avaritia : quis enim cupidus esse voluerit? nemo, sed potius contra.

Injuriarum oblivio commendatur. — Communia igitur omnia possideamus, nec cessemus nos ipsos congregare : et si hoc faciamus, locum non habebit injuriæ acceptæ recordatio : quis enim in animum induxerit a se sibi illatæ injuriæ meminisse? quis voluerit sibi ipsi irasci? annon omnium maxime nobis ipsi ignoscimus? Si sic affecti fuerimus etiam in proximos, numquam erit injuriæ acceptæ recordatio. Et quomodo, inquit, fieri potest ut quispiam proximum æque diligat atque seipsum? Si hoc alii non

fecerunt, recte existimas hoc fieri non posse : sin autem fecerunt, perspicuum est quod hoc a nobis non fiat propter nostram ignaviam et socordiam. Alioquin autem nihil præcipit Christus quod non possit fieri, cum etiam multi ejus præcepta superarint. Quis autem hoc fecit? Paulus, Petrus, totus sanctorum chorus. Sed si dixerō quidem quod dilexerunt proximos, nihil dicam magnum : inimicos ita dilexerunt, ut eos qui sunt unanimes nemo magis dilexerit. Quis enim elegerit ire in gehennam pro unanimis, cum in regnum abiturus est? Nullus : sed Paulus hoc elegit pro inimicis, pro iis qui eum lapidibus appetierant, pro iis qui flagris eum ceciderant. Quænam ergo nobis dabitur venia, quænam excusatio, si ne minimam quidem partem dilectionis, quam in inimicos suos ostendit Paulus, nos in nostros amicos ostendamus? Beatus quoque Moyses ante eum pro inimicis, qui ipsum lapidibus appetierant, voluit deleri de libro Dei (*Exod. 32. 32*) : David quoque videns eos qui ipsi restiterant interimi, dicit : *Ego pastor peccavi ; isti autem quid fecerunt (2. Reg. 24. 17)*. Saulem quoque cum haberet in manibus, noluit de medio tollere, sed servavit, idque cum ipse venturus esset in periculum. Si autem hæc facta sunt in Veteri, quamnam assequemur nos veniam, qui in Novo vitam agimus, et nec ad eam quidem ad quam illi perveniamus mensuram? Nam *Si justitia nostra non abundaverit plus quam Pharisæorum et scribarum, non intrabimus in regnum cælorum (Matth. 5. 20)* : cum autem etiam minus habeamus quam illi, quomodo intrabimus? *Diligite, inquit, inimicos vestros, et eritis similes Patri vestro, qui est in cælis (Ibid. v. 44. 45)*. Diligite ergo inimicum : non enim illum beneficio afficis, sed teipsum. Quomodo? Par Deo efficeris. Ille si a te fuerit dilectus, non multum lucri fecit ; fuit enim dilectus a conservo : tu autem si conservam dilexeris, magnum fecisti lucrum ; efficeris enim Deo similis. Vides quod tibi gratificaris, non illi? nam præmium tibi, non illi proponit! Quid vero, inquit, si sit malus? Tanto major est tua merces, et de improbitate illi debes habere gratiam, etiamsi innumerabilibus sit affectus beneficiis. Nam nisi valde fuisset malus, non tibi valde crevisset merces. Causa itaque non diligendi, nempe dicere quod sit malus, eadem est causa diligendi. Tolle adversarium, nempe antagonistam, et coronarum tollis occasionem. Non vides quomodo athletæ decertant sacculis arena impletis? Tibi autem non opus est in hoc studium ponere : vita est plena iis quæ te exercent fortemque reddunt ac robustum. Non vides quod etiam arbores quo magis ventilantur et agitantur a ventis, eo fiunt fortiores et densiores? Et nos quoque si simus lenes et patientes, erimus etiam fortes et validi : nam *Vir, inquit, patiens et longanimis multus est in prudentia : qui est autem pusilli animi, est valde insipiens (Prov. 14. 29)*. Vides hujus quanta sit laus, illius quanta accensatio? *Valde insipiens*, hoc est, admodum. Non simus ergo pusilli inter nos animi : non sit enim hoc ex inimicitia, sed ex eo quod pusillo simus animo. Quod si fuerit fortis, omnia facile feret, neque quidquam po-

¹ Hic incipit homiliam decimam nonam Coll. his verbis. *Fide dignus est qui dixit : Quomodo, etc.*

terit cum demergere, sed ad tranquillos deducet portus : quos detur nobis omnibus consequi, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo

Patri una cum sancto Spiritu gloria, Imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XX.

CAp. 10 v. 26. *Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia, 27. terribilis autem quædam expectatio judicii, et ignis æmulatio, quæ consumptura est adversarios.*

1. Quæcumque arbores plantatæ, et alia quoque adhibita diligentia agrorum manibus et laboribus excultæ, nullum ferunt fructum, radicitus avulsæ jaciuntur in ignem. Tale quid fuit etiam in illuminatione nempe baptisate. Nam postquam nos Christus plantavit, et spiritualem percepimus irrigationem, si deinde nullum fructum ostendimus, expectat nos ignis gehennæ, et flamma quæ non potest exstingui. Paulus ergo, cum adhortatus esset ad caritatem et ad ferendos fructus honorum operum, incitatos a melioribus et benignioribus (quænam ea sunt? quod introitum habemus in sancta, quam initiavit nobis viam recentem), hoc ipsum rursus facit etiam a tristioribus, ita loquens. Nam cum dixisset : *Non deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes, et tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem* (et hæc quippe est sufficiens ad consolationem), subjunxit : *Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis.* Opus est, inquit, bonis operibus, et valde opus est. *Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia.* Id est, mundatus es, liberatus es a criminibus, factus es filius. Si ergo revertaris ad priorem vomitum, rursus manet abdicatio et ignis, et quæcumque sunt hujusmodi : non est enim secunda hostia. Hic rursus nos adoriuntur qui tollunt poenitentiam, et quicumque cunctantur venire ad baptisma : hi quidem dicunt non esse eis tutum venire ad baptisma, siquidem non est secunda remissio : illi vero dicunt non esse tutum iis qui peccarunt impertiri mysteria, si non est secunda remissio. Quid ergo dicemus utrisque? Quod hic non tali mente hoc dixerit, neque tollit poenitentiam, nec eam quæ per poenitentiam fit placationem, neque expellit et dejicit per desperationem cum qui est lapsus : non est usque adeo inimicus nostræ salutis ; sed secundum aufert lavacrum, non enim dixit : Non est amplius poenitentia, aut, Non est amplius remissio ; sed, non est amplius hostia ; hoc est, non est amplius crux secunda : hoc enim vocat hostiam. *Una enim, inquit, hostia consummavit in perpetuum eos qui sanctificantur* : non sicut Judaica, neque sæpe. Propterea enim tam multa susque deque disseruit de hostia, quod sit una et una : non hoc solum volens ostendere, quod in hoc differat a Judaicis, quin etiam ut reddat securiores, ut congruenter legi Judæorum

non amplius aliam expectent hostiam. *Voluntarie enim peccantibus nobis*, inquit. Vides quam sit propensus ad ignoscendum? *Voluntarie*, inquit, *peccantibus nobis.* Ignoscitur itaque involuntariis. *Post acceptam notitiam veritatis.* Aut Christi dicit, aut omnium dogmatum. *Jam non relinquitur pro peccatis hostia.* Sed quid? *Terribilis autem quædam expectatio judicii, et ignis æmulatio, quæ consumptura est adversarios.* Adversarios non solum dicit infideles, sed eos etiam qui faciunt contraria virtuti ; vel quod idem ignis apprehendit etiam domesticos, qui adversarios. Deinde significans quam sit edax, eum veluti animavit, dicens : *Ignis æmulatio, quæ consumptura est adversarios.* Sicut enim fera irritata et esserata, non cessaverit donec aliquem comprehenderit et exederit : ita etiam ille ignis, tamquam quispiam punctus æmulatione, quos apprehenderit non dimittit, sed rodit et dilacerat. Deinde etiam subjungit rationem minarum, quod id merito et jure fiat : quod quidem confert ad fidem, quando ostenderit quod jure fiat. 28. *Irritam quis faciens legem Moysis, sine ulla miseratione, inquit, duobus vel tribus testibus moritur. Sine ulla miseratione*, inquit. Quare nulla venia, nulla est illic misericordia : quanquam lex est Moysis : ipse enim multa constituit. Quid est, *Duobus vel tribus*? Si duo, inquit, vel tres testimonium tulerint, statim dant poenas. Si ergo in Veteri, ubi lex Moysis fit irrita, tantum est supplicium : quanto magis hic? Ideo ita dicit : 29. *Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit, et sanguinem testamenti pollutum duxerit, et Spiritui gratiæ contumeliam fecerit?*

2. Et quomodo conculcat quispiam Filium Dei? Quando qui est ejus particeps in mysteriis, peccatum fecerit, dic mihi, non conculcavit eum? non despexit? Ut enim nullam habemus rationem eorum quæ conculcantur : ita etiam qui peccant, nullam Christi habent rationem, et sic peccant. Factus es corpus Christi, et das te diabolo conculcandum? *Et sanguinem*, inquit, *pollutum duxerit.* Quid est commune seu pollutum? Hoc est immundum, aut nihil amplius habens quam cætera. *Et spiritui gratiæ contumeliam fecerit.* Nam qui beneficium non accipit, cum qui benefecit afficit contumelia. Fecit te filium ; tu autem vis fieri servus? venit, apud te habitavit ; tu autem ad te introduxisti malas cogitationes? Christus voluit apud te stare et collocari ; tu autem ipsum conculcas per crapulam, per ebrietatem? Audiamus qui indigne sumus participes mysteriorum : audiamus qui indigne ad mensam illam accedimus : *Nolite*, inquit, *dare sancta canibus, ne quando ea conculcent suis pedibus* (Matth. 7. 6) ; hoc est, ne aliquando despiciant, ne respuant. Sed hæc non dixit, at quod est terribilius, nam ex eo quod est terribile, constringit animas :

(a) Multa loca ex hac homilia, itemque ex decima quarta et decima quinta habentur in Florilegio Savillii, Tomo 5, pagina 807. Vide notas Savillii, Tomo 8, pag. 750.

ται, ἀλλ' εἰς τοὺς εὐδαιμονοῦς ἀπάξει λιμένας· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ

Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ Κ'.

Ἐκουσίως γὰρ ἁμαρτανόρων ἡμῶν μετὰ τὸ λαθεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, οὐκέτι περὶ ἁμαρτιῶν ἀπολείπεται θυσία, φοβερὰ δὲ τις ἐκδοχὴ κρίσεως, καὶ πυρὸς ζήλος, ἐσθλείν μέλλοντος τοὺς ὑπεναντίους.

α'. Τῶν δένδρων ὅσα περ ἂν φυτευθέντα, καὶ χειρῶν γεωργικῶν καὶ τῆς ἄλλης ἐπιμελείας ἀπολαύσαντα, μηδεμίαν παρέχεται τῶν πόνων ἀμοιβήν, πρόρριζα ἀνασπαζθέντα τῷ πυρὶ παραδίδοται. Τοιοῦτον δὴ τι [186] καὶ ἐπὶ τοῦ φωτισματος γίνεται. Ἐπειδὴν γὰρ ἡμᾶς ὁ Χριστὸς φυτεύσῃ, καὶ τρεῖς ἀθδείας ἀπολαύσωμεν τῆς πνευματικῆς, εἶτα βίον ἀκαρπον ἐπιδειξόμεθα, πῦρ ἡμᾶς ἀναμένει τὸ τῆς γενένης, καὶ φλόξ ἀσβεστος. Ὁ τοίνυν Παῦλος παρακαλέσας εἰς ἀγάπην καὶ καρποφορίαν ἔργων ἀγαθῶν, προτρέψας τε ἀπὸ τῶν χρηστοτέρων (ποίων δὴ τούτων; ὅτι εἰσοδὸν ἔχομεν εἰς τὰ ἅγια, ἣν ἐνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν πρόσφατον), καὶ ἀπὸ τῶν σκυθρωποτέρων πάλιν τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖ, οὕτω λέγων. Εἰπὼν γάρ· *Μὴ ἐγκαταλείπορτες τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν, καθὼς ἔθος τισίν, ἀλλὰ παρακαλοῦντες, καὶ τοσοῦτῳ μᾶλλον, ὅσῳ βλέπετε ἐγγίλουσαν τὴν ἡμέραν* (καὶ αὕτη γὰρ εἰς παράκλησιν ἰκανή)· ἐπήγαγεν· *Ἐκουσίως γὰρ ἁμαρτανόρων ἡμῶν μετὰ τὸ λαθεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας*. Δεῖ, φησὶν, ἔργων ἀγαθῶν, καὶ σφόδρα δεῖ· *Ἐκουσίως γὰρ ἡμῶν ἁμαρτανόρων μετὰ τὸ λαθεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, οὐκέτι περὶ ἁμαρτιῶν ἀπολείπεται θυσία*. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν Ἐκαθάρθης, ἀπὸ τῆς ἐγκλημάτων, γέγονας υἱός. Ἄν τοίνυν ἐπὶ τὸν πρότερον ἔμετον ἐπιστρέψῃς, πάλιν ἀποκηρυξὶς μένει καὶ πῦρ, καὶ ὅσα τοιαῦτα· οὐ γὰρ ἐστὶ θυσία δευτέρα. Πάλιν ἐνταῦθα ἡμῖν ἐπιφύονται οἱ τῆν μετάνοιαν ἀναρροῦντες, καὶ ὅσοι πρὸς τὸ βάπτισμα ὀκνοῦσιν ἐλθεῖν· ἐκεῖνοι μὲν λέγοντες, ὅτι οὐκ ἀσφαλὲς αὐτοῖς τῷ βαπτίσματι προσελθεῖν, εἰ γε οὐκ ἔστιν ἄφεσις δευτέρα· οὗτοι δὲ φάσκοντες, οὐκ ἀσφαλὲς εἶναι μεταδούνας μυστηρίων τοῖς ἡμαρτηκόσιν, εἰ γε μὴ ἔστιν ἄφεσις δευτέρα. Τί οὖν πρὸς ἀμφοτέρους ἔραυμεν; Ὅτι οὐ σκοπῶ τοιοῦτῳ ἐνταῦθα τοῦτό φησι, οὐδὲ τὴν μετάνοιαν ἀναρρεῖ, ἣ τὸν διὰ μετνοίας ἐξιλασμὸν, οὐδὲ ὡθεῖ καὶ καταβάλλει διὰ τῆς ἀπογνώσεως τὸν ἐπταικότα· οὐχ οὕτως ἔχθρός ἐστι τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας· ἀλλὰ τί; τὸ δεύτερον ἀναρρεῖ λουτρόν. Οὐ γὰρ εἶπεν· Οὐκέτι ἐστὶ μετάνοια, οὐδὲ, Οὐκέτι ἐστὶν ἄφεσις, ἀλλὰ, θυσία οὐκέτι ἐστὶ, τούτῃ ἐστι, σταυρὸς δευτερός οὐκέτι ἐστὶ· θυσίαν γὰρ τοῦτο καλεῖ. *Μῖα γὰρ θυσία, φησὶ, τετελείωκεν εἰς τὸ διηρεκές τοὺς ἀμιαζόμενους*· οὐχ ὡς περ τὰ Ἰουδαϊκὰ, οὐδὲ πολλάκις. Διὰ γὰρ τοῦτο τοσαῦτα ἄνω καὶ κάτω διελέχθη περὶ τῆς θυσίας, ὅτι μία καὶ μία, οὐ τοῦτο μόνον βουλόμενος δηλώσαι, ὅτι διενήνοχε [187] Ἰουδαϊκῶν τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἀσφαλεστέρως ποιῆσαι, ὥστε μηκέτι προδοκῆν κατὰ τὸν Ἰουδαϊκὸν νόμον ἄλλην θυσίαν. *Ἐκουσίως γὰρ, φησὶν, ἁμαρτανόρων ἡμῶν*. Ὁρᾷς πῶς συγγνωμονικός ἐστιν; *Ἐκουσίως, φησὶν, ἁμαρτανόρων*

ἡμῶν. Ὅσα τοῖς ἀκουσίως συγγνώμη ἐστὶ. *Μετὰ τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας*. Ἦτοι τοῦ Χριστοῦ φησὶν, ἣ τῶν δογμάτων ἀπάντων. Οὐκέτι περὶ ἁμαρτιῶν ἀπολείπεται θυσία. Ἄλλὰ τί; φοβερὰ δὲ τις ἐκδοχὴ κρίσεως, καὶ πυρὸς ζήλος ἐσθλείν μέλλοντος τοὺς ὑπεναντίους. Ἰπνεαντίους οὐ τοὺς ἀπίστους μόνον φησὶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐναντία πράττοντας τῇ ἀρετῇ· ἣ ὅτι καὶ τοὺς οικειοὺς τὸ αὐτὸ λήφεται πῦρ, ὅπερ καὶ τοὺς ὑπεναντίους. Εἶτα τὸ διαβρωτικὸν αὐτοῦ δηλῶν, ὡς περ ἐψύχωσεν αὐτὸ, *Πυρὸς ζήλος, εἰπὼν, ἐσθλείν μέλλοντος τοὺς ὑπεναντίους*. Καθάπερ γὰρ θηρίον παροξυνόμενον καὶ σφόδρα χαλεπαῖον καὶ ἐξηγηριμένον οὐκ ἂν παύσαιτο, ἕως ἂν λάβοι τινὰ καὶ καταφάγοι· οὕτω καὶ τὸ πῦρ ἐκεῖνο, καθάπερ τις ὑπὸ ζήλου κεντούμενος, ὧν ἂν ἐπιλάβηται, οὐκ ἀφήσιν, ἀλλὰ τρώγει καὶ διασπᾷ. Εἶτα καὶ τὸν λόγον ἐπάγει τῆς ἀπειλῆς, ὅτι εἰκότως, ὅτι δικαίως· ὅπερ εἰς πίστιν ἐστὶ συμβαλλόμενον, ὅταν δεῖξωμεν ὅτι δικαίως γίνεται. Ἄθετήσας γὰρ, φησὶ, τὸν νόμον Μωυσέως, χωρὶς οἰκτιρμῶν ἐπὶ δυσίῳ ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει. — Χωρὶς οἰκτιρμῶν, φησὶν. Ὅσα οὐδεμία συγγνώμη, οὐδεὶς ἔλεος ἐκεῖ· καίτοι γε Μωυσέως ὁ νόμος ἐστὶ· τὰ γὰρ πολλὰ αὐτὸς διατάξατο. Τί ἐστιν, *Ἐπὶ δυσίῳ ἢ τρισίῳ*; Ἄν δύο καὶ τρεῖς μαρτυρησῶσι, φησὶν, εὐθέως τὴν δικὴν ἔδοσαν. Εἰ τοίνυν ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς, ἐνθα ὁ Μωυσέως ἀθετεῖται νόμος, τοσαύτη τιμωρία· πόσῳ μᾶλλον ἐνταῦθα; Διὰ καὶ οὕτω φησὶ· *Πόσῳ δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας ὁ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος, καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας*;

β'. Καὶ πῶς καταπατεῖ τις τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ; Ὅταν ὁ μετέχων αὐτοῦ ἐν τοῖς μυστηρίοις, ἁμαρτίαν ἐργάζηται, εἰπέ μοι, οὐχὶ κατεπάτησεν αὐτόν; οὐχὶ κατεφρόνησεν αὐτοῦ; Καθάπερ γὰρ τῶν καταπατουμένων οὐδένα λόγον ἔχομεν· οὕτω καὶ οἱ ἁμαρτάνοντες τοῦ Χριστοῦ οὐδένα λόγον ἔσχον, ὅθεν καὶ οὕτως ἤμαρτον. Γέγονας σῶμα Χριστοῦ, καὶ δίδως σαυτὸν τῷ διαβόλῳ, ὥστε καταπατεῖν σε; Καὶ τὸ αἷμα, φησὶ, κοινὸν ἡγησάμενος. Κοινὸν τί ἐστι; Τὸ ἀκάθαρτον. [188] ἢ τὸ μηδὲν πλέον ἔχον τῶν λοιπῶν. Καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας. Ὁ γὰρ τὴν εὐεργεσίαν μὴ παραδεχόμενος, ὕβρισε τὸν εὐεργετήσαντα. Ἐποίησέ σε υἱόν· σὺ δὲ θέλεις γενέσθαι δοῦλος; ἤθελε κατασκηνώσαι πρὸς σέ· σὺ δὲ ἐπεισάγεις σαυτὸν πονηροῦς λογισμοῦς; ὁ Χριστὸς ἠβλήθησεν ἰδρυθῆναι πρὸς σέ· σὺ δὲ αὐτὸν καταπατεῖς διὰ τῆς κραυγῆς, διὰ τῆς μέθης; Ἀκούσωμεν οἱ ἀναξίως τῶν μυστηρίων μετέχοντες, ἀκούσωμεν οἱ ἀναξίως προσιόντες τῇ τραπέζῃ ἐκεῖνῃ· *Μὴ δώτε τὰ ἅγια, φησὶ, τοῖς κυσὶ, μήποτε καταπατήσωσιν ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν*· τούτῃ ἐστι, μὴ πῶς καταφρονήσῃσι, μὴ διαπτύσωσιν. Ἄλλ' οὐκ εἶπε τοῦτο, ἀλλ' ὁ τοῦτο φοβερότερον ἦν· ἀπὸ γὰρ τοῦ φοβεροῦ ἐπισφίγγει τὰς ψυχὰς· ἰκανὸν γὰρ καὶ τοῦτο ἐπιστρέψαι παραμυθίας οὐχ ἤττον. Καὶ ὁμοῦ τε τὴν διαφορὰν δείκνυσσι, καὶ τὴν κόλασιν καὶ τὴν

* Bened. omittebant... φησὶ, auctore Coll. et juvante Mutiano. Quibus add. Regy. et Commel.

κρίνει αὐτοῖς ἐφίστησιν ^a, ἅτε τοῦ πράγματος ὄντος φανεροῦ. *Πῶσφ δοκείτε, φησί, χειρονος ἀξιοθήσεται τιμωρίας*; Ἐνταῦθα καὶ περὶ τῶν μυστηρίων αἰνίττεσθαι. Εἶτα καὶ μαρτυρίαν ἐπάγει λέγων· *Φοβερόν τὸ ἐμπροσθεν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος. Γέγραπται γάρ· Ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει Κύριος* καὶ πάλιν, *Κύριος κρίνει τὸν λαὸν αὐτοῦ*. Ἐμπροσθόμεθα, φησὶν, εἰς χεῖρας Κυρίου, καὶ μὴ ^b εἰς χεῖρας ἀνθρώπων. Ἄλλ' ἐὰν μὴ μετανοήσητε, εἰς χεῖρας Θεοῦ ἐμπροσθεῖσθε· ἐκεῖνο φοβερόν· τοῦτο οὐδὲν ἐστὶ τὸ εἰς χεῖρας ἀνθρώπων ἐμπροσθεν. Ὅταν ἴδωμεν, φησὶ, τινὰ κολαζόμενον ἐνταῦθα, μὴ φοβηθῶμεν ἐπὶ τοῖς παρούσιν, ἀλλὰ φρίζωμεν ἐπὶ τοῖς μέλλουσι. *Κατὰ γὰρ τὸ εἶδος αὐτοῦ καὶ ἡ ὄρη αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ ἀμαρτωλοὺς καταπαύσει ὁ θυμὸς αὐτοῦ*. Ἄμα καὶ ἕτερόν τι αἰνίττεται ἐνταῦθα διὰ τοῦ εἰπεῖν· *Ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω*. Ἐπὶ τῶν ἐχθρῶν τοῦτο εἴρηται τῶν κακῶς ποιοούντων, οὐ τῶν κακῶς πασχόντων. Ἐνταῦθα καὶ παραμυθίζεται αὐτοὺς, μονονουχὶ λέγων· Μένει διαπαντός ὁ Θεὸς καὶ ζῆ· ὥστε κἂν μὴ νῦν ἀπολάβωσιν, ὕστερον ἀπολήφονται. Ἐκεῖνους δεῖ στενάζειν, οὐχ ἡμᾶς· ἡμεῖς μὲν γὰρ εἰς τὰς ἐκείνων ἐμπροσθόμεθα χεῖρας, ἐκεῖνοι δὲ εἰς τὰς τοῦ Θεοῦ. Οὐ γὰρ ὁ παθὼν πάσχει κακῶς, ἀλλ' ὁ ποιῶν· οὕτε ὁ εὐεργετούμενος εὐεργετήθη, ἀλλ' ὁ εὐεργετῶν.

Ταῦτα οὖν εἰδότες, ἀνεξίκακοι ὦμεν περὶ τὸ πάσχειν κακῶς, πρόχειροι περὶ τὸ [189] εὐεργετεῖν. Τοῦτο δὲ ἐστὶ, ἂν χρημάτων καταφρονῶμεν καὶ δόξης· ὁ ταῦτα τὰ πάθη ἀποδυσάμενος, ἀπάντων ἀνθρώπων ἐστὶν ἐλευθερώτερος, καὶ αὐτοῦ τοῦ τὴν ἀλουργίδα περικειμένου εὐπωρότερος. Οὐχ ὄρξῃ ὅσα γίνεται κακὰ διὰ τὰ χρήματα; οὐ λέγω ὅσα διὰ τὴν πλεονεξίαν, ἀλλ' ἐν τῇ προσπαθείᾳ τούτων· οἷόν τι λέγω· Ἄν ἀπολέσῃ τις χρήματα, παντὸς θανάτου χαλεπώτερον βίον ζῆ. Τί ἀλγεῖς, ἀνθρώπε; τί θαυράεις; ὅτι σε τῆς περιττῆς φυλακῆς ἀπήλλαξεν ὁ Θεός; ὅτι οὐ κἄθῃ τρέμων καὶ δεδοικώς; Εἶτα ἂν μὲν σέ τις προσδοῖ θησαυρῶν, κελεύων διαπαντός ἐκεῖ καθῆσθαι, καὶ ἀγρυπνεῖν ὑπὲρ ἀλλοτρίων, ἀλγεῖς, δυσχεραίνεις· σὺ δὲ αὐτὸν προσδοῖσας δεσμῶς χαλεπωτάτοις, ἐπειδὴ ἀπηλλάχῃς τῆς δουλείας, ἀλγεῖς; Ὅντως προλήψεις εἰσὶν αἱ λῦπαι καὶ αἱ εὐφροσύναι. καθάπερ γὰρ ἀλλότρια ἔχοντες, οὕτως αὐτὰ τηροῦμεν. Νῦν πρὸς τὰς γυναῖκάς μοι ὁ λόγος. Εἶχέ τις γυνὴ πολλάκις ἀπὸ χρυσοῦ ὑφασμένον ἱμάτιον, καὶ τοῦτο τινάσσει, περιβάλλει ἴθους, τρηεῖ μετὰ ἀσφαλείας, τρέμει ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀπολαύει αὐτοῦ· ἢ γὰρ ἐτελευτήσεν ἢ ἐχέρυσεν· ἢ, κἂν μὴδὲν τούτων συμβῆ, δέδοικε μὴ τῇ συνεχεῖ χρήσει δαπανήσασα αὐτὸ, ἀποστερηθῆσιν ἐαυτὴν· κἂν ἄλλος οὐκ ἀποστερήσῃ, ἀποστερεῖ ἐαυτὴν τῇ φειδωλίᾳ. Ἄλλὰ παραχωρεῖ ἐτέρῃ; ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ὅηλον· εἰ δὲ καὶ παραχωρήσει, καὶ ἐκεῖνη πάλιν ὁμοίως αὐτῷ χρήσεται. Καὶ εἰ τις ἐρευνήσῃ τὰ ἐν ταῖς οἰκίαις, εὐρήσῃ τὰ μάλιστα τίμια τῶν ἱματίων καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὑπερέχοντα ἐν πλείονι τιμῇ, ὡσπερ ἐμψύχους δεσπότης, θεραπευόμενα· οὐ γὰρ χρήται αὐτοῖς συνεχῶς, ἀλλὰ δέδοικε καὶ τρέμει, σήτας καὶ τὰ ἄλλα τὰ βιωρῶσκειν εἰωθότα ἀποσοδοῦσα, καὶ τὰ πλείονα ἐν μύλοις καὶ ἀρώμασι τιθεῖσα, οὐδὲ πῖσιν ἐπιτρέπουσα

τῆς ἡψέως καταξιοθῆναι ἐκεῖνης, ἀλλ' αὕτη πολλάκις μετὰ τοῦ ἀνδρὸς ταῦτα διατιθεῖσα ἐπιμελῶς.

γ. Οὐκ εἰκότως, εἰπέ μοι, εἰδιωλοατρεῖαν τὴν πλεονεξίαν ἐκάλεσον ὁ Παῦλος; Ὅσην γὰρ ἐκεῖνοι τιμὴν περὶ τὰ εἶδωλα ἐπιδεικνύονται, τοσαύτην καὶ οὗτοι περὶ τὰ ἱμάτια ^c, περὶ τὰ χρυσία. Μέχρι τίνος βόρβορον ἀνακινούμεν; μέχρι τίνος τῷ πηλῷ καὶ τῇ πλινθείᾳ προσηλώμεθα; Ὅσπερ γὰρ ἐκεῖνοι τῶ τῶν [190] Αἰγυπτίων βασιλεῖ ἔκαμον, οὕτω καὶ ἡμεῖς τῷ διαβόλῳ κάμνομεν, καὶ μαστιζόμεθα πολὺ χαλεπωτέρας μαστιγᾶς. Καὶ μὴ τινα ὑπερβολὴν καταγνῶς τοῦ λόγου· ὅσῳ γὰρ κρείττων σώματος ψυχῆ, τοσούτῳ φροντὶς μωλώπων μαστιζόμεθα ^d καθ' ἐκάστην ἡμέραν, δεδοικαμεν φροντίζοντες, τρέμοντες. Ἄλλ' ἐὰν θελήσωμεν στενάζειν, ἐὰν θελήσωμεν ἀναδελῆσαι πρὸς τὸν Θεὸν, πέμπει ἡμῖν οὐ Μωϋσεᾶ, οὐδὲ Ἀαρὼν, ἀλλὰ τὸν αὐτοῦ λόγον καὶ τὴν κατάνυξιν. Οὗτος τοῖνον ἐλθὼν, καὶ κατασχὼν ἡμῶν τὰς ψυχὰς, ἐλευθερώσει τῆς δουλείας τῆς πικρᾶς ἡμᾶς, ἐξάξει ἡμᾶς ἐξ Αἰγύπτου, τῆς ἀνονήτου καὶ ματαιοπύου σπουδῆς, τῆς δουλείας τῆς οὐδὲν κέρδος ἐχούσης. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν κἂν χρυσία λαθόντες ἐξήλθον, τὸν μισθὸν τῆς οἰκοδομῆς· ἡμεῖς δὲ οὐδὲν· καὶ εἴθε μὴδὲν· νῦν δὲ καὶ ἡμεῖς λαμβάνομεν οὐ χρυσία, ἀλλὰ τὰ Αἰγύπτου κακὰ, ἀμαρτήματα καὶ κολάσεις καὶ τιμωρίας. Μάθωμεν τοῖνον σφλεεῖσθαι, μάθωμεν ἐπηρεῶζεσθαι· τοῦτό ἐστὶ Χριστιανοῦ· καταφρονήσωμεν τῶν χρυσοῦν ἱματίων, καταφρονήσωμεν τῶν χρημάτων, ἵνα μὴ καταφρονήσωμεν τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας· καταφρονήσωμεν χρημάτων, καὶ μὴ καταφρονήσωμεν τῆς ψυχῆς· αὕτη γὰρ ἐστὶν ἡ κολαζομένη· αὕτη ἐστὶν ἡ τιμωρούμενη· ἐκεῖνα ἐνταῦθα μένει· αὕτη δὲ ἀπεισὶν ἐκεῖ. Τίνος ἔνεκεν, τίνος, εἰπέ μοι, κατακόπτετε σαυτὸν, καὶ οὐκ αἰσθάνῃ; Ταῦτα πρὸς τοὺς πλεονέκτας λέγω. Καλὸν δὲ καὶ πρὸς τοὺς πλεονεκτουμένους εἰπεῖν, φέρετε γενναίως τὰς πλεονεξίας· ἑαυτοὺς ἀναίρουσιν ἐκεῖνοι, οὐχ ὑμᾶς. Ὑμᾶς μὲν ἀποστεροῦσι χρημάτων, ἑαυτοὺς δὲ γυμνῶσι τῆς εὐνοίας τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς βοηθείας· ὁ δὲ ἐκεῖνης γυμνωθεὶς, κἂν ἅπαντα περιδάλῃται τῆς οἰκουμένης τὸν πλοῦτον, πάντων ἐστὶ πενέστερος· ὡσπεροῦν καὶ ὁ πάντων πενέστερος, ἂν ταύτην ἔχῃ, πάντων ἐστὶν ἐπιωρότερος· *Κύριος γὰρ, φησὶ, ποιμαίνει με, καὶ οὐδὲν με ὑστερήσει*. Εἰπέ δή μοι, εἰ τινα εἶχες ἄνδρα μέγαν καὶ θαυμαστὸν, πάνυ σε φιλοῦντα καὶ κηδόμενον, εἶτα ἔγνωσ ὅτι διαπαντός ζήσεται, καὶ οὐ προτελευτήσῃς αὐτοῦ, καὶ πάντα σοι παρέξει μετὰ ἀδείας τὰ αὐτοῦ, ὥστε σε ὡς τῶν σῶν ἀπολαύειν· ἄρα ἂν ἠθέλῃσας κτήσασθαι τι; ἄρα ἂν, εἰ πάντων ἐγυμνωθῆς, οὐχὶ σε πλουσιωτέραν ἐνόμιζες εἶναι διὰ τοῦτο; Τί δήποτε οὖν πενθεῖς; ὅτι χρήματα οὐκ ἔχεις; ἀλλ' ἐνόει ὅτι ἀφρηθῆς τῶν ἀμαρτημάτων τὴν ὑπόθεσιν. Ἄλλ' ὅτι οὐσίας ἀπεστερήθης; ἀλλ' ἐκτίστω τοῦ Θεοῦ τὴν εὐνοίαν. Καὶ πῶς ἐκτισθήμην, φησὶν; Εἶπε, *Διὰ [191] τί μὴ μάλλον ἀδικεῖσθε*; εἶπεν ὅτι *Ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε*· εἶπεν ὅτι *Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι*. Ἐνόει τοῖνον ὅση εὐνοίας ἀπολαύσεις, ταῦτα διὰ τῶν ἔργων ἐπιδειξάμενη. Ἐν γὰρ μόνον ζητεῖται παρ' ἡμῶν, τὸ ἐπὶ πᾶσιν εὐχαριτεῖν τῷ Θεῷ, καὶ πάντα ἔχομεν μετὰ δαψιλείας. Οἷόν τι λέγω· Ἀπόλεσας χρυσοῦ λίτρας

^c Post hæc in Colb. *hiatus grandis est plus quam duarum paginarum.*

^a In Colb. legitur *ἀρήσιν*. *Dunæus ἐρήσι.*

^b *Marg. Savil.*, ἐμπέσωμεν οὖν, φησὶν, εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος, καὶ μή.

^d *Locus vitiosus.* Conjectum est, τοσούτῳ (*scilicet κρείττωνος*) φροντίδων μωλώπες αἱ μαστιζόμενα.

hoc enim non minus quam consolatio convertit. Et simul ostendit differentiam, et supplicium, et iudicium eis ponit, utpote cum res sit manifesta. *Quanto magis*, inquit, *putatis deteriora mereri supplicia?* Hic mihi videtur etiam mysteria subindicare. Deinde subiungit etiam testimonium, dicens: 51. *Horrendum est incidere in manus Dei viventis.* 30. *Scriptum est enim, Mihi vindicta, et ego retribuam, dicit Dominus; et iterum, Judicabit Dominus populum suum.* Incidemus, inquit, in manus Domini, et non in manus hominum. Sed si non agatis poenitentiam, in Dei manus incidetis. Illud est terribile: hoc nihil est, in manus hominum incidere. Quando viderimus, inquit, aliquem hic puniri, ne timeamus presentia, sed propter futura horreamus. *Nam secundum misericordiam ejus, ita et ira ejus, et super peccatores requiescet furor ejus* (Eccl. 5. 7).^a Simul etiam aliud hic tacite innuit. *Mihi*, inquit, *vindicta, ego autem retribuam.* Hoc dictum est de inimicis qui male faciunt, non de iis qui male patiuntur. Hic etiam eos consolatur dicens propemodum: Perpetuo manet Deus et vivit: quamobrem etiamsi non nunc receperint, postea recipient. Illos, non nos oportet ingemiscere: nam nos quidem incidemus in manus illorum, illi autem in manus Dei. Neque enim qui passus est male, patitur, sed qui facit; neque qui beneficio est affectus, afficitur, sed qui beneficio afficit.

Contra avaros et pecuniarum cupidos. — Hæc ergo cum sciamus, tolerantibus simus ad male patiendum, prompti ad beneficiendum. Hæc autem erunt si pecunias despiciamus et gloriam: qui has animi affectiones exuerit, erit omnibus hominibus liberalior, et eo ipso qui purpuram indutus est ditior. Non vides quot mala fiant propter pecunias? non dico quæ fiunt propter avaritiam et plura habendi cupiditatem, sed quæ in ipsa quæ ex iis existit affectione: ut exempli causa, si quispiam amiserit pecunias, vivit vitam quavis morte graviolem. Quid doles, o homo, quid lacrymaris? quod te Deus a supervacanea liberarit custodia? quod non sedeas tremens et timens? Deinde, si quis te alligavit thesauro, jubens illic sedere perpetuo et vigilare pro alienis, doles et ægre fers: tu autem cum teipsum alligaris gravissimis vinculis, quando a servitute liberatus es, doles? Revera anticipatæ opinionis sunt dolores et gaudia: tanquam enim habentes aliena, sic eas custodimus. Nunc verba mihi ad mulieres. Sæpe habet mulier aliquam vestem ex auro contextam, et eam concutit, lino involvit, diligenter custodit, de ea timet et ea non fruitur: aut enim moritur, aut fit vidua; aut etiamsi nihil horum accidat, timens ne frequenti usu eam consumens, seipsam privet; et si alius non auferat, seipsam privat parcimonia. At eam alteri concedit? Sed neque est hoc evidens: si autem concesserit, ea quoque rursus similiter utetur. Et si quisquam scrutetur ea quæ sunt in ædibus, inveniet vestes maxime pretiosas et alia exquisita majori honore colli, tanquam dominos animatos: neque enim eis assidue utitur, sed timet et tremit, tineas et alia quæ solent excedere abigens, et plura ponens in unguentis et aromatibus,

neque permittens omnibus ut ea illorum oculis pateant, sed ipsa sæpe cum marito ea diligenter componens et concinnans.

3. Annon jure, dic mihi, idololatriam vocavit Paulus avaritiam? Quem enim illi honorem exhibentes idolis, eura isti quoque vestibus et aureis. Quousque cœnum movemus? quousque luto et lateribus affixi sumus? Sicut enim illi laborabant Ægyptiorum regi, ita etiam nos laboramus diabolo, et flagris cœdimur multo gravioribus. Et ne per hyperbolen id dictum putes: quanto enim anima est corpore præstantior, tanto gravioribus curarum vibicibus flagellamur quotidie, timemus solliciti et tremescentes. Sed si velimus ingemiscere, si velimus ad Deum suspicere, mittit ad nos non Moysen, neque Aaronem, sed verbum suum et compunctionem. Ipse igitur cum venerit et animos nostros occupaverit, liberabit nos ab acerba servitute, educet nos ex Ægypto, a studio inutili et frustra laborante, et a servitute quæ nihil habet lucri. Atque illi quidem sunt egressi aureis acceptis mercede ædificationis: nos autem nihilo: atque utinam nihilo! nunc vero accipimus non vasa aurea, sed Ægypti mala, peccata poenasque et supplicia. Discamus igitur utilitatem accipere, discamus injuria affici; hoc est Christiani: despiciamus vestes aureas, despiciamus pecunias, ne nostram despiciamus salutem: despiciamus pecunias, et non despiciamus animam: ea est enim quæ punitur, ea est quæ cruciatur: illa enim hic manent, ea vero illuc abit. Dic mihi, cur te laceras, et non sentis? Hæc dico avaris, qui plura habendi laborant aviditate. Bonum est etiam iis dicere qui ab avaris fraudantur et circumveniuntur: forte fortiter detrimenta vobis ab avaris allata: illi seipsos, non vos perimunt: vos quidem privant pecuniis, se autem Dei benevolentia et auxilio: qui est autem illa nudatus, etiamsi totius orbis sit divitiis complexus, est omnium pauperrimus: quemadmodum pauperrimus omnium si hunc habeat, est omnium ditissimus: *Dominus enim, inquit, pascit me, et nihil mihi deerit* (Psal. 22. 1). Dic mihi, si virum habeas aliquem magnum et admirabilem, qui te valde amet, et tui curam gerat; deinde scias eum perpetuo victurum, nec ante te moriturum, et eum omnia tibi præbiturum, ut eis secure tamquam tuis fruaris: vellesne aliquid possidere? nam si omnibus nudata esses, annon existimares te ditiolem esse? Cur ergo luges? quod non habeas pecunias? sed cogita quod tibi sit ablata peccatorum occasio. At quod sis privata facultatibus? sed acquisivisti Dei benevolentiam. Et quomodo, inquit, acquisivi? Dixit, *Cur non injuriam patimini?* dixit, *In omnibus gratias agite* (1. Cor. 6. 7; 1. Thess. 5. 18): dixit, *Beati pauperes spiritus* (Matth. 5. 3). Cogita igitur quanta fruaris benevolentia, si ea per facta ostenderit. Nam unum solum quæritur a nobis, ut in omnibus Deo agamus gratias, et omnia habebimus affatim. Exempli causa, Perdidisti decies mille libras auri? confestim Deo age gratias, et acquisivisti centies mille libras per vocem illam et gratiarum actionem. Nam dic mihi, quando

Job beatum pronuntias? quando habuit tot camelos, tot greges et tot armenta; an quando illam emisit vocem, *Dominus dedit, Dominus abstulit (Job 1. 21)*? Etenim diabolus propterea nos damno afficit, non ut auferat pecunias; scit enim eas nihil esse; sed ut per ea nos cogat dicere aliquid blasphemum. Ita etiam in beato Job non hoc solum studebat ut eum faceret pauperem, sed etiam ut enuntiaret blasphemiam. Quando enim omnibus eum nudavit, vide quid ei dicat per uxorem: *Dic aliquid adversus Deum, et morere.* Atqui, o execranda, eum spoliasti omnibus. Sed non ad hoc, inquit, ponebam studium: nam propter quod omnia feci, id nondum confeci, ut eum Dei nudarem auxilio: propterea eum etiam nudavi pecuniis. Hoc est quod volo; illud autem nihil est: si hoc non adsit, non solum nulla affectus est injuria, sed etiam id ei profuit.

4. Vides quod sciat malus ille dæmon quantum sit ejus rei damnum? Ideo vides eum per uxorem struere insidias. Audite quotquot habetis uxores pecuniæ amantes, et vos cogentes in Deum blasphemare: recordemini Jobi. Sed videamus ejus multam, si videtur, mansuetudinem, qua ejus os obstruxit. *Cur, inquit, velut una ex insipientibus mulieribus ita es loquuta (Job. 2. 10)?* Revera *Corrumpunt bonos mores colloquia prava (1. Cor. 15. 33)*: semper quidem certe, maxime autem in calamitatibus; tunc qui mala suadent, vim habent. Nam si animus ex se satis sit promptus ad indignationem et fastidium, quanto magis quando est etiam qui consultit? annon deturbatur ad barathrum? Magnum bonum est mulier, sicut est etiam magnum malum. Et vide undenam vult fortem murum perfodere. Non eum expugnat pecuniæ amissio, nihil magnum effecit hoc damnum, sed frustra etiam arguebatur dixisse, *Si non in faciem benedicet tibi (Job 1. 11)*: ideo uxorem contra eum armat. Vides quo spirabat? Sed nihil illi hæc machina profuit. Si ergo nos quoque grato animo feramus, ea etiam recipiemus; et si non receperimus, major erit merces. Sic in adamante illo factum est: quando enim fortiter et strenue decertavit, tunc etiam hæc ei dedit: quando

ostendit diabolo, ipsum non ideo Deum colere, tunc reddidit. Est enim hujusmodi: quando viderit nos non esse affixos iis quæ ad hanc vitam pertinent, tunc nobis ea dat: quando viderit nos præferre spiritualia, tunc etiam præbet carnalia; non autem prius, ne abrumpamur a spiritualibus. Nobis igitur parcens, non dat carnalia, ut vel iuvitos ab iis abducat. Non, inquit; sed si accepero, repleor, et magis ago gratias. Falsum est, o homo: tunc enim es magis socors et ignavus. Quid autem, inquit, quod dat multis? Unde constat quod ipse dat? Sed quis, inquit, dat alius? Eorum avaritia et rapina. Quomodo ergo concedit hæc fieri? Sicut cædem, furta, et vim quæ infertur. Quid vero, inquit, de iis dicis qui a patribus accipiunt hereditatem, ipsi referti malis innumerabilibus? quomodo, inquit, sinit eos Deus illis frui? Sicut et fures, et eos qui cædes faciunt, et cæteros maleficos: non est enim nunc tempus iudicii, sed optimæ vitæ institutionis. Quod autem jam dixi, hoc quoque nunc dico: illi majores dabunt pœnas, quando etiam bonis omnibus perceptis, ne sic quidem evadant meliores. Non enim omnes similiter punientur, sed ii qui etiam post accepta beneficia mali manent, magis cruciabantur; qui autem in paupertate, non ita. Quod autem ita sit, audi quid dicat Davidi: *Nonne dedi tibi omnia domini tui (2. Reg. 12. 8)*? Quando ergo videris juvenem absque laboribus paternam accepisse hereditatem, et mansisse malum, certo scias quod ei augeatur pœna, et intendatur cruciatus. Ne hos ergo æmulemur, sed si quispiam successerit virtuti, si quis adquisierit divitias spirituales: *Væ enim, inquit, iis qui confidunt in suis divitiis; et, Beati qui timent Dominum (Psal. 48. 7. et 127. 1).* Ex quibus, dic mihi, vis esse? Ex iis certe qui beati dicuntur. Hos ergo æmulare, non illos, ut etiam consequaris bona quæ sunt eis reposita: quæ detur nobis omnibus consequi, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri una cum sancto Spiritu gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXI.

CAP. 10. v. 52. *Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinistis passionum: 53. et in altero quidem opprobriis et tribulationibus spectaculum facti, in altero autem socii taliter concertantium effecti. 54. Nam et vincis compassi estis, et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem in cælis et manentem substantiam.*

1. Præstantissimi medici cum profundam fecerint incisionem, et per plagam dolorem intenderint, laborantem locum consolantes, turbatamque foventes et recreantes animam, non amplius aliam exhibent incisionem, sed et datam mitibus leniunt medicamentis, et quæ doloris multum possint adimere. Hoc quoque fecit Paulus: cum eorum concussisset animos, et facta mentione gehennæ eos compunxisset et eis si-

dem fecisset, quod eum omnino perire oportet, qui Dei gratiam affecit contumelia; et ex Moysis legibus hoc ostendisset, quod sint perituri, et magis etiam aliis obsignasset testimoniis, et dixisset horrendum esse incidere in manus Dei viventis: ne multo metu in desperationem adducta anima, dolore absorberetur, eos consolatur per laudes et adhortationem, et eis domesticam offert æmulationem. *Rememoramini enim, inquit, pristinos dies, in quibus illuminati, multum certamen sustinistis passionum.* Magna est quæ per opera fit consolatio: cum enim qui rem inchoat, oportet progredientem facere incrementum. Quasi diceret, Quando initiabamini, quando eratis loco discipulorum, ostendistis tantam animi alacritatem, tantam generositatem: nunc autem non amplius. Et qui hortatur sic, maxime hortatur a domesticis. Et vide, non solum dixit, *Certa-*

μυρίας; εὐχαρίστησον εὐθὺς τῷ Θεῷ, καὶ δέκα μυριάδας ἐκτίσω διὰ τῆς φωνῆς ἐκείνης καὶ τῆς εὐχαριστίας. Εἰπέ γάρ μοι, πότε μακαρίζεις τὸν Ἰώβ; ὅτε εἶγε τσαυτάς καμήλους καὶ τὰ πόλμνια καὶ τὰ βουκόλια, ἢ ὅτε ἐκείνην τὴν φωνὴν ἀφῆκεν, Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο; Καὶ γὰρ ὁ διάβολος διὰ τοῦτο ἡμᾶς ζημιῶ, οὐχ ἵνα τὰ χρήματα μόνον ἀφείληται· οἶδε γὰρ ὅτι οὐδὲν ἐστὶν· ἀλλ' ἵνα διὰ τούτων ἀναγκάστῃ εἰπεῖν τι βλάσφημον. Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ μακαρίου Ἰώβ τοῦτο ἐσπούδαζεν, οὐ πένητα αὐτὸν ποιῆσαι μόνον, ἀλλὰ βλάσφημον ἀποφῆναι. Ὅτε γοῦν πάντων αὐτὸν ἐγύμνωσεν, ἕρα τί φησι: πρὸς αὐτὸν διὰ τῆς γυναικὸς· *Εἶπόν τι ῥῆμα πρὸς Κύριον, καὶ τελεῦτα. Καίτοι, ὦ μιὰρῆ, πάντων αὐτὸν ἐγύμνωσα. Ἄλλ' οὐ τοῦτο ἐσπούδαζον, φησὶ· δι' ἃ γὰρ πάντα ἐποίησα, οὐδέπω ἤνυσα· ἐσπούδασα γὰρ αὐτὸν γυμνώσαι τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας· διὰ τοῦτο καὶ τῶν χρημάτων ἐγύμνωσα. Τοῦτό ἐστιν ὃ βούλομαι· ἐκεῖνο οὐδὲν ἐστὶν· ἂν τοῦτό μοι μὴ προσῆ, οὐ μόνον οὐδὲν ἤδικήθη, ἀλλὰ καὶ ὠφέληθη.*

δ'. Ὁρᾷς ὅτι οἶδε καὶ ὁ πονηρὸς δαίμων ἐκεῖνος, ὅση τοῦ πράγματός ἐστιν ἡ ζημία; διὰ τοῦτο καὶ βλέπεις αὐτὸν διὰ τῆς γυναικὸς τὴν ἐπιβουλήν βλέποντα. Ἀκούετε, ὅσοι γυναικῶν ἄνδρες ἔχετε χρημάτων ἐρώσας. καὶ ἀναγκαστούσας ὑμᾶς βλάσφημῆν τὴν Θεόν· ἀναμνήσθητε τοῦ Ἰώβ. Ἄλλ' ἴδωμεν αὐτοῦ τὴν πολλήν, εἰ δοκεῖ, ἐπιείκειαν, καὶ ὅπως αὐτὴν ἐπεστόμισεν. *Ἰνα τί, φησὶν, ὡςπερ μία τῶν ἀφρόνων γυναικῶν οὕτως ἐλάλησας; Ἀληθῶς Φθειροῖσιν ἦθη χρηστὰ ὀμλίτω κακαί· ἀεὶ μὲν οὖν φθειροῦσι, μάλιστα δὲ ἐπὶ τῶν συμφορῶν· τότε οἱ τὰ φαῦλα παραινούντες ἔχουσιν ἰσχύον. Εἰ γὰρ καὶ ἀγ' ἐαυτῆς ἡ ψυχὴ πρὸς ἀποδυσπέτησιν ἐστὶν ἑτοιμός, πόσῳ μᾶλλον, ὅταν καὶ ὁ συμβουλεύων ἦ; οὐχὶ καὶ πρὸς βάρηθρον ὠθεῖται; Μέγα ἀγαθὸν γυνῆ, ὡςπερὸν καὶ κακὸν μέγα. Καὶ ὅρα πόθεν ὀρύξαι τὸ τεῖχος ἐπεχείρησε τὸ ἰσχυρόν. [192] Ἐπειδὴ γὰρ οὐχ εἶλεν αὐτὸν ἡ τῶν χρημάτων ἀφαίρεσις, οὐδὲ μέγα τι εἰργάσατο ἡ τούτων ζημία, ἀλλὰ καὶ μάτην ἠλέγηθη εἰπών· Ἡ μὴν εἰς πρῶσάπὸν σε εὐλογίησει, διὰ τοῦτο ἐφοπλίζει αὐτῶ τὴν γυναῖκα. Ὁρᾷς ἀπὸ ἐπνευσει; Ἄλλ' οὐδὲν αὐτῶ πόνον ὑπῆρξε καὶ διὰ ταύτης τῆς μηχανῆς. Ἄν τὸλμων καὶ ἡμεῖς εὐχαρίστως φέρωμεν, καὶ ταῦτα ἀποληψόμεθα, κἄν*

Elom? Hoc est, diem faciat majorem. Hoc etiam factum est in Ezechia; sol retrocessit. Sed hoc est illo admirabilis, nempe contraria via rursus ingredi, cum cursum suum nondum confecisset. Sed his majora nos assequemur, si velimus. Nam quænam nobis promisit Christus? Non fore ut solem sistamus, neque lunam, neque solis retrogradationem, sed quid? *Veniemus*, inquit, *ad ipsum ego et Pater meus, et mansionem apud eum faciemus* (Joan. 14. 25). Quid mihi opus est sole et luna et his miraculis, cum ipse omnium Dominus ad me descendat, et apud me firmus maneat et stabilis? hoc mihi non est opus, Quid enim mihi ullo horum opus est? ipse erit mihi in solem et lunam et lucem. Nam, dic mihi, quid malles, regiam ingressus, an aliquid transmutare eorum quæ fixa sunt, an regem tibi tanta conjungere familiaritate, ut ei persuadeas ut ad te deveniat? nonne multo magis hoc, quam illud? Quid vero? non mirum, si quæ homo imperat, hæc quoque Christus? Sed Christus, inquit, non rogat Patrem, sed sua facit auctoritate. Recte: primum ergo confitere quod Patrem non rogat, et sua facit auctoritate; et tunc ex te sciscitator, imo te docebo circa precationem, quam facit, fecisse per attemperationem et œconomiam (non erat enim Christus minor Jesu Nave), et quod poterat nos docere sine oratione. Sicut enim magistrum audiens halbutientem et elementa recensentem, non dicis ipsum ignorare; et quando interrogat: Ubi est hoc elementum? scis quod non ignorans interrogat, sed discipulum volens instituire: ita etiam Christus non oratione indigens orabat, sed te inducere volens ut assidue sis attentus orationi, ut eam emittas sine intermissione, ut sobrie, et cum multa vigilantia. Vigilare autem non dico solum noctu expergisci, sed etiam interdiu sobrium esse in precibus: Is enim appellatur vigilans. Potest enim esse ut quis noctu orans dormiat, et interdiu non orans vigilet, quando animus fuerit ad Deum intentus quando, cogitat cum quo disserat, ad quem verba faciat, quando ei in mentem venit quod angeli adstant cum tremore et timore, ipse autem accedit oscitans et se fricans.

Precum quanta sit vis. — Magna arma sunt preces, si cum ea qua par est mente fiant. Et ut earum vim intelligas, hinc perpende: impudentiam et iniquitatem, crudelitatem et importunam audaciam vincunt assiduæ preces: *Audite enim, inquit, quid dicat iudex iniquitatis* (Luc. 8. 6). Et rursus vincunt desidia: et quod non fecit amicitia, hoc assidua fecit interpellatio: *Et si non eo quod sit ejus amicus, inquit, dubit ei, sed tamen propter ejus impudentiam, surgens dubit ei* (Luc. 11. 8). Et eam quæ erat indigna, dignam fecit assiduitas: *Non est, inquit, bonum accipere panem filiorum, et dare canibus. Etiam, inquit, Domine: nam et catuli comedunt e mensa dominorum suorum* (Matth. 15. 26. 27).

5. Attendamus ergo orationi: sunt magna arma preces, si fiant attente et assidue, si absque inani gloria, si cum puro et sincero affectu. Oratio bella evertit, ipsa gentem integram et indignam beneficio

affecit: *Audiri, inquit, gemitum eorum, et descendi ad eos liberandos* (Exod. 3. 8): oratio est pharmacum salutare, et prohibens peccata, et medicamentum delictorum. In ea erat assidue vidua illa relicta sola. Nam si oremus cum humilitate, si pectus pulsantes ut publicanus, si ea quæ ille loquentes, si dicamus, *Esto propitius mihi peccatori* (Luc. 18. 13), omnia consequemur. Nam etsi non sumus publicani, habemus alia peccata illius peccatis non minora. Ne mihi dixeris te in quadam parva re peccasse: res enim eandem habet naturam. Sicut enim similiter dicitur homicida, et qui parvos pueros interemit, et qui virum: ita etiam est avarus, et qui in multis, et qui in paucis fraudat quempiam. Et injuriæ acceptæ recordatio, non est parvum, sed magnum peccatum: *Eorum enim qui injuriæ acceptæ sunt memores, viæ sunt ad mortem* (Prov. 12. 23); et, *Qui irascitur fratri suo sine causa, erit obnoxius gehennæ* (Matth. 5. 22); et qui vocat fratrem suum fatuum et insipientem, et alia plurima. Reverendorum etiam sacramentorum participes sumus indigne, et invidemus, et maledictis appetimus: quidam ex nobis sæpe etiam sunt inebriati. Horum vero unumquodque ipsum per se sufficit ad expellendum e regno: quando autem simul congeruntur, quamnam habebimus defensionem? Multa, o dilecti, nobis opus est pœnitentia, multa oratione, multa tolerantia, multa assiduitate, ut bona nobis promissa possimus assequi. Dicamus ergo nos quoque, *Propitius esto mihi peccatori*; imo vero non solum dicamus, sed etiam sentiamus ac cogitemus, et si alius nos sic accuset, ne irascamur. Audivit ille, *Non sum sicut publicanus iste*; nec iratus, sed compunctus est: victoriam obtinuit, et opprobrium deposuit. Indicavit ille vulnus; hic pharmacum quæsit. Dicamus ergo, *Propitius esto mihi peccatori*; sed et si alius dicat, ne indignemur. Sin autem ipsi quidem dicamus de nobis mala innumerabilia, et ab aliis audientes irascamur, non est hoc utique humilitas neque confessio, sed ostentatio et inanis gloria. Ostentatione est, inquit, seipsum vocare peccatorem? Maxime: humilitatis enim existimatione fruimur, in admiratione habemur, laudibus extollimur: si vero de nobis dicimus contrarium, despiciamur. Quamobrem hoc quoque facimus propter gloriam.

Humilitas quid sit. — Quid est autem humilitas? Probra ingesta ferre, peccatum agnoscere, ferre maledicta. Ne hoc quidem fuerit humilitatis, sed benigni animi et ingenui. Nunc autem nos quidem dicimus peccatores, indignos, et alia innumerabilia; sed si quis alius nobis unum ex his objiciat, ægre ferimus, efferamur. Vides quod hoc non sit confessio, neque animi ingenuitas? Dixisti teipsum esse talem: ne irascaris, si ab aliis id audis et argueris; nam tibi sic leviter redduntur peccata, quando alii exprobrant; sibi enim onus imponunt, te autem inducunt ad philosophiam. Audi quid dicat beatus David, quando eum execrabatur Semei: *Dimitte eum, inquit: Dominus ei manavit, ut videat humilitatem meam: et reddet mihi Dominus bona pro ejus execratione quæ fuit*

hodie (2. Reg. 16. 10. 12). Tu autem de te dicens summa mala, si non ab aliis audias magnorum virorum et justorum laudes, efferaris. Vides quod ludis in rebus non ludicris? laudes enim repellimus aliarum laudum desiderio, ut iterum majora assequamur encomia, ut in majore habeamur admiratione. Nos itaque non admittentes laudes ut eas augeamus hoc

facimus, et omnia a nobis fiunt ad gloriam, non ad veritatem. Propterea sunt omnia inania, omnia dubia. Quamobrem rogo ut nunc saltem abstineatis a matremalorum inani gloria, et vivatis ut Deo placeat: ut futura quoque bona consequamur, in Christo Jesu Domino nostro.

HOMILIA XXVIII.

CAP. 11. v. 37. *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti; 38. quibus dignus non erat mundus; in solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis et in cavernis terræ.*

1. Semper quidem, maxime autem quando cogito res gestas sanctorum, tunc mihi venit in mentem de me desperare, quod nec in somnis quidem experti sumus, in quibus viri illi toto tempore sunt versati, non peccatorum poenas luentes, sed res bonas ex virtute gerentes et semper afflicti. Nam cogita mihi Eliam, ad quem hodie rodit oratio: de illo enim hic dicit, *Circuierunt in melotis*, et in eum desinunt ipsius exempla: quod erat familiare istis et proprium. Et memoratis apostolis quod in occisione gladii sint mortui, quod lapidati, ascendit rursus ad Eliam, qui eadem quæ ipsi passus est. Nam quoniam erat verisimile eos de apostolis nondum tantam concepissem opinionem, ab eo qui fuit assumptus, et in maxima habitus est admiratione, affert exhortationem et consolationem. *Circuierunt enim, inquit, in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus.* Ne vestem quidem, inquit, habebant propter summam afflictionem, non civitatem, non domum, non habitaculum: hoc quod Christus dicebat, *Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet* (Matth. 8. 20). Quid dico, non habitaculum? ne stationem quidem: nam neque cum venissent in solitudinem, quietem agebant: non enim dicit, *Sedebant in solitudine*, sed et cum illic essent, fugiebant et illinc expellebantur, non solum ex terra habitata, sed etiam ex inhabitabili. Et in memoriam eis revocat loca in quibus sederunt, et res quæ illic factæ sunt: *Egentes, afflicti.* Deinde vos, inquit, accusant propter Christum, et hoc patrabant contra Eliam: quid habebant de quo eum accusarent, cur expellerent, persequerentur et cum fame conflictari cogerent? Quod hi quoque tunc patiebantur: propterea alibi dicebat, *Decreverunt, inquit, mittere eis qui affliguntur ex discipulis. Quantum snppetunt alicui facultates, statuerunt unusquisque eorum mittere in ministerium habitantibus in Judæa fratribus* (Act. 11. 29). Quod horum quoque erat. *Afflicti, inquit, id est, male patientes, in viis, in periculis: quod etiam horum erat. Circuierunt autem, quid est? In solitudinibus, inquit, errantes et montibus et in speluncis et cavernis terræ.* Tanquam fugitivi, inquit, circuierunt, et qui e suis migrant sedibus, tanquam qui turpissimorum scelerum sunt convicti, tanquam ne digni quidem solem intueri, ne ex solitudine quidem in-

venerunt effugium, sed semper oportebat fugere, oportebat latibula querere, oportebat se vivos in terram infodere, semper esse in metu. 39. *Et hi omnes testimonio probati per fidem, non obtinuerunt repromissionem, 40. Deo pro nobis melius aliquid providente, ut ne sine nobis consummarentur.* Quæ est ergo merces tantæ spei? quæ remuneratio? Tanta certe ut oratione exprimi non possit. *Ea enim, inquit, præparavit Deus diligentibus eum, quæ neque oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt* (1. Cor. 2. 9). *Sed nondum acceperunt*, verum adhuc expectant, cum in tanta decesserint afflictione. Tot sunt anni ex quo vicerunt, et nondum acceperunt: vos autem dum adhuc certatis, inæsti estis? Cogitate vos quoque quid et quantum sit, sedere Abraham et Paulum apostolum expectantes quando tu fueris consummatus, ut tunc possint accipere mercedem. Nam, nisi nos quoque adfuerimus, prædixit eis Servator se non daturum: sicut si pater benivolus dicat probis filiis et qui opus confecerunt, se non daturum quod edant, nisi venerint eorum fratres. Tu autem agre fers quod mercedem nondum acceperis? Quid ergo faciet Abel, qui ante omnes vicit, et sedet non coronatus? quid vero Noe? quid ii, qui illis fuere temporibus, qui te et eos qui post te erunt expectant?

Christianorum optima conditio. — Vides quod illis sumus superiores, et melior sit nostra quam illorum conditio? *De nobis enim, inquit, aliquid melius prævidit Deus.* Ne viderentur enim esse melioris quam nos conditionis, si primi coronarentur, definitivè omnibus unum tempus coronarum; et qui tam multis ante te annis vicit, tecum accipit coronam. Vides Dei curam et providentiam? Non dixit, *Ne sine nobis coronentur*; sed, *Ut non sine nobis consummarentur*: itaque tunc apparent perfecti. Præcesserunt in certaminibus, sed non præcedunt in coronis. Non illos læsit, sed nos honoravit: ipsi enim fratres expectant. Nam si omnes sumus unum corpus, existit huic corpori major voluptas, quando communiter coronatur, et non singulatim. Etenim in hoc quoque sunt justis admirabiles, quod lætantur hominis fratrum tanquam suis. Quamobrem hoc quoque illis cedit ex animi sui sententia, quod cum propriis membris sint coronati: quod enim simul sint glorificati, magna est voluptas. (Cap. 12) 1. *Ideoque et nos tantam habentes impositam nubem testium.*

2. Scriptura sæpe accipit consolationem in malis, e rebus quæ accidunt: ut quando dicit propheta: *Ex astu, et duritie, et imbris eripiet te* (Isai. 4. 6): et

τοῦ τῆς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ. Σὺ δὲ περὶ σουτοῦ λέγων καὶ ὑπερβολῆν κακῶν, ἐὰν μὴ τὰ τῶν μεγάλων δικαίων* ἐγκώμια παρ' ἐτέρων ἀκοῆς, ἀγριάζεις. Ὁρᾷς ὅτι παίζεις ἐν οὐ παικτοῖς πράγμασι; καὶ γὰρ τοὺς ἐπαίνους ἐπαίνων ἐτέρων ἐπιθυμῶ διακρουόμεθα, ἵνα μειζῶνων πάλιν τύχωμεν ἐγκωμίων, ἵνα μᾶλλον θαυμασθῶμεν. Ἄσπε, οὐ προσέμενοι τὰ

* Legendum μεγάλων καὶ δικαίων.

ἐγκώμια, ἵνα αὐξήσωμεν αὐτὰ, τοῦτο ποιούμεν· καὶ πάντα πρὸς δόξαν ἡμῖν γίνεται, οὐ πρὸς ἀλήθειαν. Διὰ τοῦτο πάντα κενὰ, πάντα ἄπορα. Διὸ παρακαλῶ νῦν γοῦν ἀποστῆναι τῆς μητρὸς τῶν κακῶν, τῆς κενοδοξίας, καὶ ζῆσαι κατὰ τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν· ὥστε καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτυχεῖν ἀγαθῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

[251] ΟΜΙΛΙΑ ΚΗ'.

Περὶ ἡλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι· ὧρ οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος οὗτος· ἐν ἑρημίαις πλανώμενοι, καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὄραις τῆς γῆς.

α'. Αἰεὶ μὲν, μάλιστα δὲ ὅταν τῶν ἀγίων ἐννοήσω τὰ κατορθώματα, τότε μοι ἐπέρχεται ἀπαγορεύειν τὰ κατ' ἐμαυτὸν, ὅτι οὐδὲ ὄναρ πείραν ἐλάβομεν οἷς ἐκείνοι τὸν ἅπαντα χρόνον ἐνδιέτριψαν ἄνδρες, οὐχ ἀμαρτημάτων τίνοντες δίκην, ἀλλ' αἰεὶ κατορθοῦντες, καὶ αἰεὶ θλιβόμενοι. Ἐννόησον γὰρ μοι τὸν Ἠλίαν, εἰς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος περιήκει τήμερον· περὶ αὐτοῦ γὰρ φησιν ἐν ταύτῃ τῇ *Περὶ ἡλθον ἐν μηλωταῖς*, καὶ εἰς αὐτὸν αὐτῷ τελευτᾷ τὰ ὑποδείγματα οὐδὲ αὐτὸ καταλιπὼν· ὅπερ οἰκτεῖον αὐτοῖς ἦν*. Καὶ εἰπὼν τὰ κατὰ τοὺς ἀποστόλους, ὅτι ἐν φόβῳ μαχαίρας ἀπέθανον, ὅτι ἐλιθάσθησαν, ἀνείσι πάλιν ἐπὶ τὸν Ἠλίαν, τὸν τὰ αὐτὰ παθόντα τοῦτοισι. Ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς οὐδέπω περὶ τῶν ἀποστόλων δόξαν ἔχειν τοσαύτην, ἀπὸ τοῦ ἀναληθῆντος, καὶ μάλιστα θαυμασθέντος, φέρει τὴν παρακλησιν καὶ τὴν παραμυθίαν. *Περὶ ἡλθον γὰρ, φησὶν, ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι· ὧρ οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος οὗτος.* Οὐδὲ ἰμάτιον εἶχον, φησὶ, περιβαλέσθαι τῇ ὑπερβολῇ τῶν θλίψεων, οὐ πλῆν, οὐκ οἰκίαν, οὐ καταγώγιον τοῦτο, ὅπερ ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· Ὁ δὲ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίην. Τί λέγω, οὐ καταγώγιον; οὐ στάσιν· οὐδὲ γὰρ τὴν ἔρημον καταλαβόντες, ἠσυγίαν ἦγον· οὐ γὰρ εἶπεν, Ἐν ἐρήμῳ ἐκάθηντο, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖ ὄντες ἐφευγον καὶ ἐκείθεν ἤλαύνοντο, οὐκ ἐκ τῆς οἰκουμένης μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς ἀοικίτου. Καὶ ἀναμιμνήσκαι τῶπων αὐτοὺς ἐνθα ἐκάθηντο, καὶ πραγμάτων ἐκεῖ γενομένων· Ἰστερούμενοι, θλιβόμενοι. Εἶτα, φησὶν, ὑμῖν ἐνεκάλουν διὰ τὸν Χριστὸν, καὶ ταῦτα ἐπόουν τῷ Ἠλίᾳ· τί ἔχοντες ἐγκαλεῖν, ἤλαυνον αὐτὸν καὶ ἐδίωκον, καὶ λιμῷ παλαίειν ἠνάγκαζον; Ὁ [255] καὶ οὗτοι τότε ἐπαγγέλον· διὰ τοῦτο ἔλεγεν ἄλλαχού· Ἐκρίναν γοῦν πέμψαι οἱ ἀδελφοὶ τοῖς θλιβομένοις τῶν μαθητῶν· Καθὼς γὰρ ἠὲ πορεῖτό τις, ὄρισαν ἕκαστος αὐτῶν εἰς διακονίαν πέμψαι τοῖς κατοικοῦσιν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἀδελφοῖς. [Ὁ καὶ τούτων ἦν ε.] *Κακουχούμενοι, φησὶ·* τουτέστι, κακῶς πάσχοντες, ἐν ταῖς ὄδοιπορίαις, ἐν τοῖς δ' κινδύνοις· ὃ καὶ αὐτὸ

τούτων ἦν. Τὸ δὲ, [*Περὶ ἡλθον, τί ἔστιν;*] Ἐν ἑρημίαις πλανώμενοι, καὶ ὄρεσι καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὄραις τῆς γῆς. Οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦτο μονονοῦχὲ ἐμφαίνει, ὅτι περὶ ἡλθον καθὼς περ φυγάδες καὶ μετανάσταται, καθάπερ ἐπὶ τοῖς αἰσχίτοις ἐαλωκότες, καθάπερ οἱ οὐδὲ τὸν ἦλιον ὄραν ἄξιοι, καὶ οὐδὲ ἀπὸ τῆς ἐρημίας εὐρίσκον καταφυγὴν, ἀλλ' ἔδει φεύγειν αἰεὶ, ἔδει καταδύσεις ζητεῖν, ἔδει ζῶντας εἰς τὴν γῆν κατορύττειν ἑαυτοὺς, αἰεὶ ἐν φόβῳ εἶναι. Καὶ οὗτοι πάντες μαρτυροῦντες διὰ τῆς πίστεως οὐκ ἐκομισατο τὴν ἐπαγγελίαν, τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψάμενον, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι. Τίς οὖν ὁ μισθὸς τῆς τοσαύτης, φησὶν, ἐπίδοσις; τίς ἡ ἀνταπόδοσις; Μεγάλη, καὶ οὕτω μεγάλη, ὡς μὴδὲ λόγῳ δύνασθαι δηλωθῆναι· Ἄ γὰρ, φησὶν, ὀφθαλμοὶ οὐκ εἶδον, καὶ οὐς οὐκ ἤκουσαν, οὐδὲ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη, ταῦτα ἔστιν ἃ ἠτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Ἄλλ' ὀσπῶ ἀπέλαβον, ἀλλ' ἔτι μένουσι καὶ οὕτω τελευτήσαντες ἐν τοσαύτῃ θλίψει. Καὶ ἐκείνοι μὲν χροῖονους ἔχουσι τοσοῦτον νικήσαντες, καὶ οὐδέπω ἀπέλαβον· ὑμεῖς δὲ ἐν τῷ ἀγῶνι ἐτι δυνεῖς, ἀσχάλλετε; Ἐννοήσατε καὶ ὑμεῖς τί ἔστι, καὶ ὅσον ἐστὶ τὸν Ἄβραάμ καθῆσθαι· καὶ τὸν ἀπόστολον Παῦλον περιμένοντα πότε σὺ τελευτῆσῃς, ἵνα δυνηθῶσι τότε λαβεῖν τὸν μισθόν. Ἐὰν μὴ γὰρ καὶ ἡμεῖς παραγενομέθα, προσέπεν αὐτοῖς ὁ Σωτὴρ μὴ δώσειν· καθάπερ εἰ πατὴρ φιλόστοργος; πασι δὲ εὐδοκίμοις, καὶ τὸ ἔργον ἠνυκῶσι λέγοι, μὴ διδοῖναι φαγεῖν, ἐὰν μὴ ἔλωσιν αὐτῶν οἱ ἀδελφοί. Σὺ δὲ ἀσχάλλεις, ὅτι οὐδέπω τὸν μισθὸν ἔλαβες; Τί οὖν ποιήσει; Ἄβελ ὁ πρὸ πάντων νικήσας, καὶ ἀστεφάνωτος; καθήμενος; τί δὲ Νῶε; τί δὲ οἱ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους γεγονότες, ὅτι σὲ καὶ τοὺς μετὰ σὲ ἀναμένουσιν;

Ὁρᾷς ὅτι ἡμεῖς πλεονεκτοῦμεν αὐτῶν; Καὶ καλῶς διὰ τοῦτο εἶπε, Τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψάμενον. Ἴνα γὰρ μὴ δοκῶσι πλεονεκτεῖν ἡμῶν τῷ πρῶτῳ στεφανοῦσθαι, ἕνα ὄρισεν πᾶσι τῶν στεφάνων τὸν καιρὸν, καὶ ὁ πρὸ τοσοῦτων ἐτῶν νενικηκώς, μετὰ σοῦ λαμβάνει τὸν στεφάνον. Ὁρᾷς κηδεμονίαν; [256] Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἴνα μὴ χωρὶς ἡμῶν στεφανωθῶσιν, ἀλλ', Ἴνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσιν· ὥστε καὶ τέλεισι τότε φαίνονται. Προέλαβον κατὰ τοὺς ἀγῶνας, ἀλλ' οὐ προλαμβάνουσι κατὰ τοὺς στεφάνους. Οὐκ ἐκείνους ἠδίκησαν, ἀλλ' ἡμᾶς ἐτίμησε· καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ τοὺς ἀδελφούς ἀναμένουσιν. Εἰ γὰρ σῶμα ἐν οἱ πάντες ἐσμέν, μεζῶν γίνεται τῷ σώματι· τούτῳ ἡ ἰδὴνῆ, ὅταν κοινῇ στεφανώται, καὶ μὴ κατὰ μέρος. Καὶ γὰρ οἱ δίκαιοι καὶ ἐν τούτῳ εἰσὶ θαυμαστοί, ὅτι χαίρουσιν ὡς ἐπὶ οἰκείῃς ἀγαθοῖς τοῖς τῶν ἀδελφῶν. Ἄσπε

* Locus non sanus. Verba, οὐδὲ αὐτὸ καταλιπὼν, a Regg., Commel. et interpretibus rectius absent.

^b Colb. hic homiliam incipit.

^c Quae sequuntur biblica verba mera tautologia sunt. Haec praesente Savillo, inclusimus.

^d In Regg., Commel. et marg. Savil. sequentia sic habent... κινδύνοις. Τὸ δὲ, Περὶ ἡλθον... τῆς γῆς, καθάπερ φ. Savil. in textu: ... κινδύνοις, ὃ καὶ αὐτὸ τούτων ἦν. Το δὲ, Ἴν ἑρημ., etc.

κακείνους τούτο κατὰ γνώμην ἐστὶ, τὸ μετὰ τῶν μελῶν τῶν ἰδίων στεφανωθῆναι· τὸ γὰρ ἰδοὺ δεξα-σθῆναι, μεγάλη ἡδονή. *Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς το-σούτων ἔχοντες περιχειμέμενον ἡμῖν νέφος μαρ-τύρων.*

β'. Πολλαχοῦ ἡ Γραφή τὴν παραμυθίαν λαμβάνει τὴν ἐν τοῖς κακοῖς ἀπὸ τῶν συμβαινόντων πραγμάτων, ὡς ὅταν λέγῃ ὁ προφήτης· *Ἀπὸ καύματος καὶ σκληρότητος, καὶ ὕετοῦ ῥύσεται σε·* καὶ ὁ Δαυὶδ· *Ἡμέρας ὁ ἥλιος οὐ συγκαύσει σε, οὐδὲ ἡ σελήνη τὴν νύκτα.* Τούτο γοῦν καὶ ἐνταῦθα λέγει, ὅτι ἡ μνήμη τῶν ἀγίων ἐκείνων, ὡσπερ νέφος τὸν φλε-γόμενον ὑπὸ ἀκτίνοσιν θερμότερας σκιάζει, οὕτω τὴν ὑπὸ τῶν κακῶν καταπεπονημένην ἀνίστασι καὶ ἀνα-κτάται ψυχὴν. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἵπραιωρούμενον ἡμῶν, ἀλλὰ, *Περιχειμέμενον ἡμῖν*, ὃ ἐκείνου πλέον ἦν· ὥστε δηλῶσαι διὰ τούτου, ὅτι περιχειμέμενον κύκλω, ἐν μείζονι ἀδείξαι εἰκότως εἶναι ποιήσει. Μάρτυρας δὲ οὐχὶ τοὺς ἐν τῇ Καινῇ λέγει μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν τῇ Παλαιᾷ· καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ ἐμαρτύρησαν τῇ τοῦ Θεοῦ μεγαλειότητι· οἷον, ὡς οἱ τρεῖς παῖδες, οἱ περὶ τὸν Ἥλιον, οἱ προφῆται πάντες. *Ὅγκον ἀποθέμενοι πάντα.— Πῦρτα, τῖνα;* Τουτέστι, τὸν ὕπνον, τὴν ὀλιγωρίαν, τοὺς λογισμοὺς τοὺς εὐτε-λεῖς, πάντα τὰ ἀνθρώπινα. *Καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν.* Εὐπερίστατον ἦτοι τὴν εὐκόλως περιστα-μένην ἡμᾶς, ἣ τὴν εὐκόλως περὶστασι δυναμένην παθεῖν, λέγει· μάλλον δὲ τοῦτο· ῥάδιον γὰρ, ἐὰν θέλωμεν, περιγενέσθαι τῆς ἁμαρτίας. *Δι' ὑπομο-νῆς, φησὶ, τρέχουμεν τὸν προκειμέμενον ἡμῖν ἀγῶνα.* Οὐκ εἶπε, Πυκτεύουμεν, οὐδὲ, Παλαιώμεν, οὐδὲ, Πο-λεμῶμεν, ἀλλ' ὃ πάντων κουφότερον ἦν τὸ τοῦ δρό-μου, τοῦτο εἰς μέσον τέθεικεν. Οὐδὲ εἶπε, Προσθῶ-μεν τῷ δρόμῳ, ἀλλ', *Ἐν αὐτῷ τούτῳ ὑπομείνωμεν, μὴ ἐκλυθῶμεν. Τρέχουμεν, φησὶ, τὸν προκειμέμενον ἡμῖν ἀγῶνα.* Εἶτα τὸ [257] κεφάλαιον τῆς παρακλή-σεως, ὃ καὶ πρῶτον καὶ ὑστερον τίθησι, τὸν Χρι-στόν· *Ἀφορῶντες, φησὶν, εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν.* Ὅπερ οὖν καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς τοῖς μαθηταῖς συνεχῶς ἔλεγεν· *Εἰ τὸν οἰκοδομητὴν Βεελζεβοὺλ ἀπεκάλεσαν, πῶσφ μᾶλλον τοὺς οἰκιακοὺς αὐτοῦ;* καὶ πάλιν· *Οὐκ ἐστὶ μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, οὐδὲ δοῦλος ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτοῦ.— Ἀφορῶντες, φησὶ· του-τέστιν, ἵνα μάθωμεν τρέχειν, βλέπωμεν εἰς Χριστόν.* Καθᾶπερ γὰρ ἐπὶ τῶν τεχνῶν πασῶν καὶ τῶν ἀγω-νισμάτων πρὸς τοὺς διδασκάλους ὄρωντες, οὕτως ἐν-τυπούμεν τῇ διανοίᾳ τὴν τέχνην, διὰ τῆς ὀπτικῆς κανόνας τινὰς λαμβάνοντες· οὕτω ὅτῃ καὶ ἐνταῦθα, εἰ βουλοίμεθα τρέχειν, καὶ μαθεῖν καλῶς τρέχειν, πρὸς τὸν Χριστὸν ὄρωμεν, τὸν ἀρχηγὸν τῆς πίστεως καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν. *Τί ἐστὶ τοῦτο; Τουτέστιν, αὐτὸς ἐν ἡμῖν τὴν πίστιν ἐπέθηκεν, αὐτὸς τὴν ἀρχὴν δέδωκεν.* Ὁ καὶ πρὸς τοὺς μαθητὰς ὁ Χριστὸς εἶπεν· *Οὐχ ὑμεῖς με ἐξελέξαθε, ἀλλ' ἐγὼ ἐξελέξαμην ὑμᾶς.* Καὶ ὁ Παῦλος δὲ φησὶ· *Τότε δὲ ἐπιγνώσσομαι, καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην.* Εἰ δὲ αὐτὸς τὴν ἀρχὴν ἡμῖν ἐπέθηκεν, αὐτὸς καὶ τὸ τέλος ἐπιθήσει. *Ὅς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ, φησὶ, χαρᾶς, ὑπ-εμεινσ σταυρῶν, αἰσχύνῃς καταφρονήσας.* Του-

ἐστὶν, ἔξῃν αὐτῷ μὴδὲν παθεῖν, εἴπερ ἐβούλετο. Οὐδὲ γὰρ ἁμαρτίαν ἐποίησεν, οὐδὲ δόλος εὐρέθη ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· καθὼς καὶ αὐτὸς φησὶν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· *Ἐρχεται ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων, καὶ οὐκ ἔχει ἐν ἐμοὶ οὐδέν.* Προβυκετο τοῖνον αὐτῷ, εἴπερ ἐβούλετο, μὴ ἔλαθαι εἰς τὸν σταυρὸν· *Ἐξου-σίαν γὰρ ἔχω, φησὶ, θεῖναι τὴν ψυχὴν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν.* Εἰ τοῖνον ὁ μὴδεμίαν ἔχων ἀνάγκην τοῦ σταυρωθῆναι, ἐσταυ-ρώθη ἡμῶν ἕνεκεν· πῶσφ μάλλον ἡμᾶς δίκαιον πάντα γενναίως ὑπομένειν; *Ὅς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς, φησὶν, ὑπέμεινσ σταυρὸν, αἰσχύνῃς καταφρονήσας.* Τί δὲ ἐστὶν, *Αἰσχύνῃς καταφρο-νήσας;* Τὸν ἐπονειδιστον, φησὶν, εἴλετο θάνατον. *Ἔστω γὰρ, ἀπέθνησκε· τί καὶ ἐπονειδίστως;* Δι' οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἡμᾶς διδάσκων μὴδὲν ἠγεῖσθαι τὴν παρ' ἀνθρώπων δόξαν. Διὰ τοῦτο, οὐχ ὑποκει-μενος ἁμαρτίᾳ εἴλετο αὐτὴν, παιδεύων ἡμᾶς κατα-τολμᾶν αὐτῆς, καὶ μὴδὲν αὐτὴν τίθεσθαι. Διὰ τί μὴ εἶπε *Λύπην*, ἀλλὰ *Αἰσχύνῃς*; Ὅτι οὐ μετὰ λύπης ταῦτα ἔφερε. Τί οὖν τὸ τέλος; ἄκουε, [258] ἐπάγει γάρ· *Ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ κεκάθικεν.* Ὁρᾷ; τὸ ἔπαθλον; Ὅπερ καὶ ὁ Παῦλος γράφων φησὶ· *Διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερῷωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ δρομα τὸ ὑπὲρ πάντων δρομα, ἵνα ἐν τῷ ὄνοματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πάντων γόνυ κάμψῃ.* Τὸ κατὰ σάρκα φησὶ. Μάλιστα μὲν οὖν, εἰ καὶ μὴδὲν ἦν ἔπαθλον, ἱκανὸν τὸ ὑπόδειγμα πείσαι πάντα ἐλέσθαι· νυνὶ δὲ καὶ ἔπαθλα ἡμῖν πρόκειται, οὐ τὰ τυχόντα, ἀλλὰ μεγάλα καὶ ἀπόρρητα. Ὅστε καὶ ἡμεῖς ἐπειδὴν τι πάθωμεν τοιοῦτον, πρὸ τῶν ἀποστόλων ἐνωῶμεν τὸν Χριστόν. Διὰ τί; Ὅτι ὄλος ὁ βίος αὐτοῦ ὕβρεων ἔγεμε· καὶ γὰρ μαινόμενος ἤκουεν αἶε, καὶ πλάνος, καὶ γόγῃς· καὶ ποτὲ μὲν ἔλε-γον οἱ Ἰουδαῖοι· *Οὗτος οὐκ ἐστὶν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ· ποτὲ δὲ· Οὐχί, φησὶν, ἀλλὰ πλανᾷ τὸν ὄχλον·* καὶ πάλιν· *Ἐκεῖνος ὁ πλάνος εἶπεν ἐτι ζῶν· Μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγειρόμαι.* Καὶ εἰς γοητεῖαν δὲ αὐτὴν διέβαλλον λέγοντες· *Ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια·* καὶ ὅτι μαίνεται, καὶ δαιμόνιον ἔχει· *Οὐ καλῶς ἐλέγομεν, φησὶν, ὅτι δαιμόνιον ἔχει, καὶ μαίνεται;* Καὶ ταῦτα ἤκουε παρ' αὐτῶν, εὐεργετῶν, θαυματουργῶν, Θεοῦ ἔργα ἐπιδεικνύμενος. Εἰ μὲν γὰρ μὴδὲν ποίων ταῦτα ἤκουε, οὐκ ἦν οὕτω θαυ-μαστόν· εἰ δὲ διδάσκων τὰ πρὸς ἀλήθειαν, πλάνος ἤκουε, καὶ δαίμονας ἐκβάλλων, δαίμονα ἔχειν ἐλέ-γετο, καὶ πάντα ἀνατρέπων τὰ ἐναντία, γόγῃς ἐλέγετο· ποῖαν ὑπερβολὴν θαύματος οὐκ ἔχει; Ταῦτα γὰρ αὐτοῦ συνεχῶς κατηγόρου.

γ'. Εἰ δὲ βούλει καὶ τὰ σκόμματα καὶ τὰς εἰρωνείας μαθεῖν, ἃς κατ' αὐτοῦ ἐποιούοντο, ὃ μάλιστα δάκνει τὰς ἡμετέρας ψυχὰς, ἄκουε πρῶτον τὰς ἀπὸ τοῦ γέ-νουσ· *Οὐχ οὗτος, φησὶν, ἐστὶν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός, οὐ ἡμεῖς ἴσμεν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα;* οὐχ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ πάντες παρ' ἡμῖν εἰσι; καὶ ἀπὸ τῆς πατρὶδος αὐτὸν σκώπτοντες, ἔλεγον ἐκ Ναζαρετ αὐτὸν εἶναι. Καὶ πάλιν· *Ἐρώτησον,*

¹ Vide notam in marg. interpretationis Latine.

David, *Per diem sol non uret te, neque luna per noctem* (Psal. 120. 6). Hoc etiam hic dicit, quod illorum sanctorum recordatio, sicut nubes eum qui uritur a calidioris radio obumbrat, ita excitat et recreat animam quæ malis laborat. Et non dixit, *In altum super nolatam, sed, Nobis impositam*: quod quidem erat illo amplius, ut per hoc ostenderet, quod nobis in circuitu impositus magis securus reddet. Testes dicit non eos solum qui sunt in Novo, sed etiam eos qui sunt in Veteri: nam ipsi quoque tulerunt testimonium de Dei magnitudine: ut tres pueri, et Elias, et prophetae omnes. *Deponentes omne pondus. Omne, quodnam? Somnum, negligentiam, viles et abjectas cogitationes, omnia humana. Et circumstant nos peccatum.* Aut quod nos facile circumstetit, aut quod facile patitur ut circumveniat: hoc autem potius: facile enim, si velimus, possumus superare peccatum. *Per patientiam curramus propositum nobis certamen.* Non dixit, *Pugnemus, neque, Lucitemur, neque, Bellum geramus, sed quod erat omnibus levius, nempe cursum in medium attulit. Neque dixit, Cursui adjiciamus, sed, In eo ipso sustineamus et persistamus, ne simus dissoluti et enervati. Curramus, inquit, agonem propositum.* Deinde consolationis et exhortationis caput, quod est et primum et ultimum, ponit, Christum: 2. *Aspicientes, inquit, in auctorem fidei et consummatorem Jesum.* Quod ipse quoque Christus assidue dicebat suis discipulis: *Si patrem familias Beelzebub appellarunt, quanto magis domesticos ejus* (Matth. 10. 25)? et rursus, *Non est discipulus supra magistrum, neque servus super dominum suum* (Ibid. v. 21). *Aspicientes, inquit: hoc est, ut discamus currere, videamus Christum.* Sicut enim in omnibus artibus et certaminibus ad magistros aspicientes, ita in mente artem imprimimus, per videndi facultatem quasdam sumentes regulas: ita hic quoque, si velimus currere, et discere recte currere, aspiciamus ad Christum auctorem fidei et consummatorem Jesum. Quid hoc est? Id est, ipse nobis fidem indidit, ipse principium dedit. Quod dicebat Christus discipulis: *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos* (Joan. 15. 16). Paulus quoque dicit: *Tunc cognoscami sicut et cognitus sum* (1. Cor. 13. 12). Si autem ipse nobis imposuit principium, ipse quoque nobis finem imponit. *Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta.* Hoc est, licebat ei nihil pati, si voluisset: neque enim peccatum fecit, neque inventus est dolus in ore ejus (Isai. 53. 9): sicut ipse quoque dicit in Evangeliiis: *Venit mundi princeps, et in me non habet quidquam* (Joan. 14. 50). Erat ergo ei promptum, si voluisset non venire ad crucem: *Potestatem enim, inquit, habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo rursus recipiendi eam* (Joan. 10. 18). (a) Si ergo qui minime necesse habebat crucifigi, propter nos fuit crucifixus: quanto magis par est ut nos omnia fortiter feramus? *Qui proposito, inquit, sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta.* Quid est, *Confu-*

sione contempta? Probrosam, inquit, elegit mortem. Esto enim, inquit, est mortuus; cur ignominiose? Non propter aliud, quam nos docens, ut gloriam quæ ab hominibus datur nihili ducamus. Propterea cum non esset peccato subjectus, eam elegit, erudiens nos ut adversus eam simus audaces, et eam nihili faciamus. Quare non dixit, *Tristitia, sed Confusione?* Quoniam non hæc ferebat eum tristitia. Quis autem sit finis audi: *Atque in dextera sedis Dei sedet.* Vides præmium certaminis? Quod Paulus quoque scribens dicit: *Propter quod et Deus istum superexaltavit, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur* (Philipp. 2. 9. 10). Dicit quod est secundum carnem. Atque maxime quidem, etiamsi nullum esset propositum præmium certaminis, sufficeret exemplum ad persuadendum ut omnia nostra sponte sustineremus: nunc autem nobis etiam proponuntur præmia, non quaelibet, sed magna et ineffabilia. Quamobrem nos quoque cum aliquid tale passi fuerimus, ante apostolos Christum cogitemus. Quare? Quia tota ejus vita plena fuit contumeliis: semper enim male audiebat, ut qui vocaretur furiosus, seductor et præstigiator; et aliquando quidem dicebant Judæi, *Hic non est a Deo*; aliquando autem, *Non, sed seducit turbas*; et rursus, *Seducitor ille dicebat adhuc vivens, Post tres dies resurgam.* Præstigiatorum quoque et magicæ artis eum accusabant dicentes: *In Beelzebub eicit dæmonia* (Joan. 9. 16. et 7. 12; Matth. 27. 63. et 12. 24): et quod insaniret et haberet dæmonium: *Non bene dicebantur, inquit, quod habet dæmonium et insanit* (Joan. 10. 20)? Et hæc ab illis audiebat, cum eos beneficiis afficeret, miracula faceret, Dei opera ostenderet. Nam si quidem nihil faciens hæc audiret, nihil esset adeo mirum: si autem docens quæ pertinent ad veritatem, audiebat se vocari seductorem, et dæmones ejiciens, audiebat se probro appeti quod haberet dæmonem, et quæcumque erant contraria evertens, dicebatur præstigiator: quam mirabile illud est? Horum enim eum assidue accusabant.

3. Si vis autem audire dictoria et irrisiones quas in eum emittebant, quod nostros maxime mordet animos, audi primum a genere: *Non est hic, inquit, filius fabri, cujus nos novimus patrem et matrem? nonne fratres ejus omnes apud nos sunt* (Matth. 13. 55)? et a patria eum ludificantem dicebant eum esse ex Nazareth. Et rursus: *Interroga, inquit, et vide quod ex Galilæa non surgit propheta* (Joan. 7. 52): et ferebat eum his appeteretur calumniis. Et rursus dicebant: *Annon dicit Scriptura quod ex Bethleem vico venit Christus* (Ib. v. 42)? Vis etiam audire irrisiones quibus in eum sub ipsa cruce utebantur? illudentes adorabant eum, et percutiebant et colaphos impingebant, dicebantque: *Dic nobis quis est qui te percussit?* et acetum offerebant ei, dicentes: *Si es Filius Dei, descende de cruce* (Matth. 26. 68. et 27. 40). Præterea servus quoque pontificis dedit ei alapam, et dicit: *Si male loquutus sum, testimonium perhibe de malo: si bene, quid me cædis* (Joan. 18. 25)? Et irridentes imposue-

(a) Grandis hic hiatus est in Colbert.

runt ei chlamydem, et spuerunt in ejus faciem; et tentationes ei semper adhibebant, eum tentantes. Vis etiam videre accusationes, quæ clam, quæ palam, quæ etiam ab ipsis fiebant discipulis? Num et vos, inquit, vultis abire? et, *Dæmonium habes* (Joan. 6. 68. et 7. 20), dicebatur ab iis qui jam crediderant. Dic autem mihi, nonne ipse quoque semper fugiebat, aliquando quidem in Galilæam, aliquando autem in Judæam? annon ab ipsis incunabilis fuit multa appetitus tentatione? annon eum, cum esset infans, mater deduxit in Ægyptum? Propter hæc omnia dicit: *Aspicientes in auctorem fidei et consummatorem Jesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, atque in dextera sedis Dei sedet.* Ad eum ergo aspiciamus et ad ejus discipulos, legentes quæ perpessus est Paulus, et audientes eum dicentem: *In multa patientibus, in tribulationibus, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in jejuniis, in laboribus, in castitate, in scientia* (2. Cor. 6. 4-6); et rursus, *Usque ad hanc horam esurimus et sitimus, et nudi sumus, et colaphis cædimur, et instabiles sumus, et laboramus operantes manibus nostris: maledicimur, et benedicimur; persecutionem patimur, et sustinemus; blasphemamur, et obsecramus* (1. Cor. 3. 11-15). Passusne est quispiam, vel minimam horum partem? Tamquam seductores, inquit, tamquam infames, tanquam nihil habentes (2. Cor. 6. 8): et rursus, *A Judæis quinquies quadragenas, una minus, accepi; ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum; nocte et die in profundo maris fui, et in itineribus sæpe, afflictionibus, angustia, fame* (2. Cor. 11. 24-26). Et quod hæc Deo placerent, audi eum dicentem: *Propter hoc ter Dominum rogavi, et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: virtus enim mea in infirmitate perficitur.* Propter quod, inquit, placeo mihi in infirmitatibus meis, in afflictionibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, ut in me inhabitet virtus Christi (2. Cor. 12. 8. 9. 10). Audi autem ipsum quoque Christum dicentem: *In mundo afflictionem habebitis* (Joan. 16. 33).

3. *Recogitate, inquit, eum, qui talem sustinuit a peccatoribus adversus ipsum contradictionem, ut ne defatigemini animis vestris deficientes.* Jure merito hæc addidit: nam si proximorum nos excitant perpressiones, ipsius Domini perpressiones quantam nobis non præbebunt animi alacritatem? quid nobis non faciet? Et vide quomodo prætermittens omnia dicere, per contradictionem totum significavit: ictus enim in genis, risum, contumelias, exprobrationes, irrisiones, hæc omnia indicavit per contradictionem: neque vero solum illa, sed et quæ fuerunt in universa vitæ doctrina. Hæc igitur, dilectissimi, semper reputemus, et noctu et interdiu in animis nostris versemus, scientes quod isthinc magna reportaturi sumus bona, multamque inde utilitatem recipiemus.

Christi perpressiones in memoriam revocandæ. — Magnum enim, revera magnum sunt solatium Christi perpressiones et perpressiones apostolorum. Adeo enim sciebat hanc viam virtutis esse meliorem, ut et ipse, qui ea non egebat, eam sit ingressus: adeo sciebat

afflictionem juvare, ut quæ magis sit causa quietis et remissionis. Audi enim ipsum Christum dicentem: *Si quis non tollat crucem suam, et me sequatur, non est me dignus* (Matth. 10. 38). Ac si diceret: Si es, inquit, discipulus, imitare Magistrum; hoc enim est discipuli. Si autem ipse quidem venit per afflictionem, tu autem per quietem et remissionem, non eadem via ingrederis qua ille est ingressus, sed alia. Quomodo ergo sequeris non sequens? quomodo es discipulus, non sequens Magistrum? Hoc Paulus quoque dicit: *Nos infirmi, vos autem fortes; nos ignobiles, vos autem nobiles* (1. Cor. 4. 10). Ant quomodo est rationi consentaneum nos æmulari contraria, et vos quidem esse discipulos, nos autem magistros? Magna ergo res est afflictio, o dilecti: duo enim efficit, eaque maxima, et peccata delet, et facit fortes et robustos.

4. Quid vero, inquit, si everterit et perdidit? Non hoc facit afflictio, sed nostra ignavia. Quomodo, inquit? Si sobrii simus, si Deum rogemus ut non sinat nos tentari plus quam ferre possimus, si ei semper hæreamus, fortiter stabimus et in acie. Quamdiu eum habuerimus adjutorem, etiamsi omnibus ventis vehementius spirarint tentationes, erunt nobis palca et folium quod leviter et temere fertur. Audi Paulum dicentem: *In his omnibus superamus*; et rursus, *Existimo enim quod non sunt condignæ passionibus hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis* (Rom. 8. 37. et 18); et rursus, *Id quod in præsentibus est momentaneum et leve tribulationis nostræ, supra modum æternam gloriæ pondus operatur in nobis* (2. Cor. 4. 16). Vide quanta pericula, naufragia, frequentes afflictiones, et quæ sunt hujusmodi, vocat levia: et æmulare hunc adamantem hoc corpore leviter et temere indutum. Es in paupertate? sed non in tanta quanta Paulus, qui cum fame, siti et nuditate conflictabatur: non enim unum diem hoc est passus, sed perpetuo hoc patiebatur. Unde hoc constat? Audi eum dicentem: *Usque in hanc horam esurimus, et sitimus, et nudi sumus* (1. Cor. 4. 11). Papæ! quantam gloriam jam assequutus in prædicatione, tam multa ferebat, et jam viginti annos in ea consecerat, quando hæc scribebat? *Scio enim, inquit, hominem ante annos quatuordecim, sive in corpore, sive extra corpus nescio* (2. Cor. 12. 2); et rursus, *Post tres annos, inquit, ascendi Jerosolymam* (Gal. 1. 18). Et rursus audi eum dicentem: *Bonum est mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet.* Nec hoc solum, sed etiam rursus scribens dicebat: *Sicut purgantia mundi facti sumus* (1. Cor. 9. 15. et 4. 13). Quid fame gravius? quid frigore, quid insidiis a fratribus, quos etiam appellat falsos fratres? nonne vocabatur orbis terræ pernicies, non impostor, non eversor? annon conscindebatur flagris cæsus? Hæc nobis veniant in mentem, o dilecti, hæc cogitemus, hæc meminimus et nunquam dissolvemur et enervabimur, etiamsi injuria afficiamur, etiamsi bona nostra diripiantur, etiamsi mala patiamur innumera. Detur nobis ut in cælis in bona simus existimatione, et sunt omnia tolerabilia: detur ut illic res nostras

φησὶ, *καὶ ἴδε, ὅτι ἐκ τῆς Γαλιλαίας προφήτης οὐκ ἐγήθηρειται*· καὶ ἔφερε τὸσαῦτα συκοφαντούμενος. Καὶ πάλιν ἔλεγον· *Οὐχὶ ἡ Γραφὴ φησιν, ὅτι ἀπὸ Βηθλεὲμ τῆς κώμης ἔρχεται ὁ Χριστός*; Βούλει καὶ τὰς εἰρωνείας ἰδεῖν ἅς ἐποιοῦντο παρ' αὐτὸν τὸν σταυρόν; Προσκύουσαν αὐτῷ ἐμπαίζοντες, καὶ ἔπαιον αὐτὸν καὶ ἐκολάφιζον, καὶ ἔλεγον· *Εἰπέ ἡμῖν τίς ἐστὶν ὁ παῖσός σε*; καὶ βξος προσῆγον, καὶ ἔλεγον· *Εἰ Ἰῶδς εἰ τοῦ Θεοῦ, κατάρθῃ ἀπὸ τοῦ [259] σταυροῦ*. Ἐτι δὲ καὶ ὁ δοῦλος τοῦ ἀρχιερέως βράπισμα ἔδωκεν αὐτῷ, καὶ φησιν· *Εἰ μὲν κακῶς ἐλάλησα, μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ*· εἰ δὲ καλῶς, τί με δέρεις; Καὶ χλευάζοντες δὲ, χλαμύδα περιέθηκον αὐτῷ, καὶ ἐνέπτυσον εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ καὶ τὰς πείρας αἰε προσῆγον, πειράζοντες αὐτόν. Βούλει καὶ τὰς κατηγορίας ἰδεῖν, τὰς λάθρα, τὰς φανερῶς, τὰς παρὰ τῶν μαθητῶν; τὸ γάρ, *Μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε ὑπλάξαι*; καὶ τὸ, *Δαιμόνιον ἔχεις*, παρὰ τῶν πιστευσάντων ἡδὴ ἐλέγετο· *Εἰπέ δέ μοι, οὐκ αἰε ἔφευγε καὶ αὐτός, ποτὲ μὲν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ποτὲ δὲ εἰς τὴν Ἰουδαίαν*; οὐχὶ ἐκ σπαργάνων αὐτῷ πολὺς ὁ πειρασμός; οὐχὶ παιδίον ὄντα αὐτόν ἡ μήτηρ λαβοῦσα κατήλθεν εἰς Αἴγυπτον; Διὰ ταῦτα τοῖνυν πάντα φησὶν· *Ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν, ὃς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς ὑπέμεινε σταυρόν, αἰσχύνῃς καταφρονήσας, ἐν δεξιᾷ τε τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ κεκάθικεν*. Εἰς τοῦτον τοῖνυν ἀφορῶμεν καὶ εἰς τὰ τῶν μαθητῶν τῶν τούτου, ἀναγινώσκοντες τὰ Παύλου, καὶ ἀκούοντες αὐτοῦ λέγοντος· *Ἐν ὑπομονῇ πολλῇ, ἐν θλίψεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν διωγμοῖς, ἐν στενοχωρίαις, ἐν πληγαῖς, ἐν φυλακαῖς, ἐν ἀκαταστουσίαις, ἐν ἠσθεσίαις ἐν κόποις, ἐν ἀγρότητι, ἐν γνώσει*· καὶ πάλιν· *Μέχρι τῆς ἄρτι ὥρας καὶ πειρῶμεν καὶ διψῶμεν, καὶ γυμνητεύομεν, καὶ κολαφιζόμεθα, καὶ ἀστατοῦμεν, καὶ κοπιῶμεν, ἐργαζόμενοι ταῖς ἰδίαις χερσὶ· λοιδορούμενοι, εὐλογοῦμεν· διωκόμενοι, ἀνεχόμεθα· βλασφημούμενοι, παρακαλοῦμεν*. Ἄρα ἐξ ἡμῶν ἔχει τις εἰπεῖν, ὅτι τὸ πολλοστὸν τούτου μέρος ἔπαθεν; Ὡς πάλιν γάρ, φησὶν, ὡς ἄτιμοι, ὡς μηδὲν ἔχοντες· καὶ πάλιν· *Πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἑπὶ Ἰουδαίων ἔλαβον· τρίς ἐβραβδίσθην, ἀπαξ ἐλιθάσθην, ρυχήθημερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα, ὀδοιπορίαις, πολλάκις, ἐν θλίψεσιν, ἐν στενοχωρίαις, ἐν λιμῷ*. Καὶ ὅτι ταῦτα τῷ Θεῷ ἔδοκει, ἄκουε αὐτοῦ λέγοντος· *Ἐπεὶ τούτου τρίς τῶν Κύριον παρεκάλεσα, καὶ εἰρηκὲ μοι, Ἄρκει σοὶ ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δυνάμις μου ἐν ἀσθενείαις τελειούται*. Διὸ καὶ, φησὶν, *εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις, ἐν θλίψεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν στενοχωρίαις, ἐν πληγαῖς, ἐν φυλακαῖς, ἵνα ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμὲ ἡ δύναμις τοῦ Χριστοῦ*. Καὶ αὐτοῦ δὲ ἀκούσον τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· *Ἐν τῷ κόσμῳ θλίψιν ἔχετε*. Ἀναλογίσασθε γάρ, φησὶ, τὸν τοιαύτην ὑπομεμενηκότα [260] ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς αὐτὸν ἀντιλογίαν, ἵνα μὴ κἀμῆτε, ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλυόμενοι. Εἰκότως ταῦτα ἐπήγαγεν· εἰ γὰρ τὰ τῶν πλησίων πάθῃ διανίστησιν ἡμᾶς, τὰ τοῦ Δεσπότητος πόσῃ ἡμῖν οὐ παρέξει προθυμίαν; τί ἡμᾶς οὐκ ἐργάζεται; Καὶ σκόπει πῶς παρὲς πάντα εἰπεῖν,

διὰ τῆς ἀντιλογίας τὸ πᾶν ἐδήλωσε, καὶ τῷ τοιαύτην προσθεῖναι· τὰς γὰρ ἐπὶ κόρῃς πληγὰς, τὸν γέλωτα, τὰς ὕβρεις, τοὺς ὀνειδισμούς, τὰς χλευασίας, ταῦτα πάντα διὰ τῆς ἀντιλογίας ἐνέφριγε· καὶ οὐκ ἐκεῖνα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ παρὰ τὸν βίον ἅπαντα τὸν τῆς διδασκαλίας. Ταῦτα τοῖνυν, ἀγαπητοί, αἰε ἀναλογιζόμεθα, καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐν ταῖς διανομίαις ἡμῶν στρέφωμεν, εἰδότες ὅτι μεγάλα ἐκ τούτου καρπωσόμεθα ἀγαθὰ, καὶ πολλῶν τῶν ὠφέλειαν ἔχομεν.

Μεῖγα γάρ, ὄντως μέγα παραμύθιον, καὶ τὰ τοῦ Χριστοῦ πάθη καὶ τὰ τῶν ἀποστόλων. Οὕτω γὰρ ἔδει ταύτην βελτίω τῆς ἀρετῆς οὖσαν τὴν ὁδόν, ὡς καὶ αὐτός ὁ μὴ δεόμενος αὐτῆς ταύτην ἐλθεῖν· οὕτως οἶδε τὴν θλίψιν συμφέρουσαν ἡμῖν, καὶ ἀνέτειος ὑπόθεσιν μάλλον γινομένην· ἄκουε γάρ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· *Ἐάν μὴ τις ἄρῃ τὸν σταυρόν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθήσῃ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μοι ἄξιος*. Μόνον γὰρ οὐχὶ τοῦτο διὰ τῆς τοιαύτης λέγε· διδασκαλίας· *Εἰ μαθητῆς εἶ, τὸν διδάσκαλον μιμοῦ*· τοῦτο γὰρ ἔστι μαθητοῦ. Εἰ δὲ αὐτὸς μὲν διὰ θλίψεως ἤλυθε, σὺ δὲ δι' ἀνέσσεως, οὐκέτι τὴν αὐτὴν βαδίζεις ὁδόν, ἣν ἐκεῖνος ἐβάδιτεν, ἀλλ' ἑτέραν. Πῶς οὖν ἀκολουθεῖς, μὴ ἀκολουθῶν; πῶς εἰ μαθητῆς, μὴ τῷ διδασκάλῳ ἐπόμενος; Τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος φησὶν· *Ἡμεῖς ἀσθενεῖς, ὑμεῖς δὲ ἰσχυροί*· ἡμεῖς ἄτιμοι, ὑμεῖς δὲ ἐντιμοί. Ἡ πῶς ἔχει λόγον, φησὶ, τάναντία ἡμᾶς ζηλοῦν, καὶ ὑμᾶς μὲν εἶναι μαθητάς, ἡμᾶς δὲ διδασκάλους; Μεῖγα ἄρα θλίψις, ἀγαπητοί· δύο γὰρ τὰ μέγιστα κατορθοί, καὶ ἁμαρτίας ἐξαλείφει, καὶ στερέθους ποιεῖ.

δ'. Τί οὖν, φησὶν, ἂν περιτρέψῃ καὶ ἀπολέσῃ; Οὐχὶ ἡ θλίψις τοῦτο ποιεῖ, ἀλλ' ἡ ἡμετέρα νοθεσία. Πῶς, φησὶν; Ἐάν γὰρ νήφωμεν, ἐάν τὴν Θεὸν παρακαλῶμεν, ὥστε μὴ ἔαται ἡμᾶς πειρατοῦναι ὑπὲρ τὸ δυνάμεθα, ἐάν αἰε αὐτοῦ ἐγόμεθα, στηρόμεθα γενναίως, καὶ παραταξόμεθα. Ἔως ἂν αὐτὸν ἔχωμεν βοηθόν, κἂν πάντων τῶν ἀνέμων σφοδρότερον πνεῦσων οἱ πειρασμοί, κάρφος ἡμῖν ἔσονται καὶ φύλλον [261] ἀπλῶς φερόμενοι. Ἄκουε Παύλου λέγοντος· *Ἐν τούτοις, φησὶ, πᾶσιν ὑπερβόλωμεν*· καὶ πάλιν· *Λογίζομαι γὰρ ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλύπτεσθαι εἰς ἡμᾶς*· καὶ πάλιν· *Τὸ γὰρ παραντικα ἐλαφρόν τῆς θλίψεως, καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρους δόξης ἡμῖν κατεργάζεται*. Σκόπει ἡλίκοις κινδύνους, ναυάγια, τὰς ἐπαλλήλους θλίψεις, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἐλαφρὰ καλεῖ· καὶ ζήλωσον τὸν ἀδύμαντα τοῦτον, τὸν ἀπλῶς καὶ εἰκὴ τὸ σῶμα τοῦτο περικείμενον. Ἐν πένιᾳ εἶ; ἀλλ' οὐκ ἐν τὸσαύτῃ, ὅση ὁ Παῦλος, ὁ καὶ ἐν λιμῷ ἐξεταζόμενος καὶ διψεῖ καὶ γυμνότητι· οὐ γὰρ μίαν ἡμέραν τοῦτο ἔπαθεν, ἀλλὰ διηγεκῶς τοῦτο ὑπέμεινε. Πόθεν τοῦτο δῆλον; Ἄκουε αὐτοῦ λέγοντος· *Ἄχρι τῆς ἄρτι ὥρας καὶ πειρῶμεν, καὶ διψῶμεν, καὶ γυμνητεύομεν*. Βαβαί, πόσῃν ἔχων ἡδὴ δόξαν ἐν τῷ κηρύγματι, τὸσαῦτα ὑπέμεινε, εἰκοστὸν λοιπὸν ἔτος ἔχων, ὅτε ταῦτα ἔγραψεν. *Οἶδα γάρ, φησὶν, ἀνθρώπων πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων, εἶτε ἐν σῶματι, εἶτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, οὐκ οἶδα*· καὶ πάλιν·

Μετὰ τρία ἔτη, φησὶν, ἀνῆλθον εἰς Ἱερουσόλυμα. Καὶ πάλιν ἄκουε αὐτοῦ λέγοντος· *Καλὸν μοι ἀποθανεῖν, ἢ τὸ κούχημά μου ἵνα τις κενώσῃ*. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ πάλιν γράφων ἔλεγεν· *Ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν*. Τί λιμοῦ χαλεπώτερον; τί κρυμοῦ; τί τῶν ἐπιβουλῶν τῶν παρὰ ἀδελφῶν; οὐς ψευδαέλου; λοιπὸν καλεῖ. Οὐχὶ λυμεῶν ἐκαλεῖτο τῆς οἰκουμένης; οὐχὶ ἀπατεῶν; οὐχὶ ἀνατροπεύς; οὐχὶ κατεκόπτετο μαστιζόμενος; Ταῦτα ἐν νῷ λάβωμεν, ἀγαπητοί, ταῦτα ἀναλογιζόμεθα, ταῦτα μνημονεύωμεν, καὶ οὐδέποτε ἐκλυθησόμεθα, κἂν ἀδικώμεθα, κἂν ἀρπαζώμεθα, κἂν μυρία πάσχωμεν κακὰ. Γένοιτο τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἡμᾶς εὐδοκίμεῖν, καὶ πάντα φορητὰ· γένοιτο εὖ πράττειν ἐκεῖ, καὶ τῶν ἐνταῦθα λόγος οὐδεὶς. Σικὰ ταῦτά ἐστι καὶ ὄναρ· οἷα ἂν εἴη, ἐλπίζομενοι ἐκείνων καὶ προσδοκωμένων, οὐδὲν ἐστι τῶν δεινῶν οὔτε τῆ φύσει, οὔτε τῷ χρόνῳ. Τί γὰρ βούλει πρὸς τὰ δεινὰ ἐκείνα παραβάλλωμεν; τί πρὸς τὸ πῦρ τὸ ἀσβεστον, πρὸς τὸν σκώληκα τὸν ἀτελεῦττον; τί δυνήση [262] ἴσον εἰπεῖν τῶν ἐνταῦθα πρὸς τὸν βρυγμὸν τῶν ὀδόντων, πρὸς τὰ δεσμὰ, πρὸς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, πρὸς τὴν ὄργην, πρὸς τὴν Ὀλιφίν, πρὸς τὴν στενοχωρίαν; Ἄλλὰ τῷ χρόνῳ; Καὶ τί μύρια ἔτη πρὸς ἀπείρους αἰῶνας καὶ ἀτελεῦττους; οὐχ ὅσον μικρὰ σταγῶν πρὸς ἄδυσσον ἀπειρον; Ἄλλὰ πρὸς τὰ ἀγαθὰ; Ἄλλ' ἐκεῖ μείζων ἡ ὑπερβολή· *Ὁφθαλμὸς οὐκ εἶδε, φησὶν, οὐς οὐκ ἤκουσεν, ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέθη*. Καὶ ταῦτα ἔσται πάλιν ἐν ἀπείροις αἰῶσιν. Ὑπὲρ τούτων οὐκ κατακοπήναι μυριάκις οὐ καλὸν, ἀνααιρεθῆναι, κατακαῆναι, μυρίαὺς ὑποστῆναι θανάτου; πᾶν ὅτιοῦν ὑπομεῖναι δεινὸν καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ; Εἰ γὰρ ἐν πυρὶ ζῆν κατακαίωμενον ἦν, οὐκ ἔδει πάντα ὑπομένειν ὑπὲρ τοῦ τυχεῖν τῶν ἐπηγγελμένων ἐκείνων ἀγαθῶν;

Ἄλλὰ τί λέγω ταῦτα ληρῶν πρὸς ἀνθρώπους οὐδὲ χρημάτων καταφρονῆσαι αἰρουμένους, ἀλλ' ὡς ἀθανάτων αὐτῶν ἐχομένους, κἂν μικρὰ ἐκ πολλῶν δῶσι, τὸ πᾶν νομίζοντας ἠγυκάνει; Οὐκ ἔστι τοῦτο ἐλεημοσύνη· ἐλεημοσύνη γὰρ ἐστὶν ἡ τῆς χήρας ἐκείνης, ἥτις τὸν βίον αὐτῆς πάντα ἐκένωσεν. Εἰ δὲ οὐ χωρεῖς τοσοῦτον ὅσον ἡ χήρα καταβαλεῖν, ἀλλὰ κἂν τὸ περίσσευμα ὅλον κατὰβαλε· ἔχε τὰ ἀρκούντα, μὴ τὰ περιττά. Ἄλλ' οὐδεὶς ἐστὶν οὐδὲ τὸ περίσσευμα καταβάλλων· ἔως γὰρ ἂν ἔχης οἰκέτας πολλοὺς καὶ ἱμάτια σηρικὰ, πάντα ταῦτα περιτετεύματα ἐστὶν. Οὐδὲν ἀναγκαῖον οὐδὲ τῆς χρείας, ὧν ἄνευ δυνάμεθα ζῆν· ταῦτα περιττά καὶ ἀπλῶς ἐξω πρόσκειται. Τίνος οὐκ ἄνευ οὐ δυνάμεθα ζῆν ἰδῶμεν, εἰ δοκεῖ. Κἂν δύο μόνους ἔχωμεν οἰκέτας, δυνάμεθα ζῆν· ὅπου γὰρ εἰσι τινες χωρὶς οἰκετῶν ζῶντες, ποῖαν ἡμεῖς ἔχομεν ἀπολογίαν, τοῖς δύο οὐκ ἀρκούμενοι; Δυνάμεθα καὶ ἐκ πλίνθων ἔχειν οἰκίαν τριῶν οἰκημάτων· καὶ τοῦτο ἀρκεῖ ἡμῖν. Εἰπέ γάρ μοι, οὐκ εἰσὶ τινες μετὰ παιδῶν καὶ γυναῖκας ἕνα οἶκον ἔχοντες; Ἔστωσαν δὲ, εἰ βούλει, καὶ παιδὲς δύο. Καὶ πῶς οὐκ αἰσχύνῃ, φησὶν, ἐστὶ τὸ μετὰ δύο οἰκετῶν τὴν ἐλευθέραν βαδίζειν; Ἄπαγε, οὐκ ἔστι τοῦτο αἰσχύνῃ, μετὰ δύο οἰκετῶν τὴν ἐλευθέραν βαδίζειν, ἀλλ' αἰσχύνῃ ἐστὶ τὸ μετὰ πολλῶν προΐεσθαι. Τάχα γελᾷτε

τούτων ἀκούοντες. Πιστεύσατε, τοῦτο [263] ἐστὶν αἰσχύνῃ, τὸ μετὰ πολλῶν προΐεσθαι. Ὅσπερ οἱ προβατοπῶλαι, ἢ ὡσπερ οἱ τῶν ἀνδραπόδων κἀπηλοι, οὕτω μέγα τι ἠγείσθε τὸ μετὰ πλείονων οἰκετῶν προΐεσθαι. Τύφος τοῦτο καὶ κενοδοξία· ἐκείνο φιλοσοφία καὶ σεμνότης. Τὴν γὰρ ἐλευθέραν οὐκ ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἀκολούθων φαίνεσθαι δεῖ· ποῖα γὰρ ἀρετὴ ἀνδράποδα ἔχειν πολλά; Τοῦτο οὐκ ἔστι ψυχῆς· ὅπερ δὲ οὐκ ἔστι ψυχῆς, οὐ δείκνυσιν ἐλευθέραν. Ὅταν ὀλίγοις ἀρκῆται, τότε ἐστὶν ἐλευθέρα ὄντως· ὅταν δὲ πολλῶν δέηται, δούλη ἐστὶ καὶ ἀνδραπόδων χείρων.

Εἰπέ μοι, οἱ ἄγγελοι οὐχὶ μόνον περιπολοῦσι τὴν οἰκουμένην, καὶ οὐ δέονται οὐδενὸς τοῦ ἐφομένου; ἄρ' οὐκ διὰ τοῦτο χεῖρους ἡμῶν εἰσι τῶν δεομένων οἱ μὴ δεόμενοι; Εἰ τοίνυν τὸ μηδὲ ὄλωσθαι ἀκολούθου, ἀγγελικόν, τίς τοῦ ἀγγελικοῦ βίου ἐγγύς, ἢ πολλῶν δεομένη, ἢ ἡ ὀλίγων; Οὐκ ἔστι τοῦτο αἰσχύνῃ; αἰσχύνῃ γὰρ ἐστὶ τὸ ἀποπῶν τι πρᾶξαι. Εἰπέ μοι, τίς ἐπιστρέφει τοὺς ἐπ' ἀγορᾶς, ἢ πολλοὺς ἐπαγομένη, ἢ ἡ ὀλίγους; ταύτης δὲ τῆς ὀλίγων ἐπαγομένης, οὐχὶ ἡ μόνη μᾶλλον ἀπρόοπτος φαυνομένη; Ὅραξ ὅτι ἐκείνο ἐστὶν αἰσχύνῃ; Τίς ἐπιστρέφει τοὺς ἐπ' ἀγορᾶς, ἢ τὰ καλὰ φοροῦσα ἱμάτια, ἢ ἡ ἀπλῶς περικειμένη καὶ ἀνεπιτηδεύτως; τίς πάλιν ἐπιστρέφει τοὺς ἐπ' ἀγορᾶς, ἢ ἐπὶ ἡμιόνων φερομένη, καὶ χρυσοπάστων παραπετασμάτων, ἢ ἡ ἀπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε μετὰ κοσμιότητος βαδίζουσα; ἢ ταύτην μὲν οὐδὲ ὀρώμεν κἂν ἰδῶμεν, ἐκείνην δὲ οὐ μόνον ἰδεῖν βιάζονται οἱ πολλοί, ἀλλὰ καὶ ἐρωτῶσι, τίς εἴη, καὶ πόθεν; Καὶ παρήμι λέγειν ὅσος ὁ φθόνος ἐντεῦθεν εἰσπίπτει. Τί οὖν, εἰπέ μοι, αἰσχρὸν, ὀρᾶσθαι ἢ μὴ ὀρᾶσθαι; πότε μείζον ἢ αἰσχύνῃ, ὅταν πάντες εἰς αὐτὴν βλέπωσιν, ἢ ὅταν μηδεὶς; ὅταν μανθάνωσι περὶ αὐτῆς, ἢ ὅταν μηδὲ φροντίζωσιν; Ὅραξ ὅτι οὐ δι' αἰσχύνῃν, ἀλλὰ διὰ κενοδοξίαν πάντα πράττομεν; Πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτου ἀδύνατον ὑμᾶς ἀπαγαγεῖν, ἀρκεῖ μοι τέως τὸ μαθεῖν ὑμᾶς, ὅτι οὐκ ἔστι τοῦτο αἰσχύνῃ. [264] Ἄμαρτια μόνη αἰσχύνῃ ἐστὶν, ἢν οὐδεὶς εἶναι νομίζει αἰσχύνῃν, ἀλλὰ πάντα μᾶλλον ἢ ταύτην. ἱμάτια ἔστω τὰ τῆς χρείας, μὴ περιττά· πλὴν ἀλλ' ἵνα μὴ εἰς πολλὴν στενοχωρίαν ὑμᾶς κατακλείσωμεν, ἐκείνο παρεγγυῶ, ὅτι χρυσοπάστων ἡμῖν οὐ δεῖ, οὐδὲ λεπτῶν ὀθονίων. Καὶ ταῦτα οὐκ ἐγὼ λέγω· ὅτι γὰρ οὐκ ἐμά ἐστὶ τὰ ῥήματα, ἄκουε τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος, καὶ παρεγγυῶντος ταῖς γυναῖξιν *Κοσμεῖν ἑαυτάς, μὴ ἐν πλέγμασιν, ἢ χρυσῷ, ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματιωμῷ πολυτελεῖ*. Ἄλλὰ ποταπῷ βούλει, ὦ Παῦλε, εἰπέ· ἴσως γὰρ ἐρούσιν, ὅτι τὰ χρυσᾶ μόνα ἐστὶ πολυτελῆ, τὰ δὲ σηρικὰ οὐ πολυτελῆ· εἰπέ ποταπῷ βούλει. Ἐχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις, φησὶν, ἀρκεσθησόμεθα. Τοιοῦτον ἔστω τὸ ἱμάτιον, φησὶν, ὥστε σκέπην μόνον. Διὰ γὰρ τοῦτο ἔδωκεν ἡμῖν αὐτὰ ὁ Θεός; ἵνα σκέπωμεν τὴν γυμνότητα· τοῦτο δὲ οἰονήποτε ἱμάτιον ποιῆται δύναται εὐτελοῦς ὄν τιμῆς. Τάχα γελᾷτε, αἱ τὰ σηρικὰ φοροῦσαι ἱμάτια· γελᾶσαι γὰρ ὄντως χρή. Τί μὲν Παῦλος ἐπέταξ; τί δὲ ἡμεῖς πράττομεν; Οὐ πρὸς τὰ; γυναῖκας δὲ μοι ὁ λόγος μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς

lene geramus, et eorum quæ hic sunt nulla erit ratio cujusmodicumque fuerint, hæc sunt umbra et somnium. In illis quæ sperantur et exspectantur, nihil est grave nec natura, nec tempore. Quid enim vis cum illis gravibus et atrocibus conferamus? quid cum igne qui non potest extinguī? cum verme qui non moritur? quid ex iis quæ hic sunt potest dicere par esse stridori dentium, vinculis, tenebris exterioribus, iræ, afflictioni, angustiae? At tempore? Et quid sunt decies mille anni ad sæcula infinita et quæ non desinunt? nonne quantum parva gutta ad abyssum infinitam? At conferentur cum bonis? Sed illic major est exsuperatio: *Oculus, inquit, non vidit, nec auris audivit, et in cor hominis non ascenderunt* (1. Cor. 2. 9). Et hæc rursus erunt in sæculis infinitis. Pro his ergo annon bonum est millies conscindi, interimi, exuri, mille subire mortes, quodvis grave et asperum et verbis et rebus ipsis sustinere? Nam si fieri possit ut in igne usti viveremus, annon oporteret omnia perpeti, ut bona illa promissa assequeremur?

Eleemosyna quænam vere dici possit. — Sed quid hæc dico delirans apud homines qui ne pecunias quidem despiciere velint, sed tamquam immortales eas assectantur et eis adhaerescunt, et si ex multis pauca dederint, totum se existimant fecisse? Non est hoc eleemosyna: eleemosyna est illius viduæ eleemosyna, quæ universas suas profudit facultates (*Marc. 12. 44*). Si autem in te non cadit, ut tantum eroges quantum illa vidua, eroga saltem quidquid est supervacaneum, habe quæ sufficiunt, non quæ superflua sunt. Sed nemo est qui erogat ne ea quidem quæ sunt supervacanea: nam quamdiu habes multos famulos, et vestes sericas, hæc omnia sunt supervacanea. Nihil est necessarium nec usui serviens in iis, sine quibus vivere possumus; ea sunt supervacanea, et extra sunt posita. Quid sit ergo id, sine quo non possimus vivere, videamus, si placet. Etsi solos duos habeamus famulos, possumus vivere. Nam ubi sunt aliqui qui vivunt absque famulis, quam habemus nos excusationem, si non simus contenti duobus? Possumus etiam ex lateribus habere domum constructam trium habitaculorum: et hoc sufficeret nobis. Dic enim mihi, annon sunt aliqui qui cum liberis et uxore unam habent domum? Sint autem, si velis, etiam duo famuli. Et quomodo, inquires, non est pudor ingenuam incedere cum duobus famulis? Apage, non est pudor ingenuæ incedere cum duobus famulis, sed pudor est procedere cum multis. Fortasse ridetis hæc audientes. Credite, hoc est pudor, cum multis procedere. Sicut qui oves vendunt, aut sicut cauponatores mancipiorum, magnum quidpiam existimatis procedere cum multis famulis. Hoc est fastus et inanis gloria: illud est philosophia et honestas. Nam ingenuam non ex multitudine pedissequorum apparere oportet: quæ enim est virtus illa multa habere mancipia? Hoc non est animæ: quod autem non est animæ, non ostendit ingenuam. Quando est paucis contenta, tunc vere est ingenua: quando autem eget multis, est ancilla et deterior mancipiis.

ποιεῖτε. Ἐχουσι, φησὶ, τὸ ἀξίωμα, ἀλλὰ βίου εἰς ἀκαθάρτου. Ἀλλὰ μὴ τῷ βίῳ, ἀλλὰ τοῖς λόγοις προσέχετε· τῶν μὲν γὰρ ἠθῶν ἔνεκεν οὐδεὶς ἂν βλαβεῖται. Τί δήποτε; Ὅτι καὶ δῆλα πᾶσιν ἐστὶ, καὶ οὐδὲ σὺ τῆς, καὶ νυμυρίας ἢ πονηρὸς, πονηρὰ διδάξει ποτε. Πίστεως δὲ ἔνεκεν, οὐτε δῆλόν ἐστιν ἅπασιν, ὅτε πονηρὸς οὐ παραιτήσεται διδάσκειν· ἐπεὶ καὶ τὸ, *Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε*, περὶ βίου ἐστὶν, οὐ περὶ πίστεως· τὸ γοῦν ἐπαγόμενον τοῦτο δὲ λῶν. *Τὴ γὰρ βλέπετε*, φησὶ, *τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ δοκὴν τὴν ἐν τῷ σὺ ὀφθαλμῷ οὐ κατανοεῖς; Πάντα οὖν ὅσα ἂν λέγωσιν ὑμῖν, φησὶ, ποιεῖν, ποιεῖτε* (τὸ δὲ ποιεῖν ἔργων ἐστὶν, οὐ πίστεως)· *κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ ποιεῖτε*. Ὅραξ ὅτι οὐ περὶ δογμάτων ἐστὶν ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ βίου καὶ ἔργων; Ἀλλ' ὁ Παῦλος πρότερον συνέστησεν αὐτοὺς, καὶ τότε φησὶ· *Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ ὑπεικετε*· αὐτοὶ γὰρ ἀγγελοὶ σὺν ἵπῃ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσονται. Ἀκουέτωσαν καὶ οἱ ἀρχοντες, μὴ μόνον οἱ ἀρχόμενοι, ὅτι ὡσπερ πειθόνους εἶναι δεῖ τοὺς ἀρχομένους, οὕτω καὶ τοὺς ἀρχοντας ἀργυπνοὺς εἶναι καὶ νηφαλιούς. Τί λέγεται; ἀγρυπνεῖ, κινδύνους ἔχει κατὰ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς, ὑπόκειται ταῖς τιμωρίαις τῶν σῶν ἀμαρτημάτων, καὶ διὰ σὲ τοσοῦτον ἐστὶν ὑπεύθυνος φόβου, καὶ σὺ βῆθυμεις καὶ ἀκκίξῃ καὶ βάνουσος εἶ, καὶ οὐ βούλει πείθεσθαι; Διὰ τοῦτο προστίθησι λέγων· *Ἴνα μετὰ χαρᾶς τοῦτο ποιῶσι, καὶ μὴ στενάζοντες· ἀλλουσιτελεῖς γὰρ ὑμῖν τοῦτο*. Ὅραξ ὅτι τὸν ἀρχοντα καταφρονούμενον οὐκ ἀμύνεσθαι χρὴ, ἀλλ' ἡ πολλὴ ἄμυνα τὸ κλαῦσαι καὶ στενάξαι ἐστὶν; εἰκότως. Ἐπεὶ καὶ ἰατρὸν καταφρονούμενον ὑπὸ τοῦ κάμουστος, οὐκ ἐνὶ ἀμύναςθαι, ἀλλὰ δακρῦσαι καὶ ἀνομιῶσαι. Ὅστε ἔαν στενάξῃ ὁ ἀρχων, ἀμύνεται σὲ ὁ Θεός. Εἰ γὰρ ὑπὲρ τῶν οἰκτιρῶν ἀμαρτημάτων στενάζοντες ἐπισπόμεθα τὸν Θεόν· ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων ἀπονομίας καὶ καταφρονήσεως; στενάζοντες, οὐ πολλῶν μᾶλλον; Ὅραξ ὅτι οὐκ ἀφίηται αὐτὸν [313] εἰς ὕβρεις ἐξάγεσθαι; ὄραξ ὅση ἡ φιλοσοφία; Στενάξοντες δεῖ τὴν καταφρονούμενον, τὴν καταπατούμενον, τὴν διαπτούμενον. Μὴ θαρρόσης ὅτι σὲ οὐκ ἀμύνεται· ὁ γὰρ στεναγμὸς πάσης ἀμύνης χείρων. Ὅταν γὰρ αὐτὸς μηδὲν ὄνησῃ στενάξων, καλεῖ τὸν Δεσπότην· καὶ καθήκον ἐπὶ διδασκάλου καὶ τρο

φώς, ὅταν ἐκείνου μὴ ἀκούῃ τὸ παιδίον, καλεῖται· ὁ αὐστηρότερον προσφερόμενος· οὕτως καὶ ἐνταῦθα.

Βαβαί, πόσος ὁ κίνδυνος! τί ἂν τις εἴποι πρὸς τοὺς ἀθλίους, τοὺς ἐπιβρίπτοντας ἑαυτοὺς τοσούτῃ τιμωριῶν ἀδύσασφ; Πάντων ὡν ἄρχαι γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν καὶ παιδῶν σὺ λόγον δίδως· τοσοῦτῳ πυρὶ τὴν κεφαλὴν ὑποτίθης. Θαυμάζω εἰ τίνα ἐστι τῶν ἀρχόντων σωθῆναι ποτε, πρὸς τῇ τοσαύτῃ ἀπειλῇ καὶ τῇ παρουσίῃ βῆθυμιά ὀρῶν ἔτι καὶ ἐπιτρέχοντάς τινας, καὶ ἐπιβρίπτοντας ἑαυτοὺς τῷ τοσοῦτῳ ἔγκωτῆς ἀρχῆς. Εἰ γὰρ οἱ ἀνάγκη ἐλκόμενοι οὐδεμίαν ἄνοιαν συγγνώμην οὐδὲ ἀπολογίαν, κακῶς τὸ πρᾶγμα οἰκονομοῦντες καὶ ἀμελοῦντες· ἐπεὶ καὶ Ἄαρῶν ἀνάγκη εἰλικύσθη καὶ ἐκινδύνευσε, καὶ Μωϋσῆς πάλιν ἐκινδύνευσε, καί τοι πολλὰ κικαίρα παραιτησάμενος· καὶ Σαοὺλ ἐτέραν ἐμπιστευθεὶς ἀρχὴν, μετὰ τὸ παραιτήσασθαι ἐκινδύνευσε, ἐπειδὴ κακῶς αὐτὴν ψυχανόμησε· πόσω μᾶλλον οἱ σπουδῆν ταύτην τιθέμενοι καὶ ἐπιβρίπτοντες ἑαυτοὺς; ὁ γὰρ τοιοῦτος πολλῶ πλεον ἑαυτὸν ἀποστερεῖ πάσης συγγνώμης. Δεδουκέναι γὰρ χρῆ καὶ τρέμειν, καὶ διὰ τὸ συνειδῆς καὶ διὰ τὸν ὄγκον τῆς ἀρχῆς, καλοῦτε ἐλκομένους ἀπὸ πάσης παραιτήσασθαι, οὕτως μὴ ἐλκομένου· ἐπιβρίπτειν ἑαυτοὺς, ἀλλὰ καὶ φρύγειν μὲν προουκῶντας τοῦ ἀξιωματικῆς τὸ μέγεθος, καταστρέφοντάς τε, πάλιν τὴν εὐλάβειαν ἐπιδεικνύσασθαι χρῆ. Μηδὲν ἀμετρον ἔστω, πάντα κατὰ τάξιν γινέσθω. Πρὸ τοῦ γενέσθαι προαισθόμενος, ἀναχώρει, πεισθεῖ, σαυτὸν ἀνάξιον εἶναι τοῦ πρᾶγματος· συλληψθεὶς πάλιν, ὁμοίως εὐλαδῆς ἔσο, πανταχοῦ τὴν εὐγνωμοσύνην ἐπιδεικνύμενος. *Προσεύχεσθε, φησὶν, καὶ περὶ ἡμῶν· πεποιθήμεν γὰρ ὅτι καλὴν συνειδήσιν ἐχομεν, ἐν πᾶσι καλῶς θέλοντες ἀναστρέφασθαι.*

β. Ὁρᾷς ὅτι ταῦτα ἀπολελόγηται ὡς πρὸς λελυπημένους πρὸς αὐτὸν γράφων. ὡς πρὸς ἀποστροφόμενους, [314] ὡς πρὸς παραβᾶτην διακινούμενους, καὶ οὐκ ἀνεχομένους οὐδὲ τὸ θυμὸν αὐτοῦ ἀκούσαι. Ἐπεὶ οὖν παρὰ τῶν μισούντων αὐτὸν ταῦτα ἀπῆται, ἅπερ ἂν παρὰ τῶν φιλοῦντων αὐτὸν ταῦτα ἀπῆται, τοῦτο ἔνεκεν ἐνταῦθα εἰθιστὸν τοῦτο, λέγων· *Πεποιθήμεν ὅτι καλὴν συνειδήσιν ἐχομεν.* Μὴ γὰρ μοι τὰς κατηγορίας εἴπῃς· τὸ συνειδῆς ἡμῶν, φησὶν, οὐδὲν ἡμῶν καταγιγνώσκεις, οὐδὲ σύνισμεν ἑαυτοῖς ὅτι ἐπεβουλεύσαμεν ὑμῖν. *Πεποιθήμεν γὰρ, φησὶν, ὅτι καλὴν συνειδήσιν ἐχομεν, ἐν πᾶσι καλῶς θέλοντες ἀναστρέφασθαι.* Ἄρα οὐκ ἐν ἐθνικοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ὑμῖν. Οὐδὲν μετὰ καπηλείας, οὐδὲν μετὰ ὑποκρίσεως πεποιθήκαμεν· ἐκὼς γὰρ ἦν αὐτὸν ταῦτα διαβάλλεσθαι. Καὶ ὅτι διεβέβλητο, ἄκουε, Ἰακώβου λέγοντος· *Κατηχῆθησαν γὰρ περὶ σοῦ, ὅτι ἀποστασίαν διδῶσκεις.* Οὐχ ὡς ἐχθρός, φησὶν, οὐδὲ ὡς πολέμιος ταῦτα γράφω, ἀλλ' ὡς φίλος. Καὶ τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ ἐξῆς δηλοῖ· *Περὶ σοῦ γὰρ πάλαι ἀπακαλιῶ τοῦτο ποιῆσαι, ἵνα τάχιον ἀποκατασταθῶ ὑμῖν.* Τοῦτο σφόδρα φιλοῦντος ἦν αὐτοὺς, τὸ οὕτως ἀξιοῦν εὐξασθαι. Μὴ ἀπλῶς, φησὶν, ἀλλὰ μετὰ πάσης σπουδῆς· ὥστε με ταχέως ἔλθειν πρὸς ὑμᾶς. Τοῦτο μηδὲν ἑαυτῷ συνειδόμενος ἐστὶ, τὸ σπουδάζειν ἔλθειν πρὸς αὐτοὺς, καὶ παρακαλεῖν αὐτοὺς εὐχεσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ. Τοῦτου ἔνεκεν πρῶτον παρ' αὐτῶν αἰτήσας τὰς εὐχάς, τότε καὶ αὐτὸς αὐτοῖς ἐπέυχεται πάντα τὰ ἀγαθὰ. Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης, φησὶ. Τοῦτο εἶπε διὰ τὸ στασιάζειν αὐτοὺς. Εἰ τοίνυν ὁ Θεὸς εἰρήνης Θεὸς ἐστὶ, μὴ διαστασιάζεις πρὸς ἡμᾶς. Ὁ ἀναγκῶν ἐκ τῆς γῆς τὸν Ποιῆτην τῶν προβά-

των. Περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦτο εἰρηται. *Τὸν μέγαν.* Ἄλλῃ προσθήκη. Ἐνταῦθα πάλιν μέχρι τέλους τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῖς λόγον διαθεβαίουται. *Ἐν ἡματι διαθήκης αἰωνίου, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, καταρτίσαι ὑμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ· εἰς τὸ ποιῆσαι τὸ θέλημα αὐτοῦ, ποιῶν ἐν ὑμῖν τὸ εὐάρεστον ἐνώπιον αὐτοῦ.* Πάλιν μαρτυρεῖ αὐτοῖς μεγάλη· τὸ γὰρ καταρτιζόμενόν ἐστι τὸ ἀρχὴν ἔχον, εἶτα πληρούμενον. Καὶ ἐπέυχεται αὐτοῖς· ὅπερ ἐστὶ ποθοῦντος. Καὶ ὅρα· ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις ἐπιστολαῖς ἐν τοῖς προομίοις εὐχεται, ἐνταῦθα δὲ ἐν τῷ τέλει. *Ποιῶν, φησὶν, ἐν ὑμῖν τὸ εὐάρεστον ἐνώπιον αὐτοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.* Ἀμήν. *Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, ἀνέχεσθε* [315] *τοῦ λόγου τῆς παρακλήσεως· καὶ γὰρ διὰ βραχέων ἐπέστειλα ὑμῖν.* Ὁρᾷς ὅτι ὁ μηδὲν ἐπέστειλε, τοῦτο τοῦτο ἐπιστέλλει; *Καὶ γὰρ διὰ βραχέων, φησὶν, ἐπέστειλα·* τουτέστιν, οὐδὲ ἐνοχλῶ ὑμᾶς τῇ μακρολογίᾳ. Οἶμαι αὐτοὺς οὐ πᾶν πρὸς τὸν Τιμόθεον ἔχειν ἀπεχθῶς· ὅθεν καὶ αὐτὸν προεστήσατο. *Γινώσκετε γὰρ, φησὶ, τὸν ἀδελφόν Τιμόθεον ἀπολειλυμένον, μεθ' οὗ, ἐν τάχιον ἐρχεται, εὐνομα ὑμᾶς.* Ἀπολειλυμένον, φησὶ· πόθεν; Οἶμαι αὐτὸν εἰς δεσμωτήριον ἐμβεβληθῆαι· ἦ, εἰ μὴ τοῦτο, ἀπὸ Ἀθηνῶν ἀπολειλυμένον· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἐν ταῖς Πράξεσι κεῖται. *Ἀσπάσασθε πάντας τοὺς ἡγουμένους ὑμῶν, καὶ πάντας τοὺς ἀγίους.* Ἀσπάσονται ὑμῖς οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. Ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν. Ὁρᾷς πῶς δεῖκνυσι τὴν ἀρετὴν οὕτως ἐκ τοῦ Θεοῦ τὸ ὅλον, οὕτως ἐξ ἡμῶν μόνον κατορθομένην; τῷ γὰρ εἶπεν· *Καταρτίσαι ὑμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, καὶ τὰ ἐξῆς, τοῦτο δηλοῖ·* ὡσεὶ ἔλεγε· Ἐχετε μὲν ἀρετὴν, δεῖτε δὲ πληροῦσθε. Εἰπὼν δὲ ἔργῳ καὶ λόγῳ ἀγαθῷ, ἐδειξεν ὅτι καὶ βίον ὀρθὸν ἔχειν δεῖ καὶ ὄγκματα. Καλῶς δὲ προσέθηκε τὴν *Ποιῶν ἐν ὑμῖν τὸ εὐάρεστον ἐνώπιον αὐτοῦ.* Ἐνώπιον αὐτοῦ, φησὶν· αὕτη γὰρ ἡ μεγίστη ἀρετὴ, ποιεῖν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ τὸ εὐάρεστον· καθὰ καὶ ὁ Προφήτης λέγει· *Καὶ κατὰ τὴν καθαρότητα τῶν χειρῶν μου ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ.* Τοσαῦτα δὲ γράψας, ὀλίγα αὐτὰ ἐφησεν εἶναι, σύγκρισιν ποιῶν πρὸς τὴν ἐμελλε λέγειν· καθὰ καὶ ἀλλαχοῦ φησὶ, *Καθὼς κηρύξα ὑμῖν ἐν ὀλίγῳ·* πρὸς δὲ δύνασθε ἀναγινώσκοντες νοήσαι τὴν σύνεσιν μου ἐν τῷ μυστηρίῳ τοῦ Χριστοῦ. Καὶ ὅρα αὐτοῦ τὴν σοφίαν· οὐ λέγει, *Παρακαλῶ ὑμᾶς, ἀνέχεσθε τοῦ λόγου τῆς παραινέσεως,* ἀλλὰ, *τοῦ λόγου τῆς παρακλήσεως·* τουτέστι, τῆς παραμυθίας, τῆς προτροπῆς. Οὐκ ἔχει τις, φησὶ, πρὸς τὸ μῆκος ἀπαγορεύσαι αὐτοὺς λεγόντων. Τί οὖν; καὶ τοῦτο ἦν ὁ ἐπολεῖ αὐτοὺς ἀποστρέφασθαι; Οὐδαμῶς· ἀλλ' οὐ βούλεται αὐτοῖς ἐνδειξασθαι, καὶ εἶπεν ὅτι Ὀλιγοψυχεῖτε τῶν γὰρ τοιοῦτων ἴδιον τὸ μὴ ἀνέχεσθαι λόγου μακροῦ. *Γινώσκετε τὸν ἀδελφόν Τιμόθεον ἀπολειλυμένον, μεθ' οὗ, ἐν τάχιον ἐρχεται, εὐνομα ὑμᾶς.* Τοῦτο ἰκάνθη αὐτοὺς πείσαι καθυφαίνα, εἰ ζητοῦν ἐστὶν ἔλθειν μετὰ τοῦ μαθητοῦ. Ἀσπασάσθε τοὺς ἡγουμένους ὑμῶν, καὶ πάντας [316] τοὺς ἀγίους. Ὁρα πῶς αὐτοὺς ἐτίμησεν, εἰ γε ἐκείνοις ἐπέστειλεν ἀντ' ἐκείνων. Ἀσπάσονται ὑμᾶς οἱ ἐκ τῆς Ἰταλίας. Ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν. Ὁπερ ἦν κοινὴ ἀπάντων, τοῦτο ὕστερον εἶπεν. Ἡ χάρις δὲ πῶς γίνεται μεθ' ἡμῶν; Ἄν μὴ ὑδρίσωμεν εἰς τὴν εὐεργεσίαν, ἂν μὴ ῥάθυμοι γενώμεθα περὶ

conspuitur. Ne confidas quod te non ulciscitur: gemitus enim est quavis ultione deterior. Nam quando ipse nihil proficit gemens, vocat Dominum: et sicut quando præceptorem puer non audiverit, vocatur qui in eum se gerat austerius: ita hic quoque.

Qui regunt Ecclesiam, quanto in periculo versentur. Dignitates fugiendæ, non querendæ. — Papæ, quantum est periculum! quid miseris illis dixeris qui se conjiciunt in tantam abyssum suppliciorum? Omnium quos regis, mulicrum et virorum et puerorum, a te reddenda est ratio: tanto igni caput tuum subjecis. Miror an fieri possit ut aliquis ex rectoribus sit salvus, cum videam post minas et præsentem socordiam aliquos adhuc accurrentes, et se conjicientes in tantam molem administrationis. Nam si ii, qui necessitate trahuntur, non habent excusationem aut veniam, si rem male administrent et sint negligentes; nam et Aaron tractus est necessitate et venit in periculum; et Moyses etiam, cum sæpe recusasset; et Saül, cui creditum aliud fuerat inperium, postquam recusavit, vocatus est in periculum, quoniam ipsum male administrarat: quanto magis ii qui in hoc studium ponunt, et in id se conjecerunt? qui est enim talis, longe magis se omni privabit venia. Timere enim oportet et contremiscere, et propter conscientiam et propter molem imperii; et neque si semel trahantur recusare, neque si non trahantur sponte in id incurere; ino vero etiam fugere, prævidentes magnitudinem dignitatis. Rursus autem eos qui fuerint comprehensi oportet esse cautos et pios. Nihil immoderatum sit, omnia ex ordine fiant. Si priusquam promovearis id præsentias, recede, persuasus te ea re esse indignum: si rursus fueris comprehensus, similiter cautionem adhibe et reverentiam, ubique ostendens animum. 18. *Orate, inquit, etiam pro nobis: confidimus enim quod bonam conscientiam habemus, in omnibus bene volentes conversari.*

2. Vides quod in his se purget et excuset, ut qui scribat ad eos tamquam ad molestia affectos, tamquam ad aversantes, tamquam ad eos qui in eum erant affecti ut transgressorem, qui ne nomen quidem ejus audire ferebant. Quoniam ergo ea exigebat ab iis qui ipsum oderant, quæ ceteri omnes ab iis qui diligunt, ea de causa ponit hic, dicens: *Confidimus quod bonam conscientiam habemus.* Ne mihi enim, inquit, dixeris accusationes: nostra, inquit, nihil nos improbat conscientia, neque nobis conscii sumus quod vobis fuerimus insidiati. *Confidimus enim, inquit, quod bonam conscientiam habemus. In omnibus benevolentes conversari.* Ergo non solum inter ethnicos, sed etiam inter vos. Nihil cum fraude fecimus, nec cum hypocrisi: est enim verisimile has in eum calumnias fuisse intentatas. Nam quod falso accusatus fuerit, audi Jacobum dicentem: *Audierunt enim, inquit, de te, quod discessionem doceas a lege (Act. 21. 21).* Non ut iniucius, inquit, nec ut hostis hæc scribo, sed ut amicus. Et hoc ostendit ex eo quod deinceps sequitur. 19. *Amplius autem deprecor vos hoc facere, quo celerius restituar vobis.* Hoc erat ejus qui vehementer eos amabat, ita precari. Et non solum, inquit, precari, sed cum omni studio: ut ego cito veniam ad vos.

Hoc est ejus qui sibi nihil est conscius, studium ponere ut ad eos perveniat, et rogare ipsos ut pro se orent. Ea de causa cum prius ab ipsis petisset orationes, tunc eis quoque precatur omnia bona. 20. *Deus autem, inquit, pacis.* Hoc dicit eo quod inter eos dissensiones orientur. Si ergo, inquit, Deus pacis Deus est, ne sit vobis nobiscum dissidium. *Qui eduxit de terra Pastorem ovium.* Hoc dictum est de resurrectione. *Magnum.* Aliud additamentum. Hic rursus usque ad finem eis confirmat quod dicitur de resurrectione. *In sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum Jesum Christum, 21. aptet vos in omni bono opere, ut faciatis ejus voluntatem: faciens in vobis quod placeat coram se.* Rursus eis magna suo tribuit testimonio: *Integrum enim reddi dicitur id quod habet initium, et deinde impletur.* Et eis precatur: quod est desiderantis. Et vide: in aliis quidem epistolis precatur in initio, hic autem in fine. *Faciens, inquit, in vobis quod placeat coram se per Jesum Christum: cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen. 22. Rogo autem vos, fratres, ut sufferatis verbum solutii: etenim per paucis scripsi vobis.* Vides quoniam quod ad neminem scripsit, hoc ad eos scribit? *Etenim per paucis, inquit, scripsi vobis;* hoc est, *Nec sum molestus vobis verborum prolixitate.* Existimo eos non fuisse admodum infusos Timotheo: unde etiam eum præposuit. 23. *Cognoscite enim, inquit, fratrem Timotheum dimissum: cum quo, si citius venerit, videbo vos. Dimissum, inquit: unde? Existimo eum fuisse conjectum in carcerem: aut, si non ita sit, dimissum Athenis; nam hoc quoque situm est in Actibus. 24. Salutant omnes præpositos vestros et omnes sanctos. Salutant vos de Italia fratres. 25. Gratia cum omnibus vobis. Amen.* Vides quomodo ostendat virtutem neque ex Deo omnino, neque ex nobis solum esse ortam? dicendo enim, *Integros vos faciat in omni bono opere,* et cætera, hoc significat, ac si diceret: *Habetis quidem virtutem; opus autem habetis complemento.* Cum dicit autem: *Opere et verbo bono, significavit et vitam et dogmata recta esse debere.* Recte etiam hoc addidit: *Faciens in vobis quod placeat coram se. Coram se:* hæc enim est virtus maxima scire quod placeat coram Deo: sicut etiam dicit Propheta: *Secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum ejus (Psal. 17. 21. 25).* Cum tam multa autem scripsisset, pauca ea esse dixit, si videlicet conferantur cum iis quæ erat dicturus: sicut etiam alibi dicit: *Sicut scripsit vobis in brevi: prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi (Ephes. 3. 3. 4).* Vide autem ejus sapientiam. Non dixit, *Rogo vos ut sufferatis verbum* admonitionis, sed, *Solutii,* hoc est, consolationis, adhortationis. Non potest, inquit, quisquam defatigari ob prolixitatem eorum quæ dicta sunt. Quid ergo? hocine erat quod ut aversarentur faciebat? Minime: non tamen eis vult ostendere nec dicere, Pusillo estis animo: nam eorum qui sunt ejusmodi est proprium non ferre longam orationem. *Cognoscite fratrem Timotheum dimissum, cum quo, si celerius venerit, videbo vos.* Hoc satis est ad eis persuadendum ut se demittant, si paratus est venire cum discipulo. *Salutate omnes præpositos vestros et*

omnes sanctos. Vide quomodo ipsos honoraverit, siquidem ad illos pro istis scripsit. *Salutant vos de Italia fratres. Gratia cum omnibus vobis. Amen.* Quod erat commune omnium, hoc ultimum posuit. Quomodo autem est gratia nobiscum? Si non probro et contumelia afficiamus beneficium: si non simus socordes adversus donum. Quid est gratia? Remissio peccatorum, purgatio: hæc enim nobiscum est. Quis enim, qui probro affectus et contumelia, potest custodire gratiam, et eam non perdit? Utpote condonavit tibi peccata: quomodo erit tecum gratia, aut bona existimatio, aut Spiritus operatio, nisi per bonas actiones eam attraxeris? Hoc enim est causa omnium bonorum, quod in nobis semper maneat gratia Spiritus: ea enim est nobis dux ad omnia, sicut quando ea a nobis avolaverit, nos perdit et desertos reddit.

3. Ne eam ergo repellamus; est enim in nostra potestate ut ea et maneat, et recedat. Illud enim fit, quando cogitamus cælestia; hoc vero, quando ea quæ ad hanc vitam pertinent. *Quem mundus*, inquit, *non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum* (Joan. 14. 17). Mundum vocat vitam improbam et turpem. Vides non esse mundanæ animæ ut id habeat? Multo ergo nobis studio opus est, ut id a nobis retineatur, nostraque omnia dispenset et administret eaque in tuto, et multa pace colloquet. Sicut enim fieri non potest ut navis, quæ vento secundo fertur, impediatur, neque ut demergatur, donec vento fruatur prospero et perpetuo; sed et postquam redierit, magnam sui successus præbet gloriam et nautis et vectoribus: illis quidem dans quietem, et non sinens ut remis adlaborent; hos autem ab omni metu liberans, et jucundissimum spectaculum eis suum præbens cursum: ita etiam anima divino munita Spiritu est superior quidem omnibus fluctibus hujus vitæ; viam autem, quæ fert in cælum, secut vehementius quam illa navis, ut quæ non pellatur a vento, sed vela habeat, eaque munda impleta ab ipso Paraclito: et a nostra cogitatione expellit quidquid est molle, enervatum et dissolutum. Ut enim ventus incidens in velum laxum et molle, nihil egerit: ita etiam sanctus Spiritus in animam mollem pati non potest ut maneat, sed magna intensione opus est et vehementia.

Animus Christiani ardens sit oportet.—Itaque oportet ut nobis sit ardens animus, et semper sint nostra opera intensa, fortia et constantia: ut, quando oramus, hoc a nobis cum magna faciendum est intensione, animam in cælum intendentibus, non funibus, sed magna animi alacritate. Quando rursus miseremur, nobis opus est intensione, ne cura domus et sollicitudo de liberis et uxore, et metus paupertatis irruens, velum laxet et remittat. Nam si id undique recte intenderimus spe futurorum, recte suscepit operationem Spiritus: ex illis autem rebus caducis et miseris nihil in eam incidet; sed etsi inciderit, ipsam quidem nihil lædit, sed statim firmitate ac duritie repellitur et

excidit excussum. Propterea ergo nobis magna opus est intensione: etenim nos quoque magnum et spatiosum mare navigamus, plenum multis belluis et scopulis, et multas nobis pariens tempestates, et ex magna serenitate sævissimas procellas excitans. Oportet ergo, si velimus facile navigare et sine periculo, vela tendere, hoc est, liberum animi nostri arbitrium: hoc enim nobis sufficit. Nam Abraham quoque postquam suum ad Deum intendit desiderium, perfectamque et integram exhibuit voluntatem, quam re alia opus habuit? nulla, sed *Credidit Deo, et reputatum est ei ad justitiam* (Gen. 15. 6). Fides autem est puræ et sinceræ voluntatis. Obtulit filium, et quamvis non occiderit, accepit tamen mercedem æ si occidisset; et quamvis factum non esset opus, data est tamen merces. Sint ergo nobis vela munda, nova et non inveterata: *Nam quidquid inveterascit et consenescit, prope interitum est* (Hebr. 8. 13): non perforata, ut contineant operationem Spiritus: *Animalis enim*, inquit, *homo non capit ea quæ sunt Spiritus* (1. Cor. 2. 14). Sicut enim telæ aranearum vim venti non susceperint: ita nec anima hujus vitæ curis dedita, nec homo animalis poterit umquam suscipere gratiam Spiritus. Ab illis enim nihil distant nostræ cogitationes, visu quidem solum servantes consequentiam, privatæ omni virtute. Sed nostra non sunt hujusmodi, si sapiamus; sed quidquid inciderit, tenent omnia, et sunt omnibus superiora, et quovis laqueo fortiora.

Spiritualis omnia fert libenter.—Sit enim vir aliquis spiritualis, et ei contingant innumerabilia mala et incommoda, a nullo eorum capitur. Et quid dico? inferatur illi paupertas, morbus, contumeliæ, maledicta, ludibria, plagæ, omne genus supplicii, omne genus irrisionis et opprobrii; at tamquam qui sit extra orbem terræ et liber ab omnibus corporis affectionibus, ita omnia irridebit. Quod autem hæc verba non temere jactentur, multos existimo nunc quoque esse hujusmodi, ut ex iis qui se receperunt in solitudines. Sed non est, inquit, mirum. Ego autem dico tales etiam esse in civitatibus, quos minime existimes. Si vis autem, possum ostendere aliquos ex iis qui fuerint olim. Et ut intelligas, veniat tibi in mentem Paulus: quid non grave est passus? quid non sustinuit? sed omnia ferebat fortiter. Hunc imitemur: ita enim poterimus deduci ad portus tranquillos cum multis mercibus. Mentem ergo nostram in cælum extendamus, teneamur illo desiderio, nos conjiciamus in ignem spiritualem, flamma nos conservemus. Nemo flammam secum ferens, timet eos qui occurrunt: sive sit fera, sive homo, sive laquei innumerabiles, quamdiu fueris ignitus, omnia cedunt, omnia dant locum. Flamma non potest ferri, rogus non potest tolerari, omnia consumit. Hoc igne nos induamus, gloriam referamus Domino nostro Jesu Christo, cum quo Patri simul cum sancto Spiritu gloria, potentia et honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

τὴν θεωρεῖν. Καὶ τί ἐστὶν ἡ χάρις, φησὶν; Ἡ ἀφαιρέσις τῶν ἀμαρτιῶν, ἡ καθάρσις· αὕτη γὰρ μεθ' ἡμῶν ἐστὶ. Τίς γὰρ, φησὶν, ὑβρικῶς θύναται φυλάξαι τὴν χάριν, καὶ οὐκ ἀπόλλυσιν αὐτήν; Ὅϊον, ἐχαρισάτο σοι τὰ ἀμαρτήματα· πῶς οὖν ἐστὶ μετὰ σοῦ ἡ χάρις, τουτέστιν, ἡ εὐδοκίμησις, ἡ ἢ τοῦ Πνεύματος ἐνέργεια, ἂν μὴ διὰ τῶν ἀγαθῶν πράξεων αὐτὴν ἐπισπάσῃ; Τοῦτο γὰρ πάντων αἴτιον ἀγαθῶν, τὸ παραμένειν ἡμῖν αἰεὶ τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος· αὕτη γὰρ πρὸς ἅπαντα ἡμᾶς ὀδηγεῖ, ὡπερ οὖν θὰν ἀποπτῆ ἡμῶν, ἀπόλλυσιν ἡμᾶς καὶ ἐρήμουσ ποιεῖ.

γ. Μὴ δὲ αὕτην ἀποκρουσώμεθα· ἐν ἡμῖν γὰρ ἐστὶ καὶ μένειν αὕτην, καὶ ἀπελθεῖν. Τὸ μὲν γὰρ, ὅταν τὰ οὐράνια λογιζώμεθα, γίνεται· τὸ δὲ, ὅταν τὰ βιωτικά. Ὁ δὲ κόσμος, φησὶν, οὐ δύναται λαθεῖν, ὅτι οὐ θεωρεῖ αὐτό, οὐδὲ γινώσκει αὐτό. Κόσμον τὸν πονηρὸν καὶ αἰσχροὺν βίον καλεῖ. Ὅραξ ὅτι οὐκ ἔστι κοσμικῆς ψυχῆς τὸ ἔχειν αὐτό; Πολλῆς τοίνυν ἡμῖν δεῖ τῆς σπουδῆς, ὡστε αὐτὸ κατασχεθῆναι παρ' ἡμῶν, ὡστε πάντα τὰ ἡμέτερα οἰκονομεῖν, καὶ ἐν ἀσφαλεῖ ποιεῖν καὶ ἐν εἰρήνῃ πολλῇ. Ὡπερ γὰρ τὴν ἐξ οὐρίων πλέουσάν ναῦν οὐκ ἔστιν οὕτε ἐμποδοσθῆναι, οὕτε βεβητισθῆναι, ἕως ἂν ἀπολαύῃ δεξιῶ τοῦ πνεύματος καὶ διηνεκοῦς, ἀλλὰ καὶ πολλὴν μετὰ τὴν κάθοδον ἐπιτότῳ δόξαν παρέχεται τοῖς; τε ναύταις, τοῖς τε ἐπιβάταις, τοῖς μὲν διαναπαύουσα, καὶ οὐκ ἔωσα ταῖς; κώπαις προσταλαίτωρεῖν, τοὺς δὲ παντὸς ἀπαλαττουσα δέουσα, καὶ θέαμα ἡδιστον τὸν αὐτῆς παρεχομένη δρόμον· οὕτω καὶ ψυχὴ τῷ θεῷ ὠχυρωμένη Πνεύματι, πάντω; μὲν ἐστὶν ἀνωτέρα τῶν τρικυμιῶν τῶν βιωτικῶν, τὴν δὲ ἐπὶ τὸν οὐρανὸν φέρουσιν ὁδοὺν σφοδρότερον ἐκείνης· μένει τῆς νεῶς, ἅτε οὐχ ὑπ' ἀνέμου παραπεμπομένη, ἀλλ' ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Παρακλήτου πεπληρωμένα ἔχουσα τὰ ἱστία πάντα καὶ καθαρὰ, καὶ πᾶν χαῦνον καὶ διαλελυμένον ἐκβάλλει ἐκ τῆς [317] διανοίας τῆς ἡμετέρας. Ὡπερ γὰρ εἰς χαῦνον ἱστίον ἐμπέπτων ὁ ἀνεμος, οὐκ ἂν ἐνεργήσειεν· οὕτως οὐδὲ τὸ Πνεῦμα εἰς χαῦνην ψυχὴν παραμένειν ἀνέχεται, ἀλλὰ δεῖ πολλῆς τῆς; τάτῳ, τῆς σφοδρότητος.

Ὡστε πεπυρωμένην ἡμῖν εἶναι χρὴ τὴν διάνοιαν, καὶ πανταχοῦ τετάσθαι ἡμῶν τὰ ἔργα καὶ τετονῶσθαι· οἷον, ὅταν εὐχόμεθα, μετὰ πολλῆς τοῦτο τῆς τάτῳ δεῖ ποιεῖν, ἀποτεινόντας πρὸς τὸν οὐρανὸν τὴν ψυχὴν, οὐ σχοινοῖς, ἀλλὰ προθυμίᾳ σφοδρᾷ. Ὅταν ἐλεῶμεν πάλιν, τάτῳ ἡμῖν δεῖ, μήποτε φροντίς οἰκίας, καὶ προστασία παιδῶν, καὶ γυναικῶς ἐπιμέλεια, καὶ δέος πενίας ἐπισεληθὸν, χωνώσῃ τὸ ἱστίον. Ἄν γὰρ τῆ τῶν μελλόντων ἐλπίδι τείνωμεν αὐτὸ πάντοθεν, καλῶς δέχεται τοῦ Πνεύματος τὴν ἐνέργειαν· ἐκεῖνον δὲ τῶν ἐπικέρων καὶ ταλαιπώρων οὐδὲν εἰς αὐτὴν ἐμπεισεται, ἀλλὰ κἂν ἐμπέσῃ, αὕτην μὲν οὐδὲν ἔβλαψεν, ἀπεκρούσθη δὲ ταχέως τῷ στεγανῷ καὶ ἐξέπεσεν ἀποτιναχθὲν. Διὰ τοῦτο τοίνυν πολλῆς ἡμῖν δεῖ τῆς; τάτῳ· καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς θάλατταν πλέομεν μεγάλην καὶ εὐρύχωρον, πολλῶν μὲν θηρίων γέμουσαν, πολλῶν δὲ σκοπέλων, πολλοὺς δὲ ἡμῖν χειμῶνας τίκτουςαν, καὶ ἐξ αἰθρίας μέσης χα-

λεπωτάτην ζάλην ἐσπεύρουσαν. Δεῖ τοίνυν, εἰ γὰρ βουλοίμεθα μετὰ εὐμαρείας πλεῖν καὶ ἀκινδύνως, τείνειν εἰς ἱστία, τρυπέσει, τὴν προαίρεσιν τὴν ἡμετέραν· ἀρκεῖ γὰρ ἡμῖν τοῦτο· ἐπεὶ καὶ ὁ Ἄβραάμ, ἐπειρῆ τὸν πόθον ἔτεινε πρὸς τὸν Θεόν, καὶ τὴν προαίρεσιν παρέστησεν ἀπρητισμένην, τίνος ἐξέρου ἐδεήθη; οὐδενός, ἀλλ' Ἐπίστευσε τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. Ἡ δὲ πίστις προαίρεσις γνησίας ἐστίν. Ἀνῆνεγκε τὸν υἱόν, καὶ μὴ σφάξας, τὴν τοῦ σφάξαντος ἀμοιβὴν ἐδέξατο, καὶ τοῦ ἔργου μὴ γενομένου ὁμισθὸς ἐδίδοτο. Ἔστω τοίνυν ἡμῖν καθαρὰ καὶ κεινὰ τὰ ἱστία, μὴ πεπαιλωμένα· Πᾶν γὰρ τὸ παλαιούμενον καὶ γηράσκον ἐγγὺς ἀφαιρισμοῦ· μὴ ἐκτετριμένα, ὡστε στέγειν τοῦ Πνεύματος τὴν ἐνέργειαν· Ψυχικὸς γὰρ ἄνθρωπος, φησὶν, οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος. Ὡπερ γὰρ τὰ τῶν ἀραχνῶν ὑψίσματα Πνεύματος βύμην οὐκ ἂν δέξαιτο· οὕτως οὐδὲ ψυχὴ βιωτικῆ, οὐδὲ ἄνθρωπος ψυχικὸς Πνεύματος χάριν δεξασθαι δυνησεται ποτε. Ἐκεῖνων γὰρ οὐδὲν διεστήκασι ἡμῶν οἱ λογισμοί, ὅφει μὲν μόνον ἀκολουθίαν σώζοντες, δυνάμει δὲ ἀπεστερημένοι πάσης. Ἄλλ' [518] οὐ τὰ ἡμέτερα τοιαῦτα, ἐὰν νῆφωμεν· ἀλλὰ ὅπερ ἂν ἐμπέσῃ, πάντα στέγει, καὶ πάντων ἐστὶν ἀνώτερος, πάσης λιγγοῦς ἰσχυρότερος.

Ἔστω γὰρ τις πνευματικὸς ἀνὴρ, καὶ μυρία αὐτῷ συμπιπτεύω θεῖνά· ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἀλίσκεται. Καὶ τί λέγω; ἐπαγέσθω πενία, νότος, ὕβρεις, λοιδορία, σκώμματα, πληγαί, πᾶν εἶδος κολάσεως, πᾶν εἶδος χλευασίας καὶ ὀνειδισμῶν καὶ ὕβρεων· ἀλλ' ὡπερ ἐκτὸς ὦν τῆς οἰκουμένης καὶ τῶν τοῦ σώματος ἀπηλλαγμένος παθῶν, οὕτως ἀπάντων καταγέλασται. Καὶ οἷον οὐ κόμπος τὰ ὄρηματα, πολλοὺς μὲν οἷμαι εἶναι καὶ νῦν· οἷον, τῶν τὰς ἐρημίας κατελιγφότων. Ἄλλ' οὐδὲν θαυμαστόν, φησὶν. Ἐγὼ δὲ λέγω, καὶ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι ἀνυπονοήτους ἄνδρας εἶναι τοιοῦτους. Εἰ δὲ βούλει, καὶ τῶν πάλαι τινὰς ἐπιδέξαι δυνησόμεαι. Καὶ ἵνα μάθῃς, ἐννοεῖ μοι τὸν Παῦλον· τί μὲν οὐκ ἐπαθε δεῖνον, τί δὲ οὐχ ὑπέστη; ἀλλὰ πάντα ἔφερε γενναίως. Τοῦτον δὲ μιμησώμεθα καὶ ἡμεῖς· οὕτω γὰρ δυνησόμεθα καὶ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ εὐαρεστήσαι, καὶ πρὸς τοὺς λιμένας καταχθῆναι τοὺς εὐδαιμονοῦς μετὰ πολλῆς τῆς ἐμπορίας. Τείνωμεν τοίνυν τὴν διάνοιαν ἡμῶν πρὸς τὸν οὐρανόν, τῷ πόθῳ κατασχεδῶμεν ἐκεῖνω, τῷ πυρὶ περιβάλλωμεν ἑαυτοὺς τῷ πνευματικῷ, τῆ φλογὶ διαζώσωμεν ἑαυτοὺς. Οὐδεὶς φλόγα ἐπιφερόμενος δέδοικε τοὺς ἀπαντῶντας· κἂν θηρίον ἦ, κἂν ἄνθρωπος, κἂν μυρία παγίδες, ἕως πεπυρωμένος ἦ, πάντα ὑπεξίσταται, πάντα παραχωρεῖ. Ἀνούπιστοις ἡ φλόξ, ἀφόρητος ἡ πυρὰ, πάντα καταναλίσκει. Τοῦτο τὸ πυρὶ περιβάλλωμεν ἑαυτοὺς, καὶ δέξαι ἀναπέψωμεν τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ. μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ αἰεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

* Διαζώσωμεν Savilius. I. egehatur διαζώζωμεν, ἢ μοχ ἀπατῶντας. Veram lectionem dedit Savil.

MUTIANI SCHOLASTICI

INTERPRETATIO

HOMILIARUM S. JOANNIS CHRYSOSTOMI IN EPISTOLAM AD HEBRÆOS

HOMILIA I.

1. *Multifarie et multis modis olim Deus loquutus est patribus nostris in prophetis : in novissimis autem diebus loquutus est nobis in Filio suo : quem constituit heredem omnium, per quem etiam sæcula fecit.* Vere ubi abundavit delictum, superabundavit et gratia. Hoc etiam hic in ipso exordio scribens ad Hebræos beatus Paulus insinuat. Quoniam enim valde afflicti erant multis malis quæ illis acciderant, et valde contriti, ut possent ex hoc putare se inferiores cæteris ac miserioribus exsistere : ostendit eis per hoc eos magis majore gratia perfrui, ut ex ipso sermonis initio erigeret auditores. Propterea ergo dicit : *Multifarie et multis modis olim Deus loquutus est patribus nostris in prophetis : in novissimis autem diebus loquutus est nobis in Filio suo.* Quare prophetas nominans, semetipsum contra non posuit? siquidem eis tanto major exstabat, quanto ei fuerat dispensatio commissa præclarior. Sed non hæc fecit. Quid ita? Primum quidem, quia de seipso majora dicere recusavit : alterum vero, quia necdum erant auditores perfecti : tertium autem, quia volebat eorum mentes erigere, et ostendere, magnam esse præsentis eminentiam temporis : veluti si diceret : Quid magnum, si prophetas misit patribus nostris? nobis enim proprium Filium unigenitum misit. Et bene satis exorsus est : *Multifarie, inquit, et multis modis.* Ostendit enim quoniam neque ipsi prophetæ gratiam Deum videndi promeruerunt : Filius autem vidit. Dicendo enim, *Multifarie et multis modis,* significat quod alibi dictum est : *Ego enim visiones multiplicavi : et in manibus prophetarum assimilatus sum.* Proinde non secundum hoc solum eminentia declaratur, quia illis quidem prophetæ missi sunt, nobis autem Filius, sed etiam quod illorum nemo vidit Deum, Filium autem unigenitum vidisse constat esse manifestum. Et hoc quidem statim non ponit, sed in consequentibus adstruit, quando de humanitate Christi loquutus est. *Cui enim angelorum dixit : Filius meus es tu : Sede a dextris meis?* Contemplare prudentiam Pauli. Primo ex prophetis eminentiam nisus est approbare : deinde veluti hoc concessio adstruit, et pronuntiat, quoniam illis quidem per prophetas loquutus est, nobis autem per ipsum Unigenitum loqui dignatus est : deinde quia illis per angelos : nam etiam hoc similiter adstruit. Et recte, siquidem et angeli loquuti sunt Judæis. Nos vero etiam ex hoc superiores existimus, et multo amplius habemus ; quia nobis quidem Dominus est loquutus, illis autem servi et conservi, hoc est, vel prophetæ vel angeli. *In novissimis autem, inquit, diebus.* Bene dixit : nam eos et amplius erigit et amplius consolatur quos desperatio deprimebat. Sicut enim in alio loco dicit, *Quia Dominus prope est, nihil solliciti sitis ;* et iterum, *Nunc enim prope [sic] est nostra salus, quam cum credidimus ;* sic etiam hic tamquam si diceret : Qui fuerit in certamine fatigatus, cum audierit terminum propinquare certaminis, respirat paululum videns, quia jam et laborum finis est, et spirationis initium. *In novissimis, inquit, diebus loquutus est nobis in Filio suo.* Ecce iterum, *In Filio :* quod tantumdem valet ac si diceret, per Filium. Audiant qui dicunt sancto Spiritui convenire in. Intueris quia hæc præpositio in etiam pro per accipitur. Deinde ait *Olim, et, Novissimis diebus :* item aliud quiddam nobis insinuat : quoniam multo in medium tempore percurrente, quando jam proximi eramus ad pœnam, quando omnia charismata inqueverunt, quando spes salutis nulla jam fuerat, quando ab omnibus minores nos esse putabamus : tunc ampliores existimus. Et animadvertite quam prudenter hoc adstruit. Non enim dixit, Christus loquutus est, quamvis ipsum loquutum constat esse manifestum ; sed quoniam adhuc animæ eorum debiles erant, et necdum poterant aliquid de Christo percipere, dixit, quod *Deus per Filium suum loquutus est :* unde ostendis nostri temporis eminentiam? Hic quippe illud tantummodo demonstrari, quia et Novum et Vetus Testamentum unius est et ejusdem, eminentiam vero Novi ad Vetus non satis videmus ostensam : propterea ergo id ipsum consequenter exsequitur inquiring : *Loquutus est nobis in Filio suo.* Vide quomodo communem facit hanc causam, et seipsum apostolis ordine pari conjungit, dicens, *Loquutus est nobis :* quamvis ipsi vel istis non fuerit loquutus, sed apostolis et per apostolos aliis. Elevat autem et semetipsum cum istis, dicens quia ipsi etiam sit loquutus : et necdum Judæos adhuc ullo sermone contingit. Nam ferme omnes quibus prophetæ loquuti sunt, malignos esse nefariosque constabat. Et necdum de istis ratio moveatur ; sed interim de muneribus disputat, quæ illis divina largitate donabantur. *Quem constituit, inquit, heredem omnium.* Quid est, *Quem constituit heredem omnium?* Hic omnem carnem significat : sicut etiam in secundo dicit psalmo : *Pete a me, inquit, et dabo tibi gentes hereditatem tuam.* Non jam portio Domini tantum Jacob et sors ejus solus Israel, sed omnes protinus nationes : hoc est, Hunc Filium Dominum constituit universorum. Sed etiam in Actibus Apostolorum Petrus loquitur, dicens, *Et Dominum eum et Christum Deus fecit.* Heredis autem utitur nomine, ut duo quædam per hoc adstruat et ostendat : hoc est, quod proprius sit Filius ; et quod dominationis illi nulla contingat amissio. Heredem autem omnium dicit, mundi totius. Deinde sermonem suum ad priora convertit : *Per quem et sæcula fecit.*

2. Ubi sunt qui dicunt : Erat quando non erat? Post hæc gradationibus quibusdam eleganter utens, pervenit ad id quod omnibus istis multo majus est, et insonuit dicens : *Qui est splendor gloriæ et character substantiæ ejus, ferens omnia verbo virtutis suæ, per eum mundationem peccatorum nostrorum faciens : sedere fecit ad dexteram majestatis in excelsis : tanto melior angelis factus, quanto præ illis differentius nomen hereditavit.* O apostolica sapientia ! magis autem non Pauli sapientia, sed Spiritus sancti miranda est gratia. Non enim ex intellectu hæc proprio loquebatur, nec humano hanc dispensationem reperiebat ingenio : unde enim illi hoc? num ex scalpellis, aut pellibus, aut in officina illa hæc poterat edoceri? Nequaquam; sed de me fuit hæc operatio majestatis. Non enim has intelligentias sua mente procreabat, quæ tunc erat tam debilis et extrema, ita ut nihil amplius haberet a plebeiis et popularibus. Quomodo enim aliquid divinum posset ille sentire, qui circa prelia vendendi, et circa confectionem pellium, totam suam vitam totumque studium conterebat? Sed gratia Spiritus sancti per quos vult potentiæ suæ virtutes ostendit. Sicut enim, si aliquis infantulum quempiam in excelsum quemdam locum et pertingentem ad ipsum verticem cæli volens paulatim sensimque subrigere, gradatim hoc faciat, ab inferioribus ad superiora conscendens; deinde dum sursum pervenerit, jubeat illum infantulum deorsum in inferiora despiciere; deinde despicientem videat hæsitare, et obscuritatibus ac defectionibus fatigari, iterum eum ad humiliora deponat, quo respirare valeat atque animum recreare; deinde cum refectus fuerit, cum iterum ad superiora sustollat, et iterum ad inferiora revocet : ita et circa Hebræos beatus faciebat apostolus : et sic eum ubique reperies Magistri sui in docendo vestigia consequentem. Nam et ipse sic faciebat : aliquando quidem in altiora discipulos suos sublevabat; aliquando autem eos ad inferiora imbecillitatis eorum gratia revocabat, nequaquam eos prolixo tempore in altera permanere parte permittens. Et contemplare iterum sapientiam Pauli, per quales eos etiam sublevat gradus, et qualiter eos ad ipsum apicem pietatis adducit : ubi item, antequam deficerent et eos obscuritas occuparet, vide quomodo eos ad inferiora revocavit, quo possent paululum recreari. *Loquutus est, inquit, nobis in Filio suo : quem posuit heredem omnium.* Filii quippe nomen commune est. Ubi enim proprius intelligitur Filius, superior est et excellentior universis; sed interim, quomodolibet se habeat, adstruit quoniam desursum est. Et vide quomodo hoc dicat : *Quem posuit heredem omnium.* Quod dixit, *Heredem posuit*, humilitatis demonstrat indicium. Deinde ad superiorem gradum altioreque transcendit : *Per quem, inquit, et sæcula fecit.* Deinde ad excelsiorem omnibus venit, post quem altiore alterum gradum inire non possis : *Qui est, inquit, splendor gloriæ, et character substantiæ ejus.* Verum in ipsum eos inaccessible lumen induxit, et in ipsum splendorem immensæ summæque claritatis : et antequam eos obscuritas ulla comprimeret, attende quomodo eos iterum pedetentim ad inferiora et consueta loca deponit, dicens : *Ferens omnia verbo virtutis suæ. Per ipsum, inquit, mundationem faciens peccatorum nostrorum, sedere fecit in dextera majestatis.* Non simpliciter dixit, Sedere fecit; sed, Post mundationem, inquit, sedere fecit. Suscepit enim incarnationis officium. Deinde humilia loquitur : et post hæc interloquitur paululum, *In dextera, inquit, majestatis in excelsis, iterum ad humilia narranda revertitur : Tanto melior factus angelis, quanto differentius præ eis nomen hereditavit.* Hic jam de eo, qui est secundum carnem, disputat. In eo enim quod dixit, *Melior factus est*, non essentiæ paternæ declaravit indicium : illa enim quæ Patris essentiæ consubstantialis agnoscitur, non est facta, sed nata. Loquitur autem de carnali substantia : ipsa enim facta est. Sed nunc non de extantia ejus, hoc est qualiter exstiterit, sermo peragitur; sed sicut Joannes dicit : *Qui post me venit, ante me factus est* : hoc est, honorabilior atque probabilior : sic etiam hic *Tantum melior, inquit, factus est angelis, hoc est probabilior atque præclarior, quanto melius hereditavit nomen.* Vides quia de eo, qui est secundum carnem, sermo versatur? Hoc enim nomen, Deus Verbum, semper habuit, non postea hereditavit, neque postea eum ab angelis meliorem constat effectum, quando mundatione sua abstulit nostra peccata; sed semper melior fuit, et non solum melior, sed etiam incomparabiliter melior universis. Verumtamen de eo, qui est secundum carnem, ista dicuntur. Sic enim et nobis usus est, cum de natura humana disserimus, et fastigium habentia loquimur, et submissa. Quando enim dicimus, Nihil est homo, terra est homo, cinis est homo; totum a deterioribus appellamus : quando vero dicimus, Mortale animal homo et rationale et supernis cognatum, a melioribus vocamus universum. Sic et in Christo aliquando quidem ab inferioribus, aliquando autem a melioribus loquitur Paulus : et dispensationem cupiens confirmare, et simplicem commendare naturam.

3. Quoniam itaque mundationem peccatorum fecit, perseveremus mundi : nihil sordidum vel pollutum anima nostra suscipiat; sed pulchritudinem quam nobis indidit, decoremque servemus. Munda mens et inviolata permaneat, non habeat maculam, neque rugam, vel aliquid hujusmodi : macula quippe, vel ruga, minora peccata sunt : verbi gratia, detractio, injuria, mendacium : magis autem neque hæc minora sunt, sed valde majora, et a cælestibus nos alienare valentia. Qualiter hoc et quo pacto? Qui enim appellat fratrem suum factuum, reus erit gehennæ ignis. Si ergo sic punitur qui fatuum vocat, quod videtur levioris esse, vel potius infantilis injuriæ : qui malorum morum cuiquam crimen imponit, et iniquum atque invidium dicit, et mille aliis non dubitat fratrem jaculare criminibus, qualiane putas patietur tormentorum supplicia? quid hoc terribilius? Sed rogo ut patienter sermonem meum paululum toleretis. Si enim quæ facit uni ex minimis, ipsi facit : quomodo non et in benedictionibus, et in maledictionibus similis sententia perseveret? Qui convicium ergo

facit fratri, Deo convicium facit; et qui honorat fratrem, Deum honorare declarat.

4. Assuescamus igitur linguam nostram ad bene dicendum esse proclivem: *Abstine*, inquit, *linguam tuam a malo*. Non enim propter hoc illam Deus tribuit, ut maledicamus, vel convicia in invicem jactemus, vel accusandi mutuo geramus studium; sed ut per eam Deum laudemus, ut illa loquamur quæ gratiam audientibus conferant, quæ ad profectum et ad ædificationem proficiunt proximorum. Pone quia maledixisti hunc, aut illum; quid ex hoc, rogo, lucratus est? nonne tibi ipsi maxime nocuisti? siquidem opinionem maledicorum hominum incurristi pro nullo est. Nullum est enim protinus malum, quod usque ad eum consistat qui patitur, et non etiam illum qui facit una comprehendat: sicut, verbi causa, invidia. Invidus enim putatur quidem insidiari aliis, sed ipse primus illo malo consumitur, et tabido corde maceratur: ad hæc etiam odio cunctis habebitur. Item cupidus vel avarus aufert quidem pecunias aliorum, sed etiam sibi aufert gratiam, aufert caritatem, facit ut ab hominibus accusetur. Multum quippe melior est opinio bona pecuniis: illa enim si mala fuerit, non facile abluitur; pecunias autem non est laboris acquirere. Magis autem pecuniæ et cum adsunt, non satis adjuvant, et cum desunt, nihil protinus obsunt; opinio autem bona si adsit, prod-est plurimum; si vero absit, facit probrosus totum hominem, facit infamem, et ridiculum constituet omnibus et exosum. Similiter iracundus seipsum primum dilanians puniet, et tunc illum contra quem indignatione raptatur. Sic et maledicus primo seipsum confundit, et tunc illum cui videtur maledictionis importare convicium: quod fortasse quidem nec poterit, hoc est, ut ille lædatur: si tolerans patienter, abscedat; ipse vero recedit cum stulticujusdam nomine, et dispuendi penitus et horrendi, illum quidem e contra ambilem faciens. Quando enim audit maledicta, et minime se similibus cupit ulcisci conviciis, sed laudat potius et miratur, non illum quidem, sed seipsum laudat. Sicut enim jam dixi maledictiones quæ diriguntur in proximos, maledicentes primitus vexant: sic et bona quæ circa proximorum geruntur, eis primum qui operantur jucunditatis uberes proferunt fructus. Enimvero qui alicujus, sive boni, sive mali, procreator existit, ipse primus aut illo bono fruitur, aut illo malo punitur: et merito. Sicut enim aqua, sive salsa sit, sive sit illa potabilis, et vasa replet haurientium, et suum fontem ex quo manat nequaquam vacuum remanere permittit: sic et nequitia, sic et virtus, unde proxerit illum procreatorem primitus illa lætificat, et illa consumit. Et hæc quidem in hac vita: cæterum in futuro sæculo quis sermo valeat enarrare quæ bona, vel quæ mala reservantur? Non est sermo qui hoc explicet: siquidem bona illa non tantum sermonem, sed etiam omnem intuitum mentis excedunt: contraria vero, hoc est mala, appellata quidem sunt nominibus usitatis; verbi gratia: quia ignis, inquit, ibi est, et tenebræ, et vincula, et vermis sine fine consumens; sed non hæc sola istis nominibus, nec talia demonstrantur, sed alia multo pejora et multo amplius severiora. Quod ut agnoscas, hoc primum considera. Si enim ignis, quomodo tenebræ sunt? Vides quoniam ille ignis sævior isto est? non enim habet lumen, aut ullam luminis claritatem. Si ignis est, quomodo semper urit, et corruptionis non operatur effectum? Vides quoniam et in hoc sævior est? non enim exstinguitur. Propter hoc etiam inextinguibilis appellatur. Intellige igitur quantum est malum, per omnia sæcula uri, et in tenebris permanere perpetuis, et infinitos gemitus edere, et stridere dentibus, et nequaquam penitus exuri. Si enim in hac vita aliquis eorum, qui nobili genere nati sunt, in custodiam retrudatur, putorem ipsum tantum et tenebrarum caligines non valet sustinere, et cum homicidis una ligari, morte pejus existimat: intellige quale sit, quando cum omnibus totius sæculi comburimur homicidis, neque ipsi alios videntes, neque aliorum visibus apparentes, sed in tanta multitudine solitarios nos esse putantes. Siquidem tenebræ et absentia luminis non nos sinet proximos nostros agnoscere; sed veluti si solitarius unusquisque nostrum patiatur, sic afficitur oppressus caligine tenebras. Si autem tenebræ tantum affligunt nostras animas, tantumque perturbant, quid erit jam quando et cum tenebris dolores et tormenta combustionis adfuerint? Idecirco deprecor, ut hæc semper apud vos versetis, et patienter tristitiam quæ ex verbis nascitur toleretis, ne ipsis rebus supplicia sentiatis. Omnibus modis enim universa ista futura sunt; et eos qui suppliciiis digna gesserunt, nullus poterit liberare, non pater, non mater, non frater: *Frater enim non liberat*, inquit, *liberabit homo?* licet multam fiduciam quisque possideat, licet multum valeat apud Deum. Ipse enim reddet unicuique secundum opera ejus, et ex operibus tam salus, quam pœna consequitur. Faciamus igitur nobis amicos ex mamona iniquitatis: hoc est, operemur eleemosynas, evacuemus in istos pecunias nostras, ut evacuemus etiam illic et exstinguamus ignis ardorem, ut fiduciam mentis habeamus. Illic et enim non vel ipsi sunt qui nos excipiunt, sed opus nostrum: quia non eo ipso, quod istos amicos habebimus, salvari merebimur. Denique attende quid addidit: non enim dixit, *Facite vobis amicos*, ut suscipiant vos in habitacula sua æterna; sed tantum in habitacula dixit æterna, et modum ipsum exposuit. Dicendo enim, *Ex mamona iniquitatis*, ostendit quoniam de pecuniis oportet istos amicos præparare. Apparet igitur quoniam non ipsa nobis amicitia eorum patrociniabitur, si bona opera non habeamus, si non cum justitia refundamus divitias, quas inique congesimus. Iste vobis sermo de eleemosynis non ad divites solum, sed etiam ad pauperes simul aptatur: scilicet ille qui ab aliis petens sustentationem accipiat, et ad ipsum hæc oratio pertinebit. Non enim in tantum quisque pauper existit, ut duo minuta non habeat. Potest ergo et de paucis pauca tribuere, et plurima possidentes largientesque plurima superare, sicut illa vidua. Non enim quantitate datorum, sed virtute superavit, quia magnitudo misericordiæ voluntatis magnitudine judicatur. Ubique

voluntate opus est, ubique recto proposito, ubique caritate, quæ circa Deum pura sinceraque consistat. Si ergo cum hac sancta caritate cuncta geramus, licet parva possidentes parva tribuamus, faciem suam Dominus non avertet, sed suscipiet sicut magna et admiranda donaria. Enimvero voluntatem Deus semper, non ea quæ dantur attendit; et si illam videat magnam, et decretum suæ dignitatis apponit, et propter hujusmodi voluntatem dignos facit futura bona percipere: quæ nos universos contingat adipisci, gratia et clementia Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri una cum sancto Spiritu gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA II.

1. *Qui est splendor gloriæ et character substantiæ ejus, ferens omnia verbo virtutis suæ; per eum mundationem faciens peccatorum nostrorum.* Ubique quidem religioso nobis opus est intellectum, maxime autem ubi de Deo vel aliquid loquimur, vel audimus: quoniam neque ad loquendum digne de Deo lingua sufficit, neque ad percipiendum prævalet intellectus: et quid dico linguam vel intellectum, cum nec ipsa pars mentis eminentior, quæ eis multo superior est, aliquid integre valet comprehendere, quando aliquid de divinitate dixerimus? Si enim pax Dei transcendit omnem mentem, et ea quæ præparata sunt diligentibus eum, in cor hominis non ascendunt: multo amplius ipse qui pacis Deus est, qui omnium est opifex rerum, inæstimabiliter nostras cogitationes exsuperat. Oportet ergo cum fide et religiosa pietate cuncta suscipere; et quando forte sermo deficit, et non potest cum integritate quod molitur exprimere, tunc magis glorificare nos convenit Deum, quod talem Deum habemus, qui et intellectum transcendit et cogitationis intuitum. Multa enimvero de Deo intelligimus, quæ eloqui penitus non valemus: multa item loquimur, et ea intelligere non sumus idonei: verbi gratia, quoniam ubique Deus est, scimus; quomodo autem ubique sit, intellectum non capimus. Item quoniam est incorporea quædam virtus, quæ omnibus est causa bonorum, scimus; quomodo autem vel quæ ista sit, penitus ignoramus. Ecce dicimus, et ea intelligere non valemus. Dixi quippe quia ubique est, sed non intelligo: dico quia est sine principio, sed non intelligo: dico quoniam Filium genuit ex seipso, sed nescio qualiter intellectu hoc percipiam. Sunt ergo etiam quædam, quæ dici non possunt, quamvis mente capiantur. Exempli gratia: intelligit mens, sed non valet dicere: ita ut etiam ipsum Paulum videas in quibusdam infirmari, et non integra exempla proponentem. Quod ille sic laborat in talibus, contremisce, et ne prætendas altiora perquirere. Adverte ergo nunc: postquam appellavit Filium, et eum opifcem nominavit, intulit: *Qui est splendor gloriæ, et character substantiæ ejus.* Hoc autem cum religiositate debemus accipere, et si quid absurdum fortassis occurrerit, ab acie mentis abigere. *Splendor*, inquit, *gloriæ.* Sed vide secundum quid hoc accipit, ut etiam tu sic accipias. Hoc ergo dicit: quia ex ipso, quia est impassibiliter, quoniam neque diminutus, neque in aliquo minoratus est. Quidam enim absurda quædam proferunt, exemplorum consideratione decepti. Splendor enim, inquit, substantivum aliquid non est, sed aliunde habet ut sit. Noli, o homo, sic istud accipere, neque Marcelli aut Photini morbo deficias. Nam te de proximo curat, ne in sensum illius erroris incurras: non te sinit in ægritudinem illam peremptoriam, neque permittit incidere. Et quid, inquit? num et character substantiæ ita, sicut ipse ejus character est substantivus existit, et nullius indigens approbatur? num et Filius ita est? Noli errare. Hic enim nullam esse dissimilitudinem volens ostendere, et primæ formæ characterem proprium, tale proponit exemplum. Quomodo, inquit, in seipso subsistit? Respondeo: Postquam enim supra dictum est quia per ipsum fecit omnia, hic ei nunc summam auctoritatis attribuit. Nam vide quid subnectit: *Ferens*, inquit, *omnia verbo virtutis suæ:* ut non solum ex hoc eum characterem esse accipiamus paternæ substantiæ, sed etiam ex eo, quod cum auctoritate cuncta gubernat et continet. Attende igitur quomodo, quod Patris est proprium, cooptat et Filio. Propter hoc non absolute dixit, *Ferens omnia verbo virtutis suæ*, neque dixit, *Virtute ipsius.* Sicut enim in anterioribus paulatim et ascendebat et descendebat, sic et hic, veluti quibusdam gradibus, nunc ad alta fastigia sublevatur, nunc item declinat ad infima. *Per quem*, inquit, *et sæcula fecit.* Attende quod etiam hic duas vias ingreditur: et una quidem revocans nos a nefando errore Sabellii; alia vero ab arianæ impietatis errore, ne putetur vel initium habere, vel extraneus a Deo Patre subsistere. Si enim etiam post tanta tempora tantaque magnalia, sunt quidam qui eum extraneum esse delirant, et alterum illi patrem subpingere moliantur, cæterum huic eum rebellare contendunt: si ergo hæc non diceret, quanto amplius insanirent? Quando ergo duo pergunt itinera? Tunc videlicet quando talibus vulneribus remedia cogitur adhibere. Tunc enim compellitur etiam humilia prædicare, sicut est illud quod dicit, *Qui constituit eum heredem universorum*, et, *Quia per ipsum sæcula fecit.* Deinde ne alii noceat parti, summam ei auctoritatis attribuit, et ostendit ejusdem honoris cum Patre constare, et in tantum eum ejusdem honoris esse declarat, ut plurimi suspicentur eundem esse Patrem. Et contemplare plurimam sapientiam Pauli. Primo enim illud ponit, et integra commonet ratione. Quod cum certo constiterit, quia Dei Filius est, nec ab eo alius existat, tunc jam securus atque munitus excelsa libere quæcumque volet eloquitur, quibus ejus altitudo declaratur. Et quoniam magna, quæ de eo dixerat, in aliam intelligentiam plerosque deduxerant, propterea primum ponens humilia cum summa cautela, tunc ad sublimia quantum volet ascendit. Postquam enim dixit, *Quem posuit heredem*

universorum, et, *Per quem sæcula fecit*, tunc subinde subjungit: *Ferens omnia verbo virtutis suæ*. Qui enim solo verbo gubernat universa, nequaquam ad fabricam universitatis egerat alicujus.

2. Et quia ita est, intuere quomodo iterum auctoritatem ei contribuit universam, auferens etiam quod supra dixerat, *Per quem*: si quidem per eum quæ voluit operatus est. Sed deinde dimittens quod supra dixerat, *Per quem*, vide quid dicit: *In principio tu, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cæli*. Hic nusquam sonat, per quem, vel quia per eum fecerit sæcula. Quid ergo? dicit aliquis: nonne ab ipso facta sunt? Sed non sicut tu dicis, vel iuaniter suspicaris, tamquam per aliquod instrumentum, neque tamquam facere non posset, si ei non porrexisset dexteram. Sicut enim neminem judicat, sed dicitur judicare per Filium, quem judicem genuit: sic etiam dicitur operari per Filium, quia eum constat opificem genuisse. Si enim causa ejus Pater est secundum quod Pater est, multo amplius eorum causa est, quæ per Filium facta declarantur. Quando ergo vult ostendere quia ex illo est, necessario quæ sunt humilitatis eloquitur: quando vero altiora voluerit insonare, tam Marcellus, quam Sabellius vulnerantur. Sed etiam immoderationem utrorumque refugiens, medio calle perambulat. Sed neque semper in humilibus remanet: ne Paulus Samo-thraceus, alias Samosatenus, vel Samotanus, nanciscatur aditum subintrandi: neque iterum in excelsis perdurat: sed confestim indicia humilitatis ejus ostendit, ne Sabellius fraudulenter insiliat. Quippe cum dicitur Filius, confestim Paulus Samo-thraceus insurgit, dicens eum ita esse Filium, sicut et plurimos. Sed eum conto valido e regione prosternit, appellans heredem. Sed adhuc cum Ario impudenter obnititur: nam, Constituit eum heredem, ambo suscipiunt: ille quidem velut infirmitatis indicium; iste autem adhuc insequentibus insidiari desiderans. Sed cum diceret, *Per quem et sæcula fecit*, elisit quidem Samo-thraceum impudentissime renitentem; sed Arius adhuc sibi fortior esse videtur. Proinde contemplare qualiter etiam istum perimit, dicens: *Qui est splendor gloriæ ejus*. Sed ecce iterum reclamationem et insilit Sabellius et Marcellus atque Photinus. Sed etiam istos simul uno vulnere cunctos edomuit, dicens: *Character substantiæ ejus, et ferens omnia verbo virtutis suæ*. Hic iterum Marcionem percutit, non quidem valide, verumtamen percutit, ne illæsus exsiliat. Et sic eum istis hostibus per totam epistolam videas repugnantem, et strænua bella peragentem: et sicut jam dixi, Magistrum suum in omnibus imitatur. Et merito splendorem eum dixit esse gloriæ, utpote qui ipsum audisset dicentem: *Ego sum lux mundi*. Propterea eum etiam iste splendorem gloriæ nominavit, ostendens quia sicut dictum est, sicut lumen de lumine. Et non solum ostendit istud, sed quia etiam animas nostras illuminat, et Patrem nobis insinuat: per splendorem quippe propinquitatem declaravit essentiæ. Intellige ergo sublimitatem dictorum: unam sumpsit essentiã unamque substantiam, ut duas subsistentias aperiret: quod etiam de scientia Dei et Spiritus operatus est. Sicut enim illic unam scientiam dixit, Patris et Spiritus vere unam, et nihil ad seipsam habentem in diversum, nihilque penitus alteratum: sic etiam hic unam rem sumit ad demonstrationem duarum substantiarum. Unde etiam subjungit: *Qui character est*: character quippe alter est ab eo cujus enuntiat formam; alter autem non in omnibus, sed secundum substantiam. Nam et hic character similitudinis omnimode præbet indicium ad illud cujus character ostenditur, et suspicionem vel parvæ dissimilitudinis omnino non recipit. Quando ergo cum vel formam vocitat, vel characterem, quid dicunt, aut quid nituntur opponere? Sed etiam imaginis, inquiunt, imago appellatus est homo. Quid ergo? num eo modo sicut Filius? Non, inquiunt, sed quia imago non est similitudinis indicatrix. Cur, obsecro, non sit? Nam et homo secundum quod imago appellatus est, demonstrat similitudinem, sicut potest in homine demonstrari. Quod enim est Deus in cælo, hoc homo videtur esse in terris, secundum principatum dico. Sicut enim omnibus quæ in terris sunt, iste dominatur: sic et Deus omnium cælestium et terrestrium dominatur. Huc accedit, quia homo non est dictus character, non est appellatus forma, quod declarat essentiã, vel similitudinem quæ secundum proprietatem constat essentiæ. Sicut enim forma servi nihil aliud significat, quam hominem proprie: sic et forma Dei nihil aliud manifestat, quam Deum. *Qui est, inquit, splendor gloriæ*. Attende quid ait Paulus: *Qui est, inquit, splendor gloriæ*; et subjungit deinde: *Sedere fecit in dextera majestatis suæ*. Vide qualibus utitur nominibus, quia non potuit rerum nomina propria reperire. Neque enim majestatis nomine, neque gloriæ quod desiderabat expressit: hoc est enim quod supra jam dixi: quia sæpius quædam nobis occurrunt, quæ intelligimus quidem, sed indicari oratione non queunt. Nam nec Dei vocabulum index proprie constat essentiæ; neque omnino illius essentiæ proprium potest ullum vocabulum reperiri. Et quid mirum si in Deo sic est, cum neque in angelo proprium nomen invenias, quod ejus declares essentiã? Arbitror autem quia neque animæ reperta est apta denominatio. Non videtur mihi hoc nomen, quod integre substantiam ejus ostendat *** nam eandem rem et animam et cor et mentem invenies nominari: *Cor, inquit, mundum crea in me Deus*. Sed etiam spiritum dictam frequenter invenies. *Ferens, inquit, omnia verbo virtutis suæ*.

3. Solent Ariani proponere: quia, cum dixisset Deus, *Fiat lux*, Pater præceperit, Filius obediit: sed ecce ostendimus quia suo verbo cuncta perfecit. *Ferens, inquit, omnia*; hoc est gubernans: si quidem cadentia et ad nihilum tendentia continet. Non enim minus est continere mundum, quam fecisse; sed si oportet aliquid audacius dicere, adhuc amplius est. Nam in faciendo quidem, ex nullis exstantibus rerum essentiæ productæ sunt; in continendo vero ea quæ facta sunt, ne ad nihilum redeant, continentur. Hic ergo dum regun-

tur, et ad invicem sibi repugnantia coaptantur, magnum et valde mirabile, plurimæque virtutis indicium declaratur. Dicendo autem, *Ferens*, facilitatem continendi voluit designare. Non enim dixit, Gubernans, sed ex metaphora eorum qui sine ullo labore digito vel movent aliquid vel efficiunt. Hic etiam molem creaturæ magnitudinemque significat, et quamvis magna sit, illi tamen veluti nihil est. Sed etiam dicendo, *Verbo virtutis suæ*, significavit iterum, quod sine labore cuncta contineat. Et bene dixit, *Verbo virtutis suæ*: apud nos quippe verbum nudum ac volatile est: ostendit autem quia in Deo non ita est. Qualiter autem verbo virtutis suæ cuncta contineat, non addidit, quia possibile non est istud agnoscere. Deinde intulit quod ad ejus majestatem pertinet. Sic etiam Joannes fecit: cum enim dixisset, quia Deus est, intulit quod etiam creaturæ opifex ipse sit. Quod enim ille significavit dicendo: *In principio erat Verbum*, et, *Omnia per ipsum facta sunt*: hoc iste significavit dicendo: *Verbo virtutis suæ*, et dicendo: *Per quem etiam sæcula fecit*. Unde etiam iste, et ante omnia sæcula, et opificem eum declarat. Quid ergo, quando de Patre dicit propheta, *A sæculo, et usque in sæculum tu es*? Item de Filio, quia ante omnia sæcula, et omnium fabricator existit quid respondebunt? Magis autem, cum dicitur de Patre, quia ante omnia sæcula consistit, et hoc idem etiam de Filio dici similiter invenimus? Et quod ille dicit, quia *Vita erat*, a creaturis distinguitur universis, quia cunctorum vitam ipsum esse constat: sic etiam iste dicit: *Ferens omnia verbo virtutis suæ*; non sicut pagani qui eum et conditione rerum et providentia dicunt esse privatum, usque ad lunam ejus potentiam limitantes. *Per ipsum* enim, inquit, *mundationem faciens peccatorum nostrorum*. Postquam enim dixit superius illa magna valdeque miranda, dicit nunc et de cura ejus ac sollicitudine, quam de omnibus gerit. Et quamvis illud universale sit, quod omnia continet; verumtamen hoc multo amplius est universale, quantum in ipso est, quod omnes crediderunt. Nam etiam Joannes dicit, *Vita erat*; sed et providentiam ejus manifestans, iterum dicit: *Quoniam lumen est. Per ipsum*, inquit, *mundationem faciens peccatorum nostrorum, sedere fecit in dextera majestatis in excelsis*. Duo quædam hoc in loco significat majora, quod de nobis curam gerat, vel quod peccata nostra mundaverit; et quoniam per seipsum hoc opus impleverit. Et in multis locis invenies eum in hoc maxime gloriari, non solum quoniam conversi sumus ad Deum, sed etiam in eo quod per Filium fuerit effectum istud. Et vere magnum hoc munus est, majus effectum, dum nobis per Filium est contributum. Cum ergo dixisset: *Et sedere fecit in dextera majestatis, purgationem per eum faciens peccatorum nostrorum*; et cum nos commonuisset crucis ejus, deinde confestim de resurrectione atque assumptione ipsius instituit disputare. Et intuere inenarrabilem ejus prudentiam: non dixit quia jussit sed sedere; sed, *Sedere fecit eum*. Deinde ne putares eum stare, subjungit: *Cui enim angelorum aliquando dixit: Sede a dextris meis? Sedere*, inquit, *eum fecit in dextera majestatis in excelsis*. Quid est, *In excelsis*? num in loco concludit Deum? Absit hoc; sed, sicut jam dixi, per dexteram non Deum deformavit, sed similitudinem demonstravit honoris. In excelsis ergo dicens, non eum in loco concludit, sed ostendit omnibus altiorem, et omnibus eminentem: hoc est, quoniam usque ad ipsum pervenit solum paternæ claritatis. Sicut ergo Pater in excelsis est, sic et Filius: consessus enim nihil demonstrat aliud, nisi honoris æqualitatem. Si autem dicunt quoniam ille jussit ut sederet, interrogamus et nos: Quid ergo? num stanti dixit: Huc accede? Quia non dictum est vel, Jussit, vel præcepit; sed quia tantum dixit: ad nihil aliud, nisi ut eum sine initio putares, vel non habere causam de qua substiterit. Quia vero propterea dictum est, manifestum fit ex ipsa conditione consessus. Si enim minorationem velit ostendere, numquam diceret, A dextris, sed potius, A sinistris. Tanto, inquit, *melior factus angelis, quanto differentius præ illis nomen hereditavit*. In hoc quod dixit, *Factus*, pro susceptus intellige, tamquam si diceret: Melius est susceptus ab angelis. Et unde hoc asseverat, ex ipso nomine animadvertit, quia solet Filii nomen proprietatem cognitionis ostendere. Et sane, nisi esset proprius Filius; proprius autem Filius, nihil est aliud quam de ipso genitus: quomodo posset ex hoc amplitudinem honoris asserere? Si enim gratia esset Filius, non solum differret a Patre, sed etiam minor esset ab angelis. Quomodo hoc inquis? Quia et homines justi appellati sunt filii. Proinde nomen filii, nisi proprietatem ostendat, non valet ostendere, quia differentia est inter creaturas et conditorem. Adverte itaque quid dixit: *Cui enim aliquando angelorum dixit: Filius meus es tu, ego hodie genui te?* et iterum, *Ego ero ei in Patrem, et ipse erit mihi in Filium*. Hæc quidem dicta sunt et de carne: hoc est, Ero ei in Patrem, et ipse erit mihi in Filium. Quod vero dixit: *Filius meus es tu, ego hodie genui te*: nihil aliud manifestat, nisi quia ex ipsa essentia Patris est genitus. Sicut enim esse dicitur ex præsentis tempore; sic quippe magis de Deo dici convenit: itaque quod dictum est, *Hodie*, præsentis est temporis. Potest tamen et secundum carnem hoc accipi dictum. Cum enim nominaverit carnem, jam sine ullo timore pravæ suspitionis eloquitur. Etenim caro communicat altioribus, sicut et divinitas humilibus communicare dignata est. Qui enim non est homo fieri dedignatus, et qui rem ipsam non abnuat: quomodo ipsa repudiaturus est verba?

4. Hæc itaque cognoscentes, nihil impudenter agamus, neque in superbiam sublevemur. Si enim ipse cum Deus esset et Dominus Deique Filius, non respuit formam servi suscipere: multo amplius nos oportet cuncta perficere, et humilia cuncta tolerare. Dic enim mihi, o homo, ex qua re, vel cur sapias altiora? num de prosperitate sæculi? sed hæc antequam pareat, sicut fumus evanescit. Num ex spiritualibus in sublime sustolleris? sed etiam hoc unum est spiritualium rerum, ut altum non sapias. Cur ergo altum sapias? an te assequutum cun-

clas virtutes existimas? Adverte Christum dicentem, quia *Cum feceritis hæc omnia, dicitis quoniam inutiles servi sumus: nam quæ facere debebamus, omnia perfecimus.* An pro divitiis in superbiam sublevaris? Nonne vides omnes qui ante te fuerunt, nudos hinc ac desertos rebus omnibus discessisse? nonne nudi ingressi sumus in hanc vitam, nudi quoque sumus exituri? numquid debet quisquam qui possidet aliena, superbus exsistere? Qui enim voluerint istis sæcularibus ad solam uti propriam voluntatem, amittunt ea etiam nolentes, et quidem sæpius ante mortem; in ipsa vero morte inevitabiliter. Sed nos eis, inquis, viventes sicut volumus, utimur. Ego autem e contra dico quia magis nullum facile poteris invenire, qui sicut vult rebus exstantibus abutatur: quod si etiam quis utatur ut velit, nihil hoc magnum putare debemus. Brevis est namque vita præsentis temporis, in comparatione sæculi sempiterni. Altum sapis, o homo, quia dives es? cur, obsecro, vel pro qua causa? hoc enim potest etiam patronibus pervenire, vel furibus, vel homicidis, vel mollibus, vel fornicariis, vel etiam pessimis universis. Cur ergo altum sapis? Si enim ad quod opus est facultatibus tuis abuteris, noli altum sapere, noli, quod misericordias tuas superbiæ morbus interimat: si autem non ad quod opus est uteris, multo minus altum sapere debes, quoniam pecuniarum tuarum servus effectus es, et sub earum dominatu detineris. Nam dic mihi, si quispiam febrium calore peruratur, et aquam frigidam intemperanter accipiens, ad paululum tempus sitim videatur exstinguere, num propterea debet altum sapere? nonne postmodum in eo major febrium flamma succenditur? Quid item, si quis per plurima quidem, sed superflua curas suas exerceat, num propterea debet altum sapere? Nam cur altum sapias, dic obsecro? num quia plurimos habes dominos? quoniam plurimis sollicitudinibus angeris, quia plurimi homines adulantur? Enimvero servus illis es, et dura fungeris servitute. Quod ut agnoscas, parumper ausculta. Aliarum namque passionum interdum demonstratur utilitas: verbi gratia, iracundia plerumque utilis est: *Indignatio*, inquit, *in injustitia non erit innocens*: proinde potest quis etiam rationabiliter indignari. Et iterum, *Qui irascitur*, inquit, *fratri suo*: et non dicit simpliciter, sed addidit, *Sine causa: reus erit gehennæ*. Qui ergo juste irascuntur, nullo reatu tenentur obnoxii. Iterum æmulatio, vel cupiditas non sunt omnifariam noxiæ, hæc quidem cum ad opus procreandorum assumitur filiorum, illa vero cum studio imitandi bona suscipitur: sicut dixit et Paulus: *Bonum est*, inquit, *æmulari semper in bonum*; et iterum, *Æmulamini charismata meliora*. Ultraque ergo habet utilitatem suam. Et sic etiam in cæteris passionibus invenitur, si per eas considerantis pervigil curral intentione. Arrogantia vero nusquam bona potest existere, sed ubique inutilis et noxia reperitur. Sane vero, si oportet altum sapere, in pauperie hoc oportet, non in divitiis facere. Quare? Quia si potes in paucis vitam tuam bene disponere, eo qui hoc non potest, multo major mul-
toque melior haberis.

5. Dic enim mihi, si acceptis quibusdam ad regiam civitatem, aliqui eorum nec jumentis indigeant, neque pedissequis, neque tentoriis, neque diversoriis, neque calceamentis, vel vasis aliis cæteris; sed eis sufficiat panis tantum et aqua sumpta de fontibus: quidam vero dicant quia nisi curriculis vel plaustribus abundaverint, nisi stramina mollia deportentur, nisi etiam plurimos pedissequos habeant, nisi sæpius licuerit requiescere, nisi fuerint et jumenta complura, nisi etiam et parum itineris peragere per dies singulos et deliciose licuerit, minime se suscepturos iter impositum: quos, rogo, amplius admiremur, utrumne illos an istos? Nimirum illos qui nullius indigent. Sic etiam in hac causa, quam habemus in manibus. Plurimi quippe ad peragendam hujus vitæ viam pluribus indigent, alii vero, ut ita dicam, nullius. Proinde, si oportet altum sapere, de pauperie hoc oportet, si tamen oportet: nam qui bene sapit, altum sapere numquam debet. Sed contemnitur, inquis, pauper. Non ille contemnitur, sed qui pauperem contemnunt, illi magis merito contemnuntur. Nam cur non magis ego contemnam illos, qui nesciunt admirari quæ digna sunt admiratione? Nam et pictor, si ab omnibus irrideatur atque reprehendatur, donec eos indoctos perspiciat et suæ artis expertes, illorum verba penitus non attendit, sed solo testimonio suo contentus est: nos autem studia nostra pensaturi sumus ex opinione multorum. Propterea etiam contemni digne meremur, quoniam contemnentes nos ob pauperiem, non magis ipsi contemnimus. Non itaque nos miseros nosmetipsi faciamus. Pertranseo quanta peccata ex divitiis generantur, quantum bonorum sit causa pauperie: magis autem neque divitiæ neque paupertas secundum seipsa bona sunt, sed ex utentibus qualitatem accipiunt. Christianus ergo in pauperie constitutus quam in divitiis magis irradiat. Quomodo hoc? Quia excludit a se peccatum, non erit arrogans, sed potius temperans et pudicus et mitis et sapiens: qui vero in divitiis constitutus est, multa illum ad hæc bona præpediunt. Inspiciamus ergo quæ sunt quæ dives operatur, magis autem quæ agit, quomodo utitur male divitiis. Quid ergo agit? Rapit aliena, æstuat cupiditate, sordidis amoribus agitatur, nefandos non desinit perpetrare concubitus, nefas omne aggreditur, maleficia cuncta committit, et cætera nequiora, nonne universa hæc ex divitiis conspicias generari? Intueris quoniam in pauperie magis, quam in divitis virtutes facilius possideamus? Nec mihi dicas, quia hæc in vita divites nullam vindictam suscipiunt, ideo etiam eos peccare non judices. Quod si possibile esset in divites vindictam procedere, videres ex eis repleti carceres universos. Sed cum omnibus malis suis etiam hoc malum habent divitiæ, quia in malignitate peccantes, ab ultionibus contuentur; et qui divitiis possidet semper peccans, nulla pœna revocatur, sed semper sine ullis remediis vulnera suscipit peccatorum, et frenum illi nullus imponit. Si autem quis voluerit, etiam ad jucunditates plus inveniet accommodata paupertatis officia. Quomodo hoc? Qui curis

et sollicitudinibus est liber, vacat ab odio, litibus, contentione, jurgiis, et cæteris pessimis. Proinde ne ditescere quæramus nec divites æmulemur, sed habentes, ad quod opus est, divitiis utamur; non habentes autem, non propterea doleamus, sed gratias magis universorum Deo ac Domino referamus: quia nos parvo labore eandem mercedem poterimus, quam divites promereri; si autem volumus, etiam ampliorem dignos facit accipere, et ex parvis magna lucratur. Nam et qui duo talenta protulit, approbatus est, et similiter honoratus sicut qui quinque protulerat. Quare hoc? Duo namque illi erant talenta commissa, sed ipse totum quod ex se debebat, implevit: et quæ ei commissa fuerunt, duplicavit. Quid ergo festinamus, ut nobis plurima committantur, cum possimus et in parvis eosdem fructus adipisci? Quin fortassis adhuc quoque et majores. Nam quam gratum est, ut labor quidem sit minor, merces autem multo major existat. Facilius ergo, si voluerit, pauper plura et majora divite possidebit. An ignoratis quoniam quanto quis plura congesserit, tanto magis ampliora desiderat? Ne igitur etiam nos hoc idem patiamur, non quæramus divitias, neque importabiliter afficiamur pauperie, neque ditescere festinemus: et qui divitias possidemus, illa eis utamur, sicut præcepit Apostolus: *Qui habent, inquit, tamquam non habentes; et qui utuntur hoc mundo, tamquam non utentes*: ut adipiscamur bona quæ promissa sunt: quæ nos omnes percipere contingat universa, gratia Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri una cum sancto Spiritu gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA III.

1. *Et cum iterum introducit Primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei. Et ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis: ad Filium autem: Thronus tuus Deus in sæculum sæculi, virga æquitatis, virga regni tui.* Dominus quidem noster Jesus Christus adventum suum carnalem exitum vocat, sicut habes cum dixit: *Exiit qui seminat ad seminandum*; et iterum, *Ego a Patre exivi et veni*, etc.: et hoc in plurimis Scripturarum locis poterit inveniri. Paulus autem introitum Christi vocat adventum, dicens: *Cum introduxit Primogenitum in orbem terræ.* Introitum ergo assumptionem carnis appellat. Sed quæris fortasse, cur talibus, vel diversis utatur nominibus. Significationes quidem dictorum manifestæ sunt, et secundum quid alterutrum dicatur apparet. Christus quidem merito exitum vocat: foris enim eramus a Deo, sicuti qui sunt extra regales aulas in vinculis colligati, et qui habent apud regem pro culpa aliquibus offensam; hujusmodi quippe a regali aula foris exclusi sunt: qui vero voluerit istis veniam impetrare, non primum ipsos in aulam regis introducit, sed ipse foras egreditur, ibique cum eis commiscet sermocinandi negotium, usque dum eos correctos reddat, et dignos efficiat quo regis vultui repræsentari mereantur. Sic etiam Christus effecit: egressus quippe ad nos, hoc est, carnem sumens, et colloquutus nobiscum, præcepta nobis Regis innouit, et sic nos a peccatis emundans, et ad Deum convertens, in aulam regalem velut mediator optimus introduxit. Propterea ergo exitum vocat suæ incarnationis adventum. Paulus autem introitum nominat ex metaphora hereditantium, et jus dominandi in aliqua possessione sumentium. Dicendo enim, *Iterum introducit Primogenitum in orbem terrarum*, hoc significat, Cum ei committit orbem terrarum. Tunc enim lotum orbem terræ possidebit, cum ab universis est agnitus. Non de Deo vero ista dicuntur, sed de carne. Si enim in mundo erat, juxta Joannem, et mundus per ipsum factus est: quomodo alio modo introducit, nisi secundum carnem? *Et adorent eum*, inquit, *omnes angeli.* Quoties enim magna quædam et altiora dicturus est, præstruit illa primum, et facit illa susceptibilia, dum dixit Patrem introduxisse Filium. Superius enim dixerat, quia non per prophetas nobis loquutus est, sed per Filium, et quia Filius melior est angelis, quod ex ipso argumentatus est nomine: hic autem jam ex alia re vult argumenta deducere. Ex qua ista? Ex adoratione videlicet. Nam tanto eum meliorem esse demonstrat, quanto Dominum servis constat esse meliorem: quomodo si quis in quamdam domum introducat aliquem, et confestim omnes illius domus princeps jubeat, ut illum proni simul omnes adorent: ita et Christum secundum carnem jussit a cunctis angelis adorari, dicens: *Et adorent eum omnes angeli Dei, sed ipse etiam Gabriel.* Sed quæret aliquis, Num angeli tantum adorare præcepti sunt? Non. Adverte itaque quæ sequuntur: *Et ad angelos quidem dicit, Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis: ad Filium autem, Sedes tua Deus in sæculum sæculi.* Ecce maxima differentia: quia illi quidem creati sunt, hic autem increatus. Ad angelos autem inquit, *Qui facit angelos suos spiritus*, ad Filium autem non dixit, *Qui facit.* Et sane posset, si vellet, istam sic exprimere differentiam, dicendo: Et ad angelos quidem dicit, *Qui facit angelos suos spiritus: ad Filium autem, Dominus creavit me*: siquidem *Eum Dominum et Christum Deus fecit.* Sed neque illud de Filio dictum est, neque hoc de Deo vero, sed de eo qui est secundum carnem. Ubi enim veram differentiam significare desiderat, non jam solos angelos comprehendit, sed omnes virtutes ministeria superna fungentes. Intueris quomodo dividit, et cum quanta claritate creaturas a Creatore discernit, ministros vocans et Dominum, servos et heredem ac proprium Filium? Ad Filium autem dicit, *Sedes tua Deus in sæculum sæculi.* Ecce habes regni signaculum. *Et virga æquitatis*, inquit, *virga regni tui.* Ecce habes et aliud signaculum. Deinde ad eum qui est secundum carnem revertitur: *Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus.* Quoniam enim magnam quiddam loquutus

est, iterum illud se curare festinat. Sed et hic Judæos et Paulum Samosatenum et Arianos et Marcellum et Sabellium et Marcionem simul Photinumque percussit. Quomodo hoc? Judæos quidem, ostendens eis esse duas personas, et unum Deum; alios vero Judæos, Pauli dico Samosateni discipulos, dum ostendit eis hic testimonia de æterna loqui et increata substantia: ut ostenderet namque distare facturam ab æternitate Creatoris, posuit, *Sedes tua Deus in sæculum sæculi*. Arianos autem percudit, ostendens quoniam neque servus est, neque creatura: Marcellum vero vel cæteros, quoniam duæ sunt istæ personæ, secundum subsistentias ab invicem separatæ. Marcionistas autem percussit, dum ostendit quia non Deus, sed humanitas ungitur. Post hæc subjungit, inquit: *Præ participibus tuis*. Qui sunt isti participes alii præter homines? Hoc est, quod alibi dicitur, Quia non ad mensuram Christus suscepit Spiritum.

2. Contemplanis quomodo semper coaptat sermonem dispensationi carnis, sermone quidem, dum de natura divinitatis eloquitur. Quid hoc clarius dici potest? Animadvertis quomodo non est id ipsum creatura et proles? Non enim ita divideret, si idem esset utrumque; nec ad differentiam ejus verbi quod dixerat, *Fecit*, inferret: *Ad Filium autem dixit*, *Sedes tua Deus in sæculum sæculi*; neque differentius appellaret Filii nomen, si ejusdem esset significationis cum nomine creaturæ. Nam quæ, rogo, differentia remanebit, si idem est proles et creatura? nam illi facti sunt, ille vero genitus est. Et quid huic rei differentius est? Ecce iterum quod dixit, Deus, cum articulo posuit: deinde subjungit, *Et tu in principio, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cæli*. Ne forte enim audiens, *Cum introducit Primogenitum in orbem terræ*, sicut postea illi donatum munus existimes, ista subjungit. Nam et in superioribus hoc annotavit, et iterum ad ipsum recurrit, dicens: *In principio*, non nunc, sed ab initio. Ecce iterum Paulum Samosatenum simul et Arium interemptorio percudit vulnere: nam quæ sunt Patri propria, hæc etiam Filio coaptat. Et post hæc etiam quiddam aliud tetigit, quod isto majus est. Ecce enim transformationem mundi subsignificavit dicens: *Ipsi peribunt, tu autem permanebis, et omnes ut vestimentum veterascent, et velut umictum mutabis eos, et mutabuntur*. Quod etiam in Epistola ad Romanos dixit, quia transformaturus est mundum: et facilitatem significans, intulit: Sicut quilibet anictum involvit atque permutat, sic et ipse mundum et complicaturus et mutaturus est. Ergo cum transformationem et conditionem, quæ sit in melius, tam facile poterit operari: quis dicat quod in inferiori opere alterius egerit adjutorio? Usquequo non erubescunt taliter insanire? Simul etiam consolatio major est, cognoscere quod non in eodem statu cuncta permaneant, sed illa quidem mutabuntur, ipse autem idem ipse permanet in æternum. *Et anni tui*, inquit, *non deficient*. *Ad quem autem angelorum dixit aliquando: Sede a dextris meis, quousque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?* Ecce iterum eos confidentes facit, siquidem futurum ostendit, ut eorum superentur inimici: et quia inimici eorum ipsi erunt etiam Christi, in hoc iterum et regni declaratur indicium et honoris æqualitas. Nullam autem imbecillitatem aliquatenus arbitreris, eo quod dicit Patrem indignatum iri, pro its quæ fuit Filium indigne permissus: hoc magis multæ Patris circa Filium dilectionis et honoris ostendit. Qui enim indignatur pro eo, quomodo extraneus ab illo esse contenditur? Quod etiam in alio dicitur psalmo: *Qui habitat in cælis irridebit eos, et Dominus subsannabit eos: Tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos*. Et iterum ipse dixit: *Eos autem qui me sibi regnare noluerunt, adducite in conspectu meo, et interimite*. Quia vero ejus sunt hæc verba, audi quid dicat et alio in loco: *Quoties volui congregare filios tuos, et noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta*. Et iterum, *Auferetur a vobis regnum, et dabitur genti facienti fructus*; et iterum, *Qui ceciderit super lapidem, confringetur: super quem vero ceciderit, conteret eum*. Huc accedit, quia si ipse judicaturus est eos, multo amplius et in hac vita ipse illis digna retribuet. Proinde honoris magis est quod dicitur: *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos qui hereditatem percepturi salutis? Quid miraris, inquit, si Filio suum ministerium exhibent, cum etiam pro nostra salute ministros eos constat effectos? Intuere nunc quomodo eorum sublevat mentes, ostendens nobis honorem a Deo plurimum condonatum: siquidem etiam angelos qui nobis superiores sunt, ad nostram salutem ministerium suum exhibere præcepit: tamquam si diceret, Ad hoc eis utitur: hoc est angelicæ functionis officium, ad salutem nostram ministerium Deo persolvere. Proinde hoc est opus angelicum, ut omnia fiant pro salute proximorum; magis autem hoc est opus Christi. Ipse enim sicut Dominus salvat, isti vero sicut servi. Et nos itaque Domini, ac si servi sumus, sed tamen angelorum conservi. Quid igitur suspicitis, inquit, ad angelos? Servi sunt Filii Dei, et propter nos sæpius diriguntur, et pro salute nostra ministeria sua persolvunt. Quæ cum ita sint, constat angelos nostros esse conservos. Considerate tamen, quomodo non multam differentiam creaturis attribuit, quamvis multum intersit inter angelos et homines. Verumtamen propinquos eos nobis facit: ut pene dicere videatur, quia nobis laborant, propter nos discurrunt, nobis suo funguntur officio: hoc est eorum ministerium, ut propter nos ubique militantur.

3. Et harum rerum exemplis pleni sunt libri Veteris Testamenti, pleni etiam Novi. Nam et pastoribus angeli evangelizaverunt, et ad Mariam angelus venit, et Joseph sæpius ab angelo visitatus est, et in monumento sedentes angeli apparuerunt, et ad discipulos angeli missi sunt, dicentes: *Viri Galilæi, quid statis intendentes in cælum, etc.?* et Petrum angelus absolvit ex carcere, et Philippo angeli colloquuti sunt. Intellige igitur nunc quantum nobis

honor existit, ut sicut ad amicos, ita ministros angelos suos destinet Deus. Nam et Cornelio angelus adstitit, et omnes apostolos angelus de custodia eduxit, dicens: *Euntes state, et loquimini in templo populo omnia verba vitæ hujus*. Paulo vero ipse Dominus, non angelus apparuit. Intueris ergo eos ministerium nobis propter Deum reddentes, et magna nobis officia persolventes. Idcirco dicit Paulus: *Omnia vestra sunt, sive vita, sive mors, sive mundus, sive presentia, sive futura*. Missus est quidem et Filius, sed non sicut minister, neque ut perfunctus quibuslibet officiis, sed sicut Filius unigenitus, eadem Patri suo volens atque desiderans: magis autem neque missus est; neque enim de loco ad locum pertransiit, sed carnem sumpsit: isti autem per loca mutantur, et prima loca in quibus fuerant deserentes, ad alia veniunt transeundo, in quibus non erant antea. Sed et hoc etiam confidentiam eis excitat, dicens: *Quid veremini?* Nam nobis etiam angelicum ministrat officium. Postquam ergo loquutus est de Filio Dei tam secundum dispensationem carnis, quam secundum quod universitatis est opifex; loquutus etiam de regno ejus, et æqualitatem honoris ejus ostendens, et quia dominatur non solum hominibus, sed etiam supernis virtutibus: nunc jam postquam quæ desideravit adstruxit, hortatur eos, ut animadvertant ea quæ illis annuntiata sunt, dicens: *Propterea abundantius oportet observare nos ea, quæ audivimus, ne forte effluamus*. Quare abundantius dixit? Hoc est, quam in lege solebamus: sed nomen legis obtulit; nam et in adstructione sua manifestum hoc facit. Noluit ergo hoc nunc ponere, cum nos admonet et hortatur: sic enim conducibilis arbitratus est. *Si enim, inquit, qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, et omnis prævaricatio, et inobedientia justam accepit mercedis retributionem: quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem? quæ cum initium accepisset enarrari per Dominum ab eis qui audierunt, in nos confirmata est*. Quare abundantius nos oportet observare ea quæ audivimus? nonne et illa Dei sunt et ista? Abundantius ergo dixit, aut quam solebant in lege, aut certe amplius non comparans, absit; sed quia per multa tempora magnum apud eos auctoritatis pondus Vetus habebat Testamentum, hæc autem quia velut noviter illis dicebantur: ne contemptibilia judicarent, ostendit ex abundantia, quoniam hæc amplius observare debemus, et quomodo hoc bene, dicens: *Dei quidem sunt et illa præcepta et ista, sed non similiter*. Et hoc quidem postea demonstrat; nunc autem simpliciter hoc adstruit, in posterioribus autem id manifestius confirmat, dicens: *Si enim primum illud, inquit, esset inculpabile, et alia hujusmodi plurima; et iterum, Quod enim veterascit, et interitui propinquum est*. Sed nunc adhuc necdum audet tale aliquid loqui in ipsis exordiis, usquequo præoccupet et obtineat pluribus adstructionibus auditorem. *Propterea, inquit, abundantius oportet nos observare ea quæ audivimus, ne forte effluamus*. Hoc est, Ne forsitan pereamus, ne forsitan excidamus. Et demonstrat in hoc loco quantum malum in se ruina possideat, siquidem difficile est quod effluerit iterum resalvari, quoniam ex negligentia contigit vitio. Sumpsit autem hoc verbum ex Proverbiis: *Fili, inquit, non effluus*; sed etiam facilitatem lapsus, et malum perditionis ostendit. Hoc est, Inobedientia vobis a periculo non erit libera. Et per ea ipsa quæ adstruit approbat, quoniam majus erit in cadente supplicium: et iterum relinquit hujus inquisitionem rei, ne ex conclusione suam disputationem gravem illis efficeret. Hæc est quippe modestia disputantis, ut nulla generetur audientibus ex disserentis sermone molestia. Hoc autem imitatur, cum non ubique quæ sequuntur ipse in conclusione constituit, sed ipsum auditorem Dominum facit, et judicem, ut ipse sua liberatione conspiciat quæ sequuntur, et spontanea proferat voluntate sententiam. Hoc enim modo etiam ingenuos animos conficit auditorum, dum nullo cogente assuescunt rectum sentire iudicium. Facit hoc etiam in Veteri Testamento propheta Nathan, facit etiam in Evangelio secundum Matthæum Christus, dicens: *Quid faciet operariis vineæ illius?* Et ipse tacens illos compellit decretum proferre sinere. Hæc quippe maxima victoria in disputationibus solet existere. Deinde dicens, *Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, non intulit, Multo amplius qui per Christum, sed hoc quidem prætermisit, dixit autem quod mihi est: Quomodo effugiemus, si tantum neglexerimus salutem?* Et intuere qualiter faciat comparisonem. *Si enim per angelos dictus est, inquit, sermo*. Illic quidem, *Per angelos*, hic autem, *Per Dominum*: et illic quidem sermo, hic autem salus. Deinde ne fortasse diceret aliquis: *O Paule, ista quæ loqueris, Christi sunt?* proinde ergo ut fidem dictorum probabilem reddat, significat non solum a Christo dicta esse, sed etiam nunc a Deo dici: non simpliciter voce per aerem prolata, sicut ad Moysen, sed signis atque virtutibus factis, et ipsis attestantibus rebus.

Quid autem est, *Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus?* Nam et in Epistola ad Galatas ita quodam in loco dicit: *Disposita per angelos in manu mediatoris; et iterum, Accipistis legem in mandatis angelorum, et non custodistis*: et ubique per angelos datam esse dicit. Quidam autem dicunt, quod in hoc loco Moysen tangat; sed non habet rationem: angelos enim hoc in loco plurimos dicit, et claret quia de angelis cælestibus loquitur. Quid ergo? Aut enim decalogum signat; illic enim Moyses loquebatur, et Deus respondebat: aut quia præsentibus erant et angeli Dei, cum lex daretur: aut certe de omnibus iis, quæ in Veteri Testamento vel dicta, vel facta sunt, quia angelis in ministerium communicantibus facta sunt. Et hic quidem ista dici, sed quomodo alibi dicit, *Lex per Moysen data est*; hic autem per angelos datam esse dicit? *Et descendit, inquit, Deus in nube*. *Si enim qui per angelos, inquit, dictus est sermo, factus est firmus*. Quid est, *Factus firmus*? Videlicet verus: tamquam si diceret, Fidelis in opportuno tempore: et cuncta quæ prædicta sunt, perceperunt: ipsi rebus effectum. Sive ergo hoc dicit; sive quia permansit sermo, et quidquid comminatio

dixit, rebus constat impletum; sive sermonem dixit praecepta Veteris Testamenti. Plurima quippe et praeter legem sunt mandata per angelos, qui ad illud ministerium mittebantur: sicut missi sunt ad Loth in montem, et ad Judices, et ad Samson. Propterea enim non dixit, Lex, sed, *Sermo*: unde magis mihi videtur illa significare, quae per angelos dispensata sunt. Quid ergo dicemus, nisi quia praesentes erant et angeli, quibus fuerat gens illa commissa, et ipsi erant qui tubis et buccinis personabant, et alia caetera faciebant: hoc est ignem, fumum et nebulas? *Et omnis*, inquit, *praevaricatio et inobedientia*. Non dixit quia aliqua punitur, aliqua vero non, sed omnis: hoc est, quia nihil remansit inultum, sed *Percepit justam mercedis retributionem*. Quare dixit mercedis retributionem? merces autem in bono poni solet. Sed iste mos est Apostolo, ut non magnam verborum habeat rationem, sed indifferenter vel quae in bono dicuntur, vel quae in malo, pro alterutro ponere: sicut et alibi dixit, *In captivitatem redigentes omnem sensum ad obediendum Christo*; et iterum mercedis reciprocationem dicens pro supplicio: sicut et in praesenti loco supplicium mercedem nominavit. Item alibi dixit: *Siquidem justum est apud Deum retribuere tribulantibus vos tribulationem, et vobis qui tribulamini requiem*. Hoc est, non peribit justitia, sed exsequutus est Deus, et convertit iudicium suum super peccatores, quamvis non omnia sint manifesta peccata, nisi quando praecepta disposita contemuntur. *Et quomodo nos*, inquit, *effugiemus, si tantam neglexerimus salutem?* Per haec verba significat quia non erat tanta salus in Veteri Testamento. Bene autem addidit, *Si tantam neglexerimus salutem*. Non enim nunc nos de praелиis liberavit, non nobis terram vel terrena bona largitus est, sed mortis interitum, diabolus superare concessit, regna caelorum, vitam et beatitudinem sempiternam. Haec quippe omnia breviter intimavit, dicens: *Si tantam neglexerimus salutem*. Deinde importat, unde fide digna, quae dicuntur efficiat, dicens: *Quae cum initium accepisset enarrari per Dominum*. Hoc est, si ab ipso fonte haec dicimus habere principium: non ergo ab hominibus nobis allata sunt, non ab aliqua virtute vel creata, vel condita, sed ipse nobis ea Filius unigenitus impertivit. *Ab eis*, inquit, *qui audierunt, in nos confirmata est*. Quid est, *Confirmata est?* Credita est atque perfecta: Pignus, inquit, habemus. Hoc est, non exstincta, non diminuta est salus, quam nobis attribuit, sed permanet et praevalet in aeternum. Causa vero hujus rei est divinae voluntatis operatio. Hoc est, qui a Domino audierunt, ipsi nos propriis confirmavere virtutibus. Magnum hoc opus, omnique fide dignissimum, quod etiam Lucas dixit in principio Evangelii sui: *Sicut traderunt nobis qui ab initio praesentes viderunt, et ministraverunt verbo*. Sed dicit aliquis: Quomodo haec confirmata est salus? quid enim, si ab iis, qui primi audierunt ista, confecta sunt? Hoc ergo refutat, et ostendit non esse humanam hanc gratiam. Neque enim, si haec confecta essent, contestaretur illis divina potentia: propterea ergo intulit, dicens: *Contestante Deo*. Testificantur quidem et illi, testificatur et Deus. Et quomodo testificatur Deus? Non verbo, neque voce; esset quidem hoc etiam dignum fide, verumtamen *Virtutibus et prodigiis et variis virtutibus attestatur*. Bene dixit, *Variis virtutibus*, affluentiam significans gratiarum, quae non erat apud antiquos; neque tanta signa, neque tam diversa prodigia. Hoc ergo dicit, quia non simpliciter illis est creditum, sed per signa et prodigia. Proinde dum illis credimus, nos illis, sed Deo nos credere declaratur. *Et Spiritus sancti*, inquit, *distributionibus secundum suam voluntatem*. Sed fortasse dicit aliquis, Quid ergo? quia et magi signa faciunt, et Judaei in Beelzebub Christum daemones exclusisse dicebant, num propterea credendum est magis? Sed illi non talia signa faciunt: propterea subjunxit Apostolus, dicens: *Variis virtutibus*. Illa enim non virtuti, sed infirmitati potius tribuenda sunt, quippe quae phantastica et inania demonstrantur: idcirco ergo intulit dicens: *Et Spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem*.

In hoc loco aliud etiam quiddam cum significare puto: arbitror enim quod intra eos non erant plures divina charismata possidentes, sed cessaverunt apud eos, velut qui segnes facti erant et negligentes. Ut ergo eos consoletur, ne aliqua desperatione deciderent, divinae voluntati cuncta contribuit divinoque consilio. Veluti si diceret, ipse novit quid cuique prosit, vel cui quid sit adcommodum, et ipse gratiam, quae conducat, unicuique distribuit. Quod etiam ad Corinthios facit, dicens: *Deus posuit unumquemque sicut voluit*; et iterum, *Unicuique datur manifestatio Spiritus ad utilitatem secundum voluntatem ejus*. Ostendit ergo quoniam haec praedicatio secundum voluntatem Dei Patris exorta est. Fortassis autem vel propter immundam vitam, vel stolidam, non plures apud eos gratiae munus acceperunt: aliquando autem plerique et vitam habentes mundam, non accipiunt gratiam. Quare? Ne in superbiam sublevantur, ne inflentur ventositate jactantiae, ne altitudo muneris negligenter efficiat. Si enim et sine charismate ipsa per se mundae vitae conscientia idonea est, ut faciat arrogantem: multo amplius, quando super rectam vitam charismatis munus affuerit. Proinde humilibus magis atque simplicibus charismata condonantur, et maxime simplicibus: *In simplicitate*, inquit, *et in exultatione cordis*. Hoc itaque sermone, ac si negligentes erant, etiam exhortatur eos et compunctos reddit ac attentos. Qui enim humilis est et non de se majorem concepit existimationem, studiosior efficitur, cum charismatis munus acceperit: dum enim iudicat, praeter dignitatem suam munus illud esse tributum, amplius placere festinat: qui vero compotem se virtutis existimat, non sibi ex gratia largientis advenisse munus illud arbitratur, sed ex suorum debito meritorem: proinde hujusmodi homo inflatur ventositate superbiae. Idcirco ergo Deus convenienter cuncta dispensat. Quod in Ecclesia quoque provenire conspicias: alius quidem habet facultatem sermonis ad docendum, alius autem neque os aperire valet. Non contristetur, inquit, iste, quia similem non

habet gratiam : *Unicuique enim datur manifestatio Spiritus ad utilitatem.* Si enim homo paterfamilias novit, cui negotium qualecumque committat : multo amplius Deus, qui novit cunctorum mentes hominum, qui cuncta cognoscit antequam fiant. Unum est tantum tristitia dignum, hoc est peccare, aliud vero nihil. Nec dicas, Quare non habeo pecunias? si haberem, pauperibus impartirer. Nescis, o homo; fortassis enim si haberes, amplius avarus existeres. Nunc quidem hæc dicis, sed si te ipsa probaret experientia, alius forsitan appareres. Nam et quando sumus cibus saturati, putamus quia possimus longa tolerare jejunia : cum vero nos admonuerit saltem levis esuries, alia nos desideria subintrabunt. Iterum quando sumus ab ebrietate liberi, putamus illam nos superare posse passionem : cum vero fuerimus illius morbi capti libidine, minime nobis primum iudicium remanebit. Non ergo dicas, Quare non accipi gratiam docendi? si enim haberem, decem millia hominum ædificarem. Nescis quia si fortassis haberes, ad iudicium majus haberes : fortassis enim invidia, fortassis desidia compelleret te talentum sub terra defodere. Nunc autem istis omnibus liberatus es, nec culparis, si non distribueris annonæ singulis quibusque mensuram : si autem haberes illud charisma, plurimis culpis esses obnoxius. Sed et nunc non es sine charismate. In parvo demonstra qualis esse posses, si munus illud haberes : *Si enim, inquit, in parvo fideles non fuistis, majora quis dabit vobis?* Ostende ergo sicut illa vidua : duos habuit oboles, et totum quod habuit misit, totum quod possidebat contulit. Pecunias quæris? ostende nobis quia contempnis quæ parva sunt, ut credam tibi de maximis : si vero nec ista, multo minus illa contempneris. Similiter etiam in sermone tuo demonstra nobis, quod eo competenter utaris in admonitione vel consilio circa fratres. At si non habes eloquentiam, at si non habes abundantiam sententiarum : verumtamen scis ista communia : si filium habes, si vicinum, si amicum, si propinquum, si servos, admone, doce. At si non vales in ecclesia publice longum protelare sermonem, istis tamen semotim potes consulere : ad hoc non rhetorica opus est, et majore facundia : ostende in his, quoniam si haberes facultatem sermonis, negligentia te nulla deprimeret. Si autem in parvo non geris ullum studium, quomodo tibi majora promittenti credamus? Quia vero hoc unusquisque valet implere, adverte quid dicat Apostolus, quomodo hoc et laicis imperavit : *Unusquisque, inquit, ædificate invicem, sicut et facitis; et, Consolamini alterutrum in sermonibus istis : quomodo unicuique distribuit.* Numquidam tu melior es Mose? Adverte ergo quomodo mærebat. *Num et ego, inquit, illas tolerare possum? quoniam dixisti mihi, Sume illos, sicut sumit nutrix parvulum ad ubera pendentem.* Quid ergo? Deus eduxit de spiritu ejus, et dedit aliis; ostendens quia neque dum eos ipse portaret, ejus erat charisma, sed Spiritus sancti. Si enim haberes charisma, o homo, fortasse superbiæ te ventus extolleret, fortassis mutareris in pejus : non ita temetipsum cognoscis, sicut te Deus agnoscit. Non ergo dicamus, Quare hoc, et pro qua causa hoc? quando Deus aliquid dispensat atque disponit. Non ab eo etiam vindictam exigere festinemus : hæc enim extremæ impietatis est, sceleratæque superbiæ. Servi namque sumus, et servi multum distantes a Domino, neque ante pedes nostros scientes quod agitur. Non ergo perscrutemur divina consilia, sed quod nobis donare dignatus est, hoc servare festinemus, ac si parvum sit, ac si minimum. Hæc enim agentes, probabiles apparebimus : magis autem quicquid venerit de divini muneris largitate, nequaquam parvum esse judicemus. Doles quia charisma docendi non possides? Dic enim mihi, quid tibi majus videtur, charisma docendi, an charisma morbos et ægritudines effugandi? Utique istud. Quid ergo? Item dic mihi, nonne majus est oculos reformare cæcorum, quam ægritudines propulsare? item mortuos suscitare, nonne videtur tibi majus esse, quam cæcis visum reddere? Quid item hæc ista? nonne majus est tactu sudarii, vel umbra sola corporis, quam verbo perficere? Quid ergo? vis, dic mihi, sudario et umbra tui corporis mortuos suscitari, an docendi charisma possidere? Utique illud eligis, ut mortuos tactu sudariorum tuorum, et umbra corporis tui resuscites.

Si autem tibi monstravero, quoniam isto charismate est aliud charisma multo superius, quod tibi, dum sumere liceat, non appetis : nonne juste istis cæteris charismatibus vacuaris? Hoc autem charisma quod dico, non uni, non alteri, sed cunctis concessum est possidere. Scio quippe quod attentis facti estis, et stupore possessi. Si ergo audieritis, quia licet vobis majus charisma possidere quam mortuos suscitare, quam cæcorum oculos reformare, quam illa cætera facere, quæ sub apostolis facta memorantur, fortassis etiam credibile non putatis. Quid ergo est hoc charisma? Scilicet caritas. Sed credite mihi, quia iste sermo non est meus, sed Christi, per Paulum apostolum nobis prædicatus. Quid ergo dixit? *Æmulamini charismatu meliora, et adhuc eminentiorem viam vobis demonstro.* Quid dicit, *Eminentiore viam?* Corinthii quippe altum sapiebant super donis muneribusque charismatum, ut et qui linguarum habebant charisma, quod est minimum, circa reliquos arrogantius inflarentur. Dicit ergo : Si studium charismatum quæritis, et ego vobis ostendam viam charismatis eminentem : non simpliciter superiorem, sed eminenter cæteris præstantem. Deinde dicit : *Si linguis angelorum loquar, caritatem autem non habeam, nihil sum : et si habeam fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum.* Ecce tibi charisma quod cunctis eminet : æmulare illud : hoc quippe charisma majus est, quam mortuos suscitare, melius quam reliqua dona virtutum. Et quia sic est, adverte quid dixerit ipse Christus, discipulis suis loquens : *In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis.* Et ostendit in quo, non dicens, Si miracula feceritis, sed, *Si caritatem,*

inquit, *habueritis invicem*. Et iterum ad Patrem dicit, *In hoc cognoscent, quia tu me misisti, si fuerint unum*. Et iterum ad discipulos suos dicebat: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem*. Qui ergo talis est, etiam ab eis, qui mortuos suscitant, multo melior est atque præclarior: et merito. Illud enim tantum divini constat esse charismatis, hoc autem et ad tuum studium pertinebit. Hoc vere opus est Christiani, hoc declarat Christi discipulum, hoc manifestat quemque crucifixum esse mundo, hoc ostendit aliquem nihil in hac terra possidere: sine hac namque neque martyrium proderit. Et ut cognoscas, intueri hoc manifestius. Sumpsit enim beatus Paulus duas summas excelsasque virtutes, magis autem tres: unam ad miracula pertinentem, alteram ad scientiam, tertiam vitæ conversationisque meritum possidentem: et tamen quamquam magnæ sint, sine caritate nihil eas esse determinat. Et quomodo nihil sunt, ego dico. *Si distribuam*, inquit, *omnia mea pauperibus, caritatem autem non habeam, nihil sum*. Potest enim fieri, ut sit aliquis suæ distributor substantiæ, et sit vacuus caritatis. Et hæc quidem sufficienter a nobis in aliis dicta sunt, ubi proprius locus de caritate nos compulit disputare: ad illa ergo mittimus auditores: interim nunc, sicut jam dixi, æmulemur hoc charisma, diligamus invicem, et nullius doctrinæ fuerimus indigni ad conquærenda virtutis insignia; sed omnia nobis facilia sine ullo sudore constabunt, et studiorum nostrorum semper cursus augebitur. Sed ecce, inquis, et nunc diligimus invicem: unusquisque enim habet amicos, et alius quidem duos, alius autem tres. Sed hoc non est propter Deum diligere, sed propter quod ab illo diligeris. Dilectio namque quæ propter Deum cuilibet impenditur, non habet tale principium, sed erga omnes sicut circa fratres afficitur: et quos quidem fidei ejusdem esse cognoverit, utpote vere germanos fratres amplexatur ac diligit; hæreticos autem vel paganos vel Judæos propter communionem quidem naturæ fratres æstimat, miseratur autem propter quod in eis cernit errorem, et contabescit pro eis, et lacrymas fundit. In hoc erimus similes Deo, si cunctos amabimus, diligamus etiam inimicos nostros, non autem si signa vel miracula fecerimus. Nam et Dominum ipsum admiramur quidem miracula facientem, sed amplius admiramur miserantem et longanimitèr sustinentem. Si igitur et in ipso Deo illud est amplius admirandum, quanto magis in homine? Unde clarum est quia nos hoc facit magis esse mirabiles. Hoc igitur æmulemur, et nihil vel a Paulo, vel a Petro, vel aliis mille mortuos suscitantibus, minus habebimus, ac si febrem fugare, vel morbos pellere non valeamus. Enimvero si sine caritate, si ab ipsis apostolis excellentiora miracula facimus, si nosmetipsos propter fidem iam mille mortuorum pericula contradamus, nihil nobis utilitatis accesserit. Et hæc non ego dico, sed ipse Dominus caritatis: ipsum [f. ipsi] ergo credamus, ipsum protinus audiamus. Sic enim poterimus bona quæ promissa sunt adipisci: quæ nos universos contingat accipere, gratia et clementia Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria, una cum sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA IV.

Non enim angelis subdidit orbem futurum, de quo loquimur. Testificatur autem quidam, dicens: Quid est homo quod memor es ejus, aut filius hominis quoniam visitas eum? Minorasti eum paulo minus ab angelis. Vellem manifeste cognoscere, si aliqui competenti studio ea quæ dicuntur advertant; si autem non, juxta viam semina jactamus: studiosius quippe etiam nos docebimus, si vos studiosè audire sentiamus. Dicemus tamen, etsi nullus audire velit, propter instantem nobis timorem Dei. Attestare, inquit, plebi huic; etsi non audiant, tu absolutus eris. Si autem certus essem de vestro studio, non solum propter timorem dicerem, sed cum jucunditate verba fecissem. Nunc autem ac si nullus audiat, ac si etiam mihi res sine periculo foret, quod meum est impleo, sed tamen non cum delectatione aliqua a me labor iste suscipitur. Quid enim prodest, quando quidem sic ego occuper, ex vobis tamen proficit nullus? Si autem animadverterint quidam, non tanta nobis utilitas erit ex eo, quod de pœna liberabimur, quantum nobis accommodabit caritatis vestræ profectus. Quomodo igitur hoc agnoscam? Intendam unumquemque vestrum, et quos ex vobis non attentos agnovero, hos seorsum assumens interrogem; et si reperero vel aliqua ex iis quæ dicta sunt retinere, non dico omnia; hoc enim vobis non satis est facile; sed etsi pauca ex multis, non ambigam ultra. Et oportebat quidem, ut hæc non præmonens incautos aggrederer, verum tamen etiam sic gratum mihi erit, si vos secundum votum meæ mentis invenero. Nam et sic quoque possum vos incautos inquirere, quia enim, Interrogabo, prædixi; quando autem interrogabo, incertum est vobis: fortasse enim hodie, fortasse crastina, fortasse post viginti, triginta dies, fortasse post pauciores, fortasse post plures. Sic etiam Deus diem defunctionis nostræ incertum effecit, et neque hodie, neque crastina die, neque post annum totum, neque si post plures annos imminet, certum nobis esse permisit, ut expectationis incerti semper in virtute nosipsos contineamus: et quoniam commeaturi sumus ex hac vita, dictum est nobis; quando vero, nequaquam. Sic etiam ego, quoniam interrogabo dixi; quando vero, non addidi, volens vos hanc curam semper habere. Et nemo dicat quoniam ante quatuor hebdomadas, et quinque, et amplius hæc audivi, et retinere non possum: si quis enim audierit, taliter eum retinere volo, ut ejus memoria nullum oblivionis furtum patiat, neque mercede [f. marce] suscipiat quæ dicuntur, neque amittat. Volo enim vos retinere quæ dico, non ut mihi ea dicatis, sed ut vos lucrum habeatis. Hoc mihi totum studium est, necessariumque est, ut jam ad

consequentia revertamur. Quid ergo hodie propositum nobis est ad dicendum? *Non enim angelis, inquit, subdidit orbem futurum, de quo loquimur.* Numquidnam de altero aliquo orbe disputat? Non ita est, sed de hoc: propter hoc etiam addidit, *De quo loquimur*, ne mentem auditoris errare relinqueret, dum alius quæreretur orbis. Quomodo ergo eum futurum vocat? Sicut enim et alibi dixit, *Qui est forma futuri*; de Adam et Christo loquens in Epistola ad Romanos, respectu temporum Adam futurum secundum carnem vocans Christum; etenim futurus erat: sic etiam nunc, quoniam dixit, *Quando autem introducit Primogenitum in orbem terrarum*; ne putares alium orbem eum dicere, ex multis hoc confirmat, eo ipso quod dicit futurum: futuras quippe erat orbis, Filium autem Dei semper orat. Hunc ergo orbem futurum non angelis subdidit, sed Christo. Siquidem ad Filium dictum esse, inquit, manifestum est: non enim quis dixerit quoniam ab angelis dictum est. Deinde aliud affert testimonium, et dicit, *Testificatus est autem in quodam loco quidam, dicens.* Cur non ipsum nomen prophetae posuit, sed abscondidit? Fecit hoc etiam in aliis testimoniis, sicut cum dicit, *Quando autem introducit Primogenitum in orbem terrarum, dicit, Et adorent eum omnes angeli Dei*; et item, *Ego ero ei in Patrem. Et ad angelos quidem dicit, Qui facit angelos suos spiritus*; et, *Tu, Domine, in principio terram fundasti.* Sit etiam hic, inquit, *Testificatus est in quodam loco quidam, dicens.* Et hoc ipsum existimo non abscondentis esse, sed ostendentis eos multam habere scientiam Scripturarum, ut nec opus haberet nomen posuisse dicentis; sed veluti de re manifesta et in promptu constituta, inducere testimonia. *Quid est homo quod memor es ejus, aut filius hominis quoniam visitas eum? Minorasti eum paulo minus ab angelis: gloria et honore coronasti eum: omnia subjecisti sub pedibus ejus.*

Hoc enim etsi de communi humanitate dictum est, verumtamen proprie hoc aptatur ad Christum secundum carnem: nam *Omnia subjecisti sub pedibus ejus*, ad illum maxime pertinet, quam ad illos. Filius quippe Dei non nos nihil exstantes desepit, sed carnem ex nobis assumens et adunans sibi, omnibus superior est effectus. *In eo quod subjecit ei*, inquit, *omnia, nihil reliquit non subjectum. Nunc autem nondum videmus omnia subjecta esse.* Quod autem dicit, tale est: quoniam dixit: *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*; fortassis enim adhuc mœrore affliciebantur: deinde post hæc, pauca quidem interponens, hoc testimonium intulit, confirmans illud: ne dicerent, Quomodo inimicos ejus posuit sub pedibus ejus, tanta nobis patientibus? Sufficiens quidem et in anterioribus hoc significavit: quod enim dixit, *Donec*, faciendum significavit, sed tempore procedente: hic autem hoc exsequitur. Ne forse, quoniam necdum subjecti sunt, inquit, putes etiam non subjiciendos: quoniam autem oportet subjici, manifestum est: etenim propheta propter hoc dicta est. *In eo autem quod subjecit ei*, inquit, *omnia, nihil reliquit ei non subjectum.* Quomodo ergo non omnia subjecta sunt? Quoniam futurum est, ut subjiciantur. Si ergo omnia oportet subjici, necdum autem subjecta sunt, nihil contristeris. Si enim sine adveniente, et omnibus subjectis, hæc pateris quæ pateris, recte doleres: nunc autem necdum videmus ei omnia subjecta, necdum Imperator noster cuncta obtinuit. Quid ergo turbaris, dum aliqua mala pateris? necdum omnia obtinuit prædicatio nostra, necdum tempus, in quo perficitur subjectio. Deinde alia consolatio. Si enim etiam ipse, qui omnes subjectos habiturus est, mortuus est, et decem millia passus: quid contristaris, cum et tu pateris? *Nunc autem videmus paululum ab angelis*, inquit, *minoratum Jesum Christum, propter passionem mortis.* Deinde intulit bona et prospera: *Gloria et honore coronatum.* Vide quomodo illi omnia coaptavit. Etenim idipsum quod dixit, *Paululum*, magis ei aptum est, eo quod tres solos dies in inferno fecit. Verumtamen nobis qui tanto tempore contribulamur, non potest aptari gloria et honor, sed illi multo amplius quam nobis. Iterum eis in mentem reducit passionem crucis: duo faciens, et quantam curam de omnibus habeat ostendens, et persuadens omnia fortiter tolerare, dum Magistrum ita viderent. Si enim qui ab angelis adoratur, inquit, sustinuit paululum ab angelis minorari: multo amplius tu, qui angelis minor es, cuncta tolerare debes pro teipso. Deinde ostendit quoniam gloria et honor crux est: sicut ipse semper eam vocat, dicens: *Ut glorificetur Filius hominis*; et, *Glorificatus est Filius hominis* (Joan. 13, 31). Si ille ea quæ pro servis passus est, gloriam vocat: multo amplius tu, quæ pro Domino pateris. Vides crux fructus quantus sit? Amato ergo hanc rem; triste quidem tibi videtur, sed decem millia generat bona. Ostendit etiam ex hoc tentationis utilitatem, ita dicens: *Qualiter gratia Dei pro omnibus gustaverit mortem.* *Qualiter*, inquit, *gratia Dei.* Et ille quidem propter Dei gratiam, quæ nobis donata, hæc passus est. *Qui proprio*, inquit, *Filio non pepercit, sed ipse pro nobis omnibus tradidit eum.* Cujus rei gratia? Non enim debebantur hæc nobis, sed gratia hoc fecit. Et iterum in Epistola ad Romanos dixit: *Multo magis gratia Dei, et donum unius hominis Jesu Christi in multos abundavit. Qualiter gratia Dei pro omnibus gustaverit mortem*: non pro fidelibus tantum, sed pro mundo universo, et ipse quidem pro omnibus mortuus est. Quid autem, si non omnes credunt? Ille quod suum erat implevit. Et proprie dixit, *Pro omnibus gustavit mortem.* Non dixit, *Ut moriatur*: revera enim sicuti qui gustat, sic breve intervallum in illa faciens, confestim surrexit. Dicendo ergo, *Mortem*, et *Passionem mortis*, manifeste mortem significavit; dicendo autem quoniam *Ab angelis melior*, resurrectionem declaravit. Sicut enim medicus non habens necessitatem ex cibis qui ægroto proponuntur gustare, sed illi consulens, primus ex illius cibo degustat, ut persuadeat ægroto promptius illos cibos accipere: sic etiam Dominus, quoniam omnes homines mortem timebant, persuadens eis, ut fiducialiter ad mortem accederent, et ipse gustavit mortem, nullam habens necessitatem. *Venit etenim hujus mundi princeps*, inquit, *et in me invenit*

nihil. Sic est et hoc quod hic dicitur, *Gratia pro omnibus gustavit, mortem*, quod confirmans intulit, dicens: *Decebat enim eum, propter quem omnia et per quem omnia, multos filios in gloriam inducentem, auctorem salutis eorum per passiones perficere*

De Patre hic loquitur: Vides quomodo iterum ei coapat? Non enim hoc faceret, si alicujus minoratæ rationis esset: diceret [*f. dicere s. ut diceret*] *Per eum*, et veluti Filio soli conveniret. Quod autem dicit, hoc est: Digna clementiæ suæ fecit, ut Primogenitum clariorem ostenderet, et, sicut athletam fortem et cæteros superantem, exemplum aliis constitueret auctorem salutis eorum, hoc est, causam salutis eorum. Vides quantum est in medio nostrum? et ipse Filius, et nos filii; sed ille salvat, nos salvamur. Vides quomodo nos et conjungit, et discernit? *Multos filios*, inquit, *inducens in gloriam*. Hic conjunxit: *Auctorem*, inquit, *salutis eorum*: hic discernit. *Per passiones*, inquit, *perficere*. Ergo passiones perfectiones sunt, et causæ salutis. Vides quoniam mala pati non est derelictorum? Si vero in hoc primum honoravit Filium Deus, ut per passiones eum induceret, revera multo melius est carnem suscipere et pati quæ passus est, quam hunc mundum facere et ex nullis existentibus proferre: hoc quidem clementiæ est, illud multo amplius: quod etiam ipse ostendens dixit: *Ut ostendat in sæculis advenientibus eminentes divitias bonitatis suæ, suscitavit, et sedere fecit in cælestibus in Christo Jesu. Decebat enim eum, propter quem omnia, et per quem omnia, multos filios in gloriam inducere, et auctorem salutis eorum per passiones perficere*. Decebat enim curam de nobis agentem, et omnia ut essent proferentem, tradere Christum pro cæterorum salute, unum pro multis. Verum non sic dixit, sed, *Per passiones*, inquit, *perficere*: ostendens quia qui patitur pro aliquo, non solum illum juvat, sed etiam ipse clarior efficitur et perfectior. Hoc autem ad fideles dicit, eos confidentiores efficiens. Etenim Christus tunc glorificatus est: non putes quia gloriæ quicquam accessit: illam quippe gloriam naturæ suæ habuit semper, nihil assumens. *Qui enim sanctificat*, inquit, *et qui sanctificantur, ex uno omnes. Propter quam causam non erubescit fratres eos vocare*. Ecce quomodo iterum conjungit, honorans eos et consolans, et Christi fratres eos efficiens, secundum quod ex uno eos esse dicit. Deinde muniens sermonem suum, et ostendens quoniam de eo qui secundum carnem est dixit, intulit: *Qui enim sanctificat*, hoc est, Christus: *et hi qui sanctificantur*, hoc est, nos. Intueris quantum interest? ille quidem sanctificat, sanctificamur autem nos. Sed et supra, *Auctorem*, inquit, *salutis eorum. Unus*, inquit, *Deus, ex quo omnia. Propter quam causam non erubescit fratres eos vocare*. Vides quomodo iterum ostendit illius eminentiam? In eo enim quod dixit, *Non erubescit*, demonstrat non rei naturæ esse, sed misericordiæ ejus esse totum, qui non erubescit, et humilitatis multæ. Etsi enim etiam ex uno, verumtamen ille sanctificat, nos autem sanctificamur; et multum interest: ille quidem ex Patre, sicut Filius et proprius, hoc est, ex ejus essentia; nos autem ex nullis exstantibus. Multum igitur item [*l. interest*], *Propter quod non erubescit*, inquit, *fratres eos vocare*, dicens: *Annuntiabo nomen tuum fratribus meis*. Carnem enim induens, indutus est mei fraternitatem, et introducta est simul etiam fraternitas. Sed hoc quidem recte profert, illud autem, *Ego ero confidens in eum*, quid sibi vult? et cætera, veluti, *Ecce ego et pueri, quos dedit mihi Deus*: sicut etiam hic Patrem eum ostendit, sic illic se fratrem. *Annuntiabo*, inquit, *nomen tuum fratribus meis*. Iterum eminentiam demonstrat. Et multum interest per ea quæ sequuntur: *Quoniam enim pueri communicaverunt carni et sanguini*.

Vides ubi dicit similitudinem? secundum carnem. *Proximus quippe etiam ipse eisdem participatus est*. Erubescant omnes hæretici, cooperiantur confusione qui putative dicunt eum advenisse, et non vere. Non enim dixit, *Quoniam participatus est tantum istis*, et tacuit; quamvis etsi sic diceret, sufficienter dixisset; sed aliud amplius posuit, hoc est, *Proximus* adiciens. Non, inquit, phantasia, non imago; alioqui quod dixit *Proximus*, non et stabit; sed vere ostendit fraternitatem. Deinde etiam et causam ponit dispensationis: *Ut per mortem*, inquit, *aboleret eum, qui potestatem habebat mortis, hoc est, diabolus*. Hic admirabile quiddam demonstrat, quia per quod potestatem habebat diabolus, per hoc victus est: arma quæ illi fuerunt fortia adversum mundum, hoc est mors, per ea illum Christus percussit. Hic magnitudinem virtutis ejus qui vicit insinuat. Intueris quantum bonum operata est mors? *Et liberavit*, inquit, *eos, quotquot timore mortis per omnem vitam obnoxii erant servituti*. Quare tremitis? quare timetis eam, quæ jam condemnata est? Jam terribilis non est, sed conculcata est, contempta est, extrema facta est, et nullius momenti est. Quid autem est, *Timore mortis per omnem vitam obnoxii erant servituti*? Aut hoc dixit, quia qui mortem timet servus est, et omnia patitur, ne moriatur: aut illud, quia servi omnes erant mortis, et quia necdum erant soluti, tenebantur ab ea: aut quia cum timore perpetuo vivebant homines semper se mori expectantes, nullum voluptatis sensum capere poterant, hoc timore apud eos manente: hoc enim significavit, dicens, *Per omnem vitam*. Hic demonstrat contribulatos, persecutionem passos, et patria et substantia et cæteris omnibus privatos liberius degere, et honestius ab aliis qui in deliciis constituti sunt, qui nihil tale passi sunt, qui in lætitia degunt: siquidem illi qui per omnem vitam timore mortis agebant, et servi erant, idem ab eadem sunt liberati, et derident eam, quam illi horrescunt. Tale enim est nunc, quale si quisquam victum aliquem producendum ad mortem, et semper hoc expectantem, pinguem reddat ex multis deliciis. Tale aliquid erat etiam mors antiquo tempore: nunc autem veluti si quisquam illum timorem excludens, cum deliciis agens, pronuntietur pugnaturus, et proponat agonem, ut jam non ad mortem, sed ad regnum adducatur. Ex quibus esse velles, ex iis qui in custodia pinguescerent, quotidianis diebus sententiam sui interitus expectantes: an ex illis

pugnaturis quidem multum, et laboraturis ultronea voluntate, ut diadema tandem regni suscipiant? Intueris quomodo rapuit eorum animum, et pendentes atque exspectantes effecit? Ostendit autem non mortem tantum quievisse, sed per hanc etiam illum, qui adversum nos bellum sine sœdere semper instituit, diabolus dico evacuatum. Qui enim mortem non timet, extra tyrannidem diaboli constitutus est. Si enim pellem pro pelle, et omnia dat unusquisque pro anima sua : quando etiam istam quispiam statuit contemnere, cujus erit de cætero servus? Nullum metuet, nullum timebit, omnium erit superior, omnium liberior. Qui enim animam suam contemnit, multo amplius etiam alia : quando enim invenerit talem animam diabolus, nihil in illa suorum operum poterit operari. Quid enim, dic mihi, minetur? damnum pecuniarum, inhonorationem, patriæ ruinam? Sed hæc parva sunt ei, qui neque animam suam pretiosam existimat, juxta beatum Paulum, attendenti scilicet quoniam qui mortis tyrannidem excludit, simul etiam diaboli virtutem dissolvit. Qui enim de resurrectione multa philosophari novit, quomodo timeat mortem, quomodo jam horrescat? Non itaque contristemini dicentes : Quare hæc, atque illa perpessi sumus? sic enim victoria clara perficitur : non enim esset clara, nisi mortem solveret. Hoc autem est mirabile, quoniam per eadem eam vicit, per quæ prævaluit, facilitatem ejus et solertiam ubique demonstrat. Non ergo perdamus datum nobis donum : *Non enim accepimus spiritum servitutis, sed spiritum virtutis et caritatis et temperantiæ.* Stemus ergo fortes, irridentes mortem.

Sed compellor gemere amarissime : ubi nos Christus extulit, ibi nosipsi dejicimus. Cum video enim luctus in plateis, et lamentationes super exeuntes de hac vita, et ululationes et inhonestates alias, credite mihi, confundor, et paganos et Judæos et hæreticos videns, et omnes qui nos irrident. Quæcumque jam dico, inaniter dico, de resurrectione philosophans. Cur hoc? Quia non quæ a me dicuntur attendunt pagani, sed illa quæ fiunt a nobis : et confestim dicunt, Quomodo ex istis aliquis contemnere poterit mortem, qui neque alterum mortuum potest videre patienter? Bona sunt quæ dicta a Paulo, bona et cælo digna, et Dei misericordia : quid enim dixit? *Ut liberet eos quotquot timore mortis per omnem vitam obnoxii erant servituti.* Sed non permittitis, ut credantur, vos ipsi vobis ipsis operibus repugnantes, cum etiam nos Deus muro circumseperit, veniens ad hoc, ut hanc amputaret pessimam consuetudinem. Dic mihi, quid sibi volunt istæ lampades festivæ? nonne sicut athletas eas producimus? quid etiam hymni? nonne ut Deum glorificemus, et ei gratias agamus, quoniam jam coronavit discedentem, quoniam a laboribus liberavit de servitute educens, apud se habens? nonne propter hoc psalmi et hymni? nonne propter hoc psalmodia? Omnia ista gaudentium sunt : *Gaudet, inquit, qui psallit.* Sed non ad hæc attendunt pagani. Nolo mihi dicas, inquit, quemquam sine compassione philosophantem : hoc enim nihil magnum est neque mirabile : ostende mihi in ipsa compassione, in dolore philosophantem, et tunc credam resurrectioni. Et quidem mulieres sæculares hoc facere mirum non est, quamvis etiam sævum hoc est : etenim ipsæ eandem exigunt philosophiam : propter quod et Paulus dicit : *De dormientibus autem nolo vos ignorare, ut non contristemini, sicut et cæteri qui spem non habent.* Non enim monachis scripsit! hæc, neque in virginitate manentibus, sed sæcularibus. Verumtamen hoc non ita sævum est : cum vero quis aut mulier, aut vir crucifixum se Christo dicit, et eorum alius quidem capillos dissipat, illa vero ululat, quid hac re confusibilis? Credite mihi dicenti : si enim sicut oportebat fieret, multo tempore debebant hujusmodi ab ecclesiæ limine prohiberi. Isti enim sunt, qui vere digni sunt luctu, qui mortem timent adhuc et horrescunt, qui resurrectionem adhuc non credunt. Sed non resurrectioni, inquit, ego penitus diffido, sed consuetudinem quæro. Quare ergo, dic mihi, quando in longinquum proficisceris, non eadem facis? Sed ploramus, inquis, et nunc, et luctum requiro. Sed illud vere consuetudinem quærentium est, hoc autem de reversione desperantium. Intellige, quid psallis in illo tempore : *Revertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi : Non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Et iterum : *Tu es refugium meum a tribulatione quæ me continet.* Intelligis quid sibi volunt isti psalmi? Sed non animadvertis, et inebriaris ex luctu. Vel in aliorum sepulturis intellige integre, ut habeas remedium in tuis. *Revertere, inquit, anima mea, in requiem tuam, quoniam Dominus benefecit tibi.* Dic mihi, dicis, *Quoniam Dominus benefecit tibi,* et lacrymaris? nonne scena sunt ista? nonne hypocrisis? Si enim vere credis verbis quæ dicis, supervacue luges : si autem ludis et fingis et fabulas esse putas, quare psallis? quare suscipis ad te venientes? quare non repellis psallentes? Sed furor hoc facit, et illud amplior furor. Interim igitur moneo, quia accedente tempore vehementius utar hac causa : etenim satis timeo, ne isto modo pessimus quidam morbus in Ecclesiam subintret. Et de luctibus quidem postea corrigam; interim hoc præcipio et testiflor et divites et pauperes, et mulieres et viros. Contingat quidem nos omnes sine luctu ex hac vita migrare, et secundum legem competenter patres a filiis senes deduci, et matres a filiabus et nepotibus et pronepotibus in pingui senectute, et nusquam contingere immaturam mortem. Contingat quidem hoc, et hoc oro et præsidentes et omnes vos rogo, et invicem Deum deprecari, et communem hanc orationem efficere : si autem, quod absit et quod non contingat, amara quædam mors accidat (amaram autem dico, non natura; neque enim jam amara est mors, a somno enim nihil distans; sed amaram dico accidere, ad vestram affectionem respiciens), et aliqui lamentatrices istas conduxerint : credite mihi dicenti, non aliter dico, sed quomodo habeo; qui vult irascatur : per multum tempus eum ab ecclesia vetabo, sicut idololatram. Si enim avarum idololatram vocat Paulus, multo magis eum, qui super fidelem mortuum ea quæ sunt idololatrarum inducit. Pro qua re, dic mihi, presbyteros

vocas et psallentes? nonne ut consolationem recipias? nonne ut honores discedentem? Quare igitur illum injurias? quare eum exemplis? quare ludis sicut in scena? Nos enim venimus de resurrectione philosophantes, omnia docentes, et eos qui necdum percussi sunt, per honorem qui illi tribuitur, si quando aliquid tale contigerit, ferre fortiter: tu autem ad lucis eos, qui nostra condemnant, quantum interim ad ipsos pertinet?

Quid hac irrisione et inductione pejus? quid hac aequalitate gravius? Confundimini et erubescite: si autem non vultis, nos non patimur amplius talia mortifera in Ecclesiam induci: *Peccantes, inquit, in conspectu omnium argue.* Et mulieribus illis miseris per vos prohibitionem hanc dico, ut numquam in mortibus fidelium, aut exportationibus ingrediantur, ne revera propria mala eas cogamus lugere, et doceamus ut non in alienis hæc faciant, sed proprias magis calamitates lamententur. Etenim pater misericors, quando filium inordinatum habet, non illum solum monet, ut non conjugatur malignis, sed etiam illos terret. Ecce igitur et vobis et illis mulieribus per vos admonens dico, ut neque vos convocetis tales, neque illæ adveniant. Et contingat quidem hoc verbum amplius operari, et has minas prævalere: si vero, quod absit, contemnamur, compellimur jam in actum adducere minas: vos quidem legibus ecclesiasticis coercentes, illas autem sicut legibus competit. Si vero aliquis pervicax inventus contemnat, audiat Christum nunc etiam dicentem: *Si quis peccaverit in te, vade, argue illum inter te et ipsum solum: si autem non obaudiat, assume tecum unum, aut duos: si etiam sic restiterit, dic Ecclesiæ: si autem et Ecclesiam contempserit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.* Si ergo eum qui in me peccaverit, cum non obaudierit, sic aversari jubet: qui in seipsum peccaverit et in Deum, quomodo habere debeo, vos judicate: vos enim nos culpatis sic non molliter agentes vobiscum. Si autem aliquis contemnit ligationes quæ a nobis fiunt, iterum et ipsum Christus docebit, dicens: *Quæcumque ligaveritis in terra, erunt ligata et in cælo: et quæcumque solveritis super terram, erunt soluta et in cælo.* Etsi etiam nos miseri et nulli sumus et contemni digni, sicut et digni sumus, sed non nos ipsos vindicamus, neque iram reddimus, sed de vestra salute cogitamus. Pudeat vos rogo, et verecundamini. Si enim amicum quis portat, vehementius quam oportet secum agentem, intentionem ejus discutiens, et quia benigne, non ex jactantia hoc facit: multo amplius doctorem, et ipsum non ex sua auctoritate dicentem, non vice judicis, sed vice patris curam gerentis. Non enim potestatem nostram demonstrare volentes, hæc dicimus: quomodo namque qui neque ad experimentum eorum, quæ dicimus, optamus venire? sed pro vobis dolentes et lugentes. Ignoscite autem, et nemo contemnat vincula ecclesiastica: non enim homo est qui ligat, sed Christus, qui nobis hæc potestatem dedit, et Dominus fecit homines tanti honoris. Et nos quidem ad solvendum volumus uti hac potestate; magis autem neque hujus rei necessitatem habere volumus: neminem quippe desideramus ligatum esse apud nos: non enim tantum sumus miseri et infelices, ac si valde nulli sumus. Si vero coacti fuerimus, ignoscite: non enim ultro, neque volentes, sed plus vobis qui ligamini dolentes, ligationes inferimus. Si autem aliquis contemnit istas, instabit tempus judicii, ubi docetur. Cætera autem modo dicere nolo, ne percutiam mentes vestras. Nos enim primum quidem oramus, non ad hanc necessitatem venire: si autem venerimus, quod nostrum est implemus, circumferimus vincula. Si autem quispiam hæc ruperit, ego quod meum est feci, et innoxius sum: de cætero erit autem tibi ratio apud Deum, qui mihi jussit ligare. Neque enim si imperatore præsidente armigerorum quispiam adstantium jubeatur aliquem ex ordine officii ligare, et vincula circumferre, ille autem non solum repellat illa vincula, sed etiam confringat: numquid armiger ille est, qui injuriam passus est, non autem imperator multo amplius qui jussit? Si ei, qui quæ [i. Si enim quæ] circa credentes fiunt, ipse sua propria ducit: quanto magis, quando ille, qui docere constitutus est, injuriatur, veluti si in se injurietur accipiat? Sed non contingat quemquam eorum, qui in hac ecclesia sunt, ad necessitatem horum vinculorum venire: sicut enim non peccare bonum est, sic tolerare correptionem utile. Toleremus itaque increpationem, et festinemus quidem non peccare: si autem peccaverimus, feramus correptionem. Sicut enim bonum est non vulnerari, si autem contingat, medicamentum imponere vulneri necessarium est: sic et hic. Sed non contingat quemquam talibus egere medicamentis. *Confidimus enim de vobis meliora, et ad salutem pertinentia, tametsi sic loquimur.* Vehementius fortasse loquuti sumus pro ampliore cautela. Melius quippe est asperum quemquam, et durum et audacem putari a vobis, quam vos quæ Deo placent non facere. Credimus autem Deo, quoniam non erit vobis inutilis hæc increpatione, sed sic mutabimini, ut sermones istos nostros in laudes vestras expendamus: ut obtinere cuncti mereamur bona, quæ promisit Deus diligentibus eum, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri una cum sancto Spiritu gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA V.

Non enim quemquam angelorum apprehendit, sed semen Abraham apprehendit. Unde debuit secundum omnia fratribus assimilari, ut misericors feret, et fidelis pontifex ad Deum, etc. Multam Dei misericordiam volens Paulus demonstrare, et caritatem quam circa genus humanum habuit: postquam dixit, *Quoniam ergo pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participatus est eisdem*, exsequitur amplius hunc locum. Non simpliciter audias quod dictum est, neque nudum aliquid hoc esse putes, quoniam carnem ex nobis as-

sumpsit, angelis hoc non donavit: *Non enim quemquam angelorum apprehendit, sed semen Abraham.* Quid est quod dixit? Non angeli naturam suscepit, sed hominis? Quid autem est, *Apprehendit*? Ille, inquit, non apprehendit naturam angelorum, sed nostram. Quare non dixit, Suscepit, sed isto verbo usus est, hoc est, *Apprehendit*? Ex metaphora insequentium eos qui revertuntur, et omnia facientium ut fugientes occupent, et ut apprehendere valeant insipientium. Fugientem quippe ante ipsum naturam humanam, et longe fugientem (*Eramus autem longe*), insequutus apprehendit. Ostendit quoniam misericordia sola et gratia et cura, quam de nobis habuit, hoc fecit. Sicut etiam cum dicit, *Nonne omnes sunt ministri spiritus in ministerium missi, propter eos qui hereditaturi erant salutem?* quantum festinaverit circa naturam humanam ostendit, et quoniam multa cura est Deo de illa: sic etiam hinc multo amplius est quod ponit ex comparatione. *Non enim angelorum quemquam apprehendit.* Et revera magnum et admirabile et stupore plenum est, carnem nostram sursum sedere, et adorari ab angelis et archangelis, Cherubin et Seraphin. Hoc sæpius ego in mente versans, excessum patior, et majora de genere humano imaginor: majora quippe video et clara exordia, multam Deo festinante pro natura nostra. Et non dixit, Homines simpliciter apprehendit, sed volens eos erigere, et ostendere magnum genus eorum et honorabile, dixit: *Sed semen Abraham apprehendit. Unde debuit secundum omnia fratribus similari.* Quid est, *Secundum omnia*? Natus est, inquit, educatus, crevit, passus est omnia quæ oportuit, in fine mortuus est: hoc est, *Secundum omnia fratribus similari.* Quoniam quippe multa dixit de majestate ipsius et superiore gloria, jam de dispensatione movet sermonem. Et contemplerur cum quanta sapientia, quomodo illum ostendit multum studium habentem, ut nobis simularetur, quod fuit curam de nobis plurimam gerentis. Dicens enim superius, *Quoniam pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participatus est eisdem:* et hic dixit, *Secundum omnia fratribus similari:* quasi dicens, Qui tam magnus est, qui est splendor gloriæ, qui est character substantiæ, qui sæcula fecit, qui sedet in dextra Patris, iste voluit et studuit frater noster in omnibus fieri, et propter hoc angelos reliquit et alias Virtutes, et ad nos descendit, et nos apprehendit, et decem millia operatus est bona: mortem solvit, diabolum ex tyrannide exclusit, nos de servitute eduxit, et liberavit, nos sua fraternitate honoravit, sed et aliis decem millibus: siquidem et sacerdos noster fieri voluit apud Patrem: infert enim, *Ut misericors fiat, et fidelis sacerdos in his quæ sunt ad Deum.* Propter hoc, inquit, carnem assumpsit nostram, propter misericordiam solam, ut misereatur nostri. Non est enim alia quæpiam causa dispensationis, quam hæc sola: vidit quippe humi jacentes, pereuntes a morte, tyrannidem patientes, et misertus est. *Ut propitiaretur,* inquit, *peccatis populi, ut misericors feret, et fidelis sacerdos.* Quid est, *Fidelis*? Verus, potens: sacerdotis enim fidelis est, posse eos, quorum est sacerdos, liberare a peccatis. Ut ergo offerat sacrificium, quod possit nos mundare, propter hoc factus est homo. Et intulit: *In his quæ sunt ad Deum:* est earum rerum gratia, quæ pertinent ad Deum. Expugnati enim eramus, inquit, Deo culpabiles, inhonorati; nemo erat qui offerret pro nobis sacrificium; vidit nos in his constitutos, et misertus est, non constituens nobis sacerdotem, sed ipse factus est sacerdos. Et quomodo fidelis? et intulit, *Ad propitiandum peccatis populi. In quo enim passus est,* inquit, *ipse expertus, potest et nos qui tentamur juvare.*

Satis humile est hoc minimum et indignum Deo: *In quo enim passus est,* inquit. Ipse de Incarnato hoc dicit, et ad satisfactionem audientium dictum est, et propter eorum infirmitatem. Hoc est, inquit, per experimentum eorum quæ patimur, veniens nunc non ignorat passionem nostras: non sicut Deus solum novit, sed etiam sicut homo cognovit per experimentum, per quod tentatus est: passus multa, novit compati: et licet impassibilis sit Deus, sed ea quæ sunt carnis hic narrat: veluti si diceret, Et ipsa caro Christi multa sæva passa est: novit quid est tribulatio, novit quid est tentatio patientium, non minus a nobis etenim et ipse passus est. Quid est ergo quod dicit, *Potest eos qui tentantur adjuvare?* Tanquam si quis diceret: Cum multa alacritate protendit manum ad compatiendum. Quoniam enim volebant magnum aliquid, et amplius habere eis qui erant ex gentibus: ostendit in hoc plus eos habentes, in quo nihil nocebat eos, qui erant ex gentibus. Quid est autem hoc? Quia ex ipsis est salus, quoniam eos apprehendit primum, quia inde assumpsit carnem. *Non enim angelorum quemquam apprehendit, sed semen Abraham apprehendit.* Honorat et patriarcham per hoc, et ostendit qui est semen Abraham: commemorat enim promissionis, quæ a Deo facta est, per quam dictum est: *Tibi et semini tuo dabo terram hanc.* In modico ostendit propinquitatem, quia ex uno sunt omnes. Sed non erat multa illa propinquitas: venit iterum ad istam memoriariam dispensationem, quæ est secundum carnem, et dixit: Erat quidem et ipsum velle fieri hominem multæ curæ divinæ et caritatis; nunc autem non hoc solum est, sed etiam bona immortalia, quæ per eum nobis tradita sunt. *Ad propitiandum enim,* inquit, *peccatis populi.* Quare non dixit, Mundi, sed dixit, *Populi?* nam omnium peccata sustinuit. Sed quia interim de ipsis vertebatur sermo: nam et angelus Joseph dicebat: *Vocabis nomen ejus Jesum: ipse enim salvabit populum suum.* Hoc quippe primum oportuit fieri, et propter hoc venit, ut istos salvaret, et tunc per istos illos, tametsi e contra contigit. Hoc etiam apostoli ab ipso initio dicebant: *Nobis suscitans Filium suum misit benedictentem nos;* et iterum: *Vobis sermo salutis hujus missus est.* Generositatem hic ostendit Judaicam, dicens: *Ad propitiandum peccatis populi.* Interim sic dixit. Quia enim ipse est qui peccata omnium dimittit, manifestavit in paralytico, dicens: *Dimittuntur tibi peccata tua;* et in baptisate: dixit enim ad discipulos suos, *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris*

et Filii et Spiritus sancti. Cum autem carnem apprehenderit Paulus, omnia jam humilia loquitur, nihil formidans. Attende enim quid jam dicit : *Quare, fratres sancti, vocationis celestis participes, intelligite apostolum, et sacerdotem confessionis nostrae Jesum Christum, fidelem exstantem et qui se fecit, sicut Moses in omni domo ejus.* Præpositurus eum Mosi secundum comparationem in lege sacerdotum, hunc sermonem induxit : non enim minorem opinionem habebant de Mose omnes. Et præmittit jam semina excellentiæ : et incipit quidem a carne, ascendit autem ad divinitatem, ubi jam non comparatio. Cœpit interim a carne, quod æquale est ponere, et dixit : *Sicut et Moses in domo ejus.* Et non statim in initio demonstrat excellentiam, ne auditor exsiliat, et obturet auditus : ac si enim fideles erant, verumtamen adhuc multam devotionem habebant circa Mosen. *Fidelem, inquit, exstantem ei qui se fecit apostolum et sacerdotem.* Nihil hic de essentia loquitur, neque de divinitate, sed interim de dignationibus humanis. *Sicut et Moses in omni domo ejus* : hoc est, in populo et in templo. Hæc enim, *In domo ejus*, dixit, tamquam si quis dicat, et de his qui sunt in domo. Siculi aliquis curator, dispensator domus, sic erat et Moses. Quia vero domum populum dicit, intulit : *Dei domus sumus nos* : hoc est, in creatura ejus sumus. Deinde etiam excellentiam significat, *Majori enim dignus factus est gloria, quam Moses.* Iterum redit ad carnem : *Secundum quod amplio rem honorem habet, quam domus, qui construxit eam.*

Et ipse, inquit, de domo erat. Et non dixit, Iste quidem servus, ille autem Dominus, sed hoc latenter significavit. Si domus erat populus, et ipse autem de populo erat, et ipse igitur de domo erat : sic enim et nobis usus est dicere : Ille ex domo illius est. Hic quippe domum non ipsum templum dicit : non enim illud Deus construxit, sed homines. Qui vero fecit eum, Deus est : Mosen dicit. Et intueri quomodo et ostendit excellentiam latenter. *Fidelis, inquit, in omni domo ejus.* Et ipse est ex domo, hoc est, ex populo. Majorem habet honorem qui fabricavit eam, quam domus. Et non dixit, Quanto majorem habet honorem ab operibus artifex, sed, *Quam domus, qui construxit eam. Qui autem omnia construxit, Deus est.* Vides quoniam non de templo dicit, sed de omni populo? *Et Moses quidem fidelis in omni domo ejus, sicut servus in testimonium loquendorum.* Ecce alia excellentia quæ est a Filio, et a servis. Attendis iterum quoniam proprietatem per Filii appellationem significat. *Christus autem sicut Filius in domo ejus.* Vides quomodo facturam et factorem discernit? quomodo servum, et Filium? et ille quidem in paternas res sicut Dominus ingreditur, iste autem sicut servus Dei. *Domus sumus Dei nos, si quidem fiduciam, et gloriam spei usque in finem firmam teneamus.* Hic iterum eos hortatur stare fortiter, et non subruere. Domus quippe Dei erimus, quod erat Moses, si fiduciam et gloriam spei usque ad fidem firmam teneamus. Qui enim dolet, inquit, in tentationibus, et qui subruit, non gloriatur : qui erubescit, qui absconditur, fiduciam non habet : qui dolet, non gloriatur. Deinde laudat etiam eos, dicens : *Si quidem fiduciam et gloriam spei usque in finem firmam teneamus.* Ostendit quia jam cœperunt. Oportet autem usque in finem, et non simpliciter stare, sed firmam habere spem in satisfactionem fidei non commotos a tentationibus. Dicit enim Scriptura de Patre, qui non est incarnatus : *De cælo prospexit Dominus, et vidit Filios hominum* : hoc est, omnia integre cognovit; et iterum, *Descendens videam, secundum clamorem eorum si consumatur*; et iterum, *Non potest Deus ferre nequitias hominum.* Abundantiam iræ ostendit Scriptura divina. Multo magis de Christo, qui etiam passus est in carne, dicuntur ista. Quia enim hominum experimentum omnibus rebus credibilis putat, et præcipientiam vult ostendere, Quia qui passus est, scit, inquit, quid patitur, hoc est, humana natura. *Quare fratres sancti.* Quod dixit, *Quare*, pro quapropter posuit. *Vocationis sanctæ participes.* Nihil hic quæralis, si illuc vocati estis : illic est merces, illic est retributio. Quid ergo? *Considerate apostolum et sacerdotem confessionis nostræ Jesum Christum fidelem esse ei, qui se fecit, sicut et Moses in omni domo ejus.* Quid est, *Fidelem exstantem ei qui se fecit*? Hoc est, devotum, defendentem ea quæ ejus sunt, non permittentem corrumpi. *Sicut et Moses in omni domo ejus.* Cognoscite quid est primus sacerdos et qualis, et non habebitis opus consolatione alia. Apostolum autem illum vocat propter quod missus est. Primum autem sacerdotem, inquit, confessionis nostræ, hoc est fidei : et isti populus commissus est, sicut et illi commissum erat regimen populi; sed huic majora ad meliores causas commissa sunt. *In testimonium loquendorum.* Quid dicit? numquid testimonium hominis accipit Deus? Et valide : si enim cælum contestatur et terram et colles, dicens per prophetam : *Audi, cælum, et auribus percipe, terra, quoniam Dominus loquutus est : et, Audite, valles, fundamenta terræ, quoniam Dominus judicium ejus* : multo magis homines : hoc est, sicut testes, quando confundentur isti : Christus autem sicut Filius. Ille quidem de alienis curam gerit, hic autem de propriis. *Sed etiam gloriam spei.* Bene dixit, quoniam omnia bona in spe erant. Gloriantur qui eam habent, sicuti de jam factis. Propter hoc dixit, *Gloriatio spei*; et infert, *Usque in finem firmam teneamus* : spe enim salvi facti sumus. Si ergo spe salvi facti sumus, et per patientiam expectamus, nullo mœrore affligamur in presentibus, neque jam nunc quæramus quæ futura nobis promissa sunt. *Spes enim, inquit, quæ videtur, non est spes* : bona enim hic percipere non possumus in ista pœnali vita. Quare ergo nobis ea prædixit, si non erat hic daturus? Ut promissione animas nostras recrearet, ut sponse confortaret desiderium, ut erigat nostram mentem : idcirco enim omnia facta sunt.

Quid ergo turbamur? Nemo videns malignos prosperitatem habere, turbetur : non est hic retributio neque malignitatis, neque virtutis : at si aliquando contingit, ut aliqua sit retributio vel malitiæ vel virtutis, non tamen secundum quod dignum est, sed simpliciter, vel-

uti gustus quidam iudicii, ut qui resurrectioni non credunt, talibus doceantur. Quando itaque videmus malignum ditescere, non subruamur : et quando videmus bonum mala pati, non turbemur : illic coronæ, illic supplicia. Est et alia ratio, quia non potest vel malus in omnibus malus esse, sed habet aliqua bona : neque bonus in omnibus bonus esse, sed habet aliqua peccata. Quando ergo prosperitatem habet malus, malo capitis sui habet : cum enim pro illis paucis bonis retributionem hic accipit, illic jam plenius punitur : propter hoc autem hic recipit. Et iterum beatus est ille maxime, qui hic punitur, ut omnia exponens delicta, probatus et purgatus hinc exeat, et in nullo obnoxius. Et hoc nos Paulus docens, dixit : *Propter hoc in vobis multi infirmi et ægroti, et dormiunt plurimi*; et iterum, *Tradidi hujusmodi satanæ*. Et propheta inquit : *Quia suscepti de manu Domini duplicia pro peccatis*; et iterum David, *Vide inimicos meos, quia multiplicati sunt super capillos capitis mei, et odio iniquo pderunt me, et dimitte omnia peccata mea*; et item alius, *Pacem da nobis, omnia reddidisti nobis*. Sed hæc quidem ostendentis sunt, bonos supplicia pro peccatis hic recipere : ubi autem ostenditur bona malos hic recipere, illic plenius puniri? Audi Abraham dicentem ad divitem : *Recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala*. Qualia bona hic in eo quod dixit, *Recepisti?* Ostendit secundum debitum utrosque passos, et illum quidem in prosperitate, illum autem in adversitate versatum, et dixit : *Propter hoc iste hic consolatur* : vides enim illum purgatum a peccatis; et *tu in doloribus*. Non igitur doleamus quando bonis potientes videmus peccatores, sed quando male patimur, gaudeamus; peccatorum quippe est expiatio. Non ergo quæramus relaxationem; tribulationem quippe promisit Christus suis discipulis : nam et Paulus dicit : *Omnes qui volunt pie vivere in Christo, persequutionem patiuntur*. Nemo fortis athleta in stadio lavacra requirit, et mensam repletam cibis et vino : hoc non est athleta, sed delicati : athleta enim pugnat cum pulvere, cum oleo, cum radio solis, cum sudoribus, multis tribulationibus et angustia. Agon hic est, et pugnandi tempus : proinde etiam vulnera suscipiendi, et sanguinem effundendi, et dolendi. Audi quid dicit beatus Paulus : *Sic pugno, non velut aerem cædens*. Omnem vitam in agone esse constitutam putemus, et numquam requiem quæramus, numquam tribulati mœreamus : si quidem neque qui cædibus pugnat mœret, cum se in agone viderit : aliud est enim remissionis tempus. Oportet autem nos per tribulationes perfici, quamquam nec persecutio aliqua sit neque tribulatio; sed tamen sunt aliæ tribulationes, per dies singulos nobis incidentes : si autem istas non portamus, illas portabimus. *Tentatio*, inquit, *vos non comprehendat, nisi humana*. Oramus quidem Deum, non intrare in tentationem; si autem intraverimus, portemus fortiter : illud quidem temperantium hominum est, ut se aliquis in pericula non præcipitet; hoc autem fortium et philosophorum. Non itaque nos præcipitemus quomodolibet; temeritatis quippe est : neque iterum cum adducemur, et rebus sic vocantibus cedamus; timoris namque hoc est : sed si quidem prædicatio verbi nos vocaverit, non renuamus. Et simpliciter dico : Non exstante neque utilitate aliqua, neque necessitate quæ ad pietatem pertinet vocante, non irruamus; ostentatio quippe est et ambitio honoris superflui : si autem aliquid eorum, quæ lædunt pietatem contingat, ac si mille mortes sustinere nos oporteat, nihil renuere debemus. Non provoces tentationes, quando tibi ea, quæ ad pietatem pertinent, pro voto procedunt : si vero desideraveris, superflua tibi assumis pericula, nullum lucrum habentia.

Hæc dico, volens vos custodire leges Christi jubentis orare, ne intremus in tentationem, et jubentis ut crucem suam tollat quis, et sequatur ipsum. Hæc quippe non sunt contraria, sed valde convenientia. Tu quidem ita esto præparatus, sicut miles fortis in armis : esto perpetue sobrius, vigilans, semper hostem exspectans; bella autem non excites; hoc quippe militis non est, sed seditiosi. Si vero tuba pietatis vocaverit, confestim procede, et contemne animam, et ingredi eam cum multa alacritate in agonem, rumpe aciem adversariorum, concide faciem diaboli, statue tropæum. Si autem pietas nihil læditur, neque depopulet aliquis quæ ad nos pertinent dogmata : dico autem ea quæ ad animam pertinent : neque cogat te aliquis facere quod Deo non placet, noli esse superfluus. Sanguinis oportet esse plenam Christianj vitam, sanguinis autem dico, non ut aliorum effundamus, sed ut parati simus nostrum effundere. Cum tanta igitur alacritate proprium sanguinem effundamus, quando pro Christo hoc erit, cum quanta aquam quis effundit : etenim aqua est sanguis circumfusus corpori : et cum tanta facilitate carne spoliari debemus, cum quanta et vestimento : hoc autem erit, si non erimus pecuniis dediti, si non domibus, si non affectioni, si ab omnibus erimus separati. Si enim qui militarem vitam vivunt, omnibus renuntiant, et ubicumque bellum vocaverit, ibi aderunt et vias incedunt, et omnia cum alacritate sustinent : multo amplius nos Christi milites sic præparatos esse oportet, et dispositos ad bellum passionum. Nunc non est persecutio, neque contigit fieri aliquando, sed aliud bellum est cupiditatis, pecuniarum, invidiæ, cæterarumque passionum. Istud bellum narrans Paulus dixit : *Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem*. Istud bellum instat, propter hoc semper nos armatos stare vult : quia enim semper armatos stare vult, *State*, inquit, *succincti lumbos vestros* : quod etiam ipsum præsentis est temporis : et significavit, quia semper oportet armari. Multum bellum per linguam, multum per oculos : istud bellum vincamus : multum bellum est cupiditatum. Idecirco inde incipit armare militem Christi : *State*, inquit, *succincti lumbos vestros*; et intulit, *In veritate*. Quare, *In veritate?* Illusio quippe est et falsitas cupiditas : propterea dixit propheta : *Renes mei re-*

pleti sunt illusionibus. Non est voluptas ista res, sed umbra voluptatis; Succincti enim lumbos vestros in veritate; hoc est, in vera voluptate, in temperantia, in honestate. Merito ista monet, videns importunitatem peccati, volens membra nostra muniri: Iracundia quippe injusta non justificabitur; et lorica non circumdari vult et scuto. Bestia namque est, facile illi sit iracundia [f. Bestia namque est iracundia, facile illi sit impetus], et mille maceris et munitionibus nobis opus erit, ut superemus et reprimamus. Propterea nobis hanc maxime partem veluti ex quibusdam lapidibus, hoc est, ossibus ædificavit Deus, munimenta ei constituens, ne dirupta facile vel incisa totum animal læderetur. Ignis, inquit, est. et tempestas magna, et nulla alia pars hanc valet sustinere. Dicunt etiam medicorum filii, propter hoc pulmonem suppositum esse cordi ut in mollitie jacens, veluti in quadam spougia, motu perpetuo saliens requiescat, et non duritia percussum pectus læderetur impetu frequentium saltuum. Opus est igitur nobis forti lorica, ut semper in silentio hanc bestiam observemus; opus vero est nobis etiam galea, quoniam ibi stat rationale nostrum, et inde aut salvari possibile est cognoscentem quæ oportet, aut perire. Propter hoc dixit, *Et galeam salutis*. Cerebrum, inquit, natura molle est: propterea etiam ipsum veluti quadam testudine cooperitur desuper. Omnium autem nobis causa honorum efficitur et malorum, dum aut quæ oportet cognoscimus, aut quæ contraria sunt. Sed et pedes nostri et manus opus habent armis; non istæ manus, neque isti pedes, sed animæ: illæ quidem meditantes quæ oportet, isti autem ut progrediantur quo oportet. Armemus igitur nos ipsos isto modo, et poterimus prævalere hostibus, et corona indui in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri gloria, una cum sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA VI.

Quapropter, sicut dicit Spiritus sanctus: *Hodie si vocem ejus audieritis, ne obduretis corda vestra, sicut in amaritudine juxta diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt et viderunt opera mea quadraginta annis. Ideo iratus sum generationi huic, et dixi, Semper errant corde. Ipsi autem non cognoverunt vias meas: sicuti juravi in ira mea, Si introibunt in requiem meam.* Loquutus de spe Paulus, dicens: *Quia domus ejus sumus, si tamen fiduciam et gloriam spei usque in finem firmam teneamus*: ostendit deinde, quia firme nos oportet exspectare, et huic rei fidem ex Scripturis facit. Sed animadvertite; obscurius enim quodammodo hunc locum loquutus est, et est difficilis ad intelligendum. Merito oportet nos breviter omne argumentum vos docere; et tunc ad textum recurrere; tunc et jam me opus non habebitis, si apostolicam intentionem didiceritis. De spe illi erat sermo, quia oportet sperare, quæ futura sunt; et quia omnibus modis erit eis, qui hic laboraverunt, aliqua merces et fructus et requies. Hoc igitur ex propheta comprobatur: et quid dixit? *Quapropter, sicut dicit Spiritus sanctus: Hodie si vocem ejus audieritis, ne obduretis corda vestra, sicut in amaritudine juxta diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt et viderunt opera mea quadraginta annis. Ideo iratus sum generationi huic, et dixi, Semper errant corde. Ipsi autem non cognoverunt vias meas: sicuti juravi in ira mea, Si introibunt in requiem meam.* Tres requies esse dicit: unam sabbati, qua Deus requievit ab operibus suis: secundam in Palæstina, in quam ingressi Judæi, requieturi erant, ex miseria multa et laboribus: tertiam, quæ revera est requies, hoc est, regnum cælorum, ad quam quos pervenire contigerit, revera requiescunt a laboribus et difficultatibus suis. Harum trium igitur hic mentionem facit. Cur autem de una disputans, trium mentionem fecit? Ut ostendat [per] prophetam de hac dicere. De prima enim, inquit, non dixit: quomodo namque dixerit, utpote quæ olim facta sit? Sed neque de ea quæ in Palæstina fuit: quomodo namque? non enim introibunt in requiem meam. Restat igitur tertiam hanc esse reliquam. Verumtamen necessarium est etiam historiam replicare, ut manifestior fiat oratio. Cum enim egressi essent de terra Ægypti, et multam viam perambulassent, et multa indicia virtutis Dei accepissent in Ægypto, in mari Rubro, in eremo, consilium fecerunt mandare speculatores, qui deberent inspicere naturam terræ: illi vero pergentes, reversi sunt, provinciam quidem valde mirantes, et magnorum fructuum procreatricem esse dicentes, et [l. sed] virorum inexpugnabilem esse illam provinciam et fortium. Judæi vero ingrati et insensati quos oportebat, ut recordarentur tantorum Dei beneficiorum, et quomodo eos conclusos in medio tanti exercitus Ægyptiorum eripuit de periculis, et aquarum fontes sine defectu donavit, et manna tribuit, et alia miracula quæ operatus est; et credere Deo: horum autem nihil cogitaverunt, sed timore ex nulla causa facti obstupuerunt, dicentes: Iterum in Ægyptum intrare volumus; eduxit enim nos huc Deus, ut hic pereamus cum filiis nostris et mulieribus. Deus igitur iratus, quia sic citius oblitus sunt tanta quæ facta erant, juravit ut non introiret generatio illa in requiem, quæ hic dicta est; et omnes perierunt in eremo. Quia ergo David hoc postea dixit, post generationem illorum loquens: *Hodie si vocem ejus audieritis, ne obduretis corda vestra*: ne similia patianini, qualia progenitores vestri, ne privemini requie: hinc clarum est quia est quædam requies. Nam si jam acceperant requiem, quæ erat in Palæstina, quare eis iterum dicit: *Hodie ne obduretis corda vestra, sicut patres vestri?* Quæ est ergo alia requies, nisi regnum cælorum, cujus imago et umbra est sabbatum? Deinde ponit omne aliud testimonium: est autem: *Hodie si vocem ejus audieritis, ne obduretis corda vestra, sicut in amaritudine, juxta diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt me*

patres vestri; probaverunt, et viderunt opera mea quadraginta annis. Ideo iratus sum generationi huic, et dixi, Semper errant corde. Ipsi autem non cognoverunt vias meas: sicut juravi in ira mea. Si introibunt in requiem meam. Tunc infert: Videte, fratres, ne sit in aliquo vestrum cor malignum infidelitatis, ut recedat a Deo vivo. Quippe ex duritia infidelitas nascitur. Et sicut obdurata corpora et dura non obsequuntur manibus medicorum: sic et animæ obduratæ non obsequuntur verbo Dei. Fortasse enim aliqui jam etiam non credebant, tamquam non essent vera ea quæ facta sunt: idcirco dixit: Videte ne forte sit in aliquo vestrum cor malignum infidelitatis, ut recedat a Deo vivo. Quippe quoniam sermo de futuris non est ita creditibilis, sicut de præteritis, commonefacit eos historiæ, in qua fide opus habebant. Si enim patres vestri, inquit, quia non speraverunt sicut oportebat sperare, hæc passi sint: multo amplius vos; ad illos enim iste sermo factus est. Hodie namque, inquit, semper est, donec constat mundus. Propterea consolamini vosipsos, per singulos dies usquequæ vocatur hodie. Hoc est, Edificate invicem, corrigite vosipsos, ne contingant vobis similia. Ne obduretur quispiam ex vobis decipiente peccato.

Attendite quia infidelitas peccatum fecit. Sicut enim infidelitas vitam malignam procreat, sic etiam anima, quando in profundum malorum venerit, contemnit: contemnens autem neque credere patitur, ut se timore liberet. Dixit namque, inquit, Non videbit Dominus, neque inteliget; et iterum, Labia nostra apud nos sunt; quis est noster Dominus? etc., et iterum, Cujus rei gratia offendit impius Deum? et iterum, Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus. Corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in studiis suis. Non est timor Dei ante oculos eorum, quoniam dolum operati sunt in conspectu ejus. Inventa est iniquitas ejus et odium. Christus quoque hoc idem dixit: Omnis qui male agit, odit lucem, et non venit ad lucem. Deinde infert Apostolus, Participes enim facti sumus Christi. Quid est, Participes facti sumus Christi? Participamus ex eo, inquit: unum facti sumus nos et ipse: siquidem ipse caput est, nos corpus, coheredes et concorporales: unum corpus sumus ex carne ejus et ossibus ejus. Si tamen principium substantiæ usque ad finem firmum teneamus. Quid est, Principium substantiæ? Fidem significat per quam subsistimus et nati sumus et essentialis, ut ita dicam, facti sumus. Deinde infert, in eo quod dicit, Hodie si vocem ejus audieritis, ne obduretis corda vestra, sicut in amaritudine. Per hyperbaton dictum est, In eo quod dicitur, Hodie si vocem ejus audieritis, ne obduretis corda vestra. Timeamus ne forte cessante promissione, qua promissum est intrare in requiem ejus, putet aliquis vestrum se alienatum esse: etenim sumus evangelizati, sicut et illi. In eo quod dictum est, Hodie si vocem ejus audieritis. Hodie enim semper est. Sed non profuit sermo auditus illis, qui non erant temperati fide eorum quæ audierant. Et quomodo non profuit? Deinde volens eos terrere, ostendit hoc ipsum, dicens: Quidam enim audientes umaricaverunt, sed non omnes qui exierunt ex Ægypto per Moysen. Quibus autem iratus est quadraginta annis? nonne peccatoribus, quorum membra ceciderunt in eremo? Quibus autem juravit, quia non intrarent in requiem ejus, nisi infidelibus? Et videmus quia non poterant intrare propter infidelitatem. Dicens iterum hoc testimonium, et interrogationem infert, quod facit sermonem apertum. Dixit enim, inquit, Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in amaritudine. Quorum mentionem facit obduratorum? quorum infidelium? Nonne Judæorum? Quod autem dicit tale est: Audierunt et illi, inquit, sicut et nos audimus, sed nihil profuit illis. Non ergo putatis quia ex auditu tantum prædicationis juvabimini: quia et illi audierunt, sed nihil utilitatis habuere, quoniam non crediderunt. Caleb autem et Jesus, quia non consenserunt infidelibus, effugerunt penam quæ illis illata est. Et inspicere quam mirabiliter: non dixit, Non consenserunt, sed, Non contemperati sunt; hoc est, sine seditione dissenserunt, illis omnibus unam atque eandem sententiam habentibus. Hic mihi tamen videtur etiam seditionem quamdam significare. Intrabimus, inquit, enim in requiem, nos qui credidimus. Et unde hoc certum? Et intulit: Secundum quod dixit: Sicut juravi in ira mea, si intrabunt in requiem meam. Quamquam operibus ejus a constitutione mundi factis; et tamen hoc non nos non intraturos manifestavit, sed illos non intraturos. Id ergo festinat ostendere interim, quia sicut requies illa non prohibet aliam requiem dici, sic neque hæc illam cælorum requiem. Interim ergo vult ostendere, quia non venerunt illi ad requiem: quia enim hoc dicit, addidit: Dixit enim alicubi de die septima sic: Et requievit Deus in die septimo ab omnibus operibus: et in hoc iterum: Si intrabunt in requiem meam. Vides quomodo non prohibet illam, istam esse requiem? Quia ergo relinquit, inquit, quosdam intrare in illam, et qui primo evangelizati sunt, non ingressi sunt per infidelitatem; deinde quamdam definit diem, hodie in David dicens, Post tantum tempus, sicut prædictum est. Quid autem est quod dicit? Quia enim debent, inquit, aliqui intrare, utique illi non intraverunt. Quia vero aliquos oportet intrare, et debent aliqui intrare, audiamus unde hoc certum sit. Post tantos annos, inquit, dicit, iterum David: Hodie si vocem ejus audieritis, ne obduretis corda vestra. Si enim eos Jesus requiescere fecisset, nequaquam de alia die loqueretur postea. Certum est ergo, quod [scilicet quia] futurum est quosdam accipere retributionem, hæc itaque dixit. Proinde relinquitur sabbatismus populo Dei. Unde? Ex eo quod præcipitur, Ne obduretis corda vestra. Non enim præciperetur, nisi esset sabbatismus; neque juberentur talia non facere, ne eadem etiam ipsi paterentur, nisi futurum esset eos talia pati. Quid autem talia erant passuri, qui Palæstinam provinciam possidentes, nisi alia quædam esset requies?

Et bene conclusit hunc sermonem: non enim dixit, Requies, sed, Sabbatismus, proprium

nomen, ad quod gaudebant et concurrebant, sabbatismum regnum vocans. Sicut enim sabbato ab omnibus malis abstinere jubetur, et illa tantum fieri, quæ ad obsequium Dei pertinent, quæ sacerdotes efficiebant, et quæ animam juvabant, et nihil aliud: sic et tunc. Iste vero non ita est, inquit, sed quid? *Qui enim intrat in requiem ejus, et ipse requiescit ab operibus suis, sicut a propriis Deus.* Sic [Sicut] enim Deus requievit ab operibus suis, sic intrans in requiem ejus. Quia enim de resurrectione illis erat sermo, et hoc desiderabant advertere in isto sermone, omnia conclusit in eo quod dictum est, *Hodie, ut numquam desperarent se intraturos.* Consolamini, inquit, vos ipsos per singulos dies: hoc est, ac si quisquam peccaverit, usquequo est hodie, spem habeat. Nullus igitur desperet usquequo vivit. Maxime autem, inquit, neque sit cor malignum infidelitatis; ac si etiam sit, nemo desperet, sed refoveat seipsum: usquequo enim est hodie, habet occasionem. Hic autem non solum infidelitatem dicit, sed etiam murmurationes. *Quorum membra, inquit, ceciderunt in eremo.* Deinde ut non putet aliquis, quia absolute requie fraudabuntur, infert et supplicium, dicens: *Vivens quippe est Verbum Dei et operans, et acutius super omnem machæram bis acutam, et penetrans interiora animæ et spiritus, compagum ac medullarum, et iudex cogitationum et intelligentiarum cordis.* Hic de gehenna disputat ac de supplicio. In abscondita ejus, inquit, penetrat; hoc est, cordis nostri; et secans animam. Non enim hic cadunt membra, neque terræ fraudatio est sicut illic; sed regni cælorum, et gehennæ tradi æternæ et supplicio immortalis et pænæ. *Sed consolamini vos ipsos.* Attende mansuetudinem et proclivitatem Pauli. Non dixit, Increpate, sed, *Consolamini.* Sic nos oportet eis qui per tribulationem angustantur accommodari. Hoc et in Epistola sua ad Thessalonicenses scribens, dixit: *Monete inquietos.* De pusillanimitis autem non sic, sed quid? vide: *Sed [f. videlicet] consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, longanimes estote ad omnes.* Hoc est, non desperetis, non renuntietis: eum enim qui per tribulationem angustatur, qui non consolatur, duriorum facit. Ne obduretur quisquam ex vobis, inquit, deceptione peccati. Aut enim deceptio diaboli dicit; deceptio quippe est vera; ut nihil quis speret futurorum putando quoniam sine reciprocatione erunt actus nostri, et quia de factis nostris quæ hic agimus nullam reddemus rationem, neque quia erit resurrectio. Sive aliter, deceptio est sine ullo esse dolore. Dicere quippe, Quid jam potero, qui semel peccavi? non habeo spem recuperandi memetipsum; deceptio est. Deinde spem illis excitat, dicens: *Participes facti sumus; pene dicens: Qui ita nos amavit, qui tantum nos dignatus est, ita ut suum nos faceret corpus, non nos despiciet pereuntes.* Intelligamus, inquit, qualibus rebus facti sumus: nos et Christus unum sumus: non ergo increduli ei existamus. Et iterum illud significat quod dictum est alibi, *Quia si tolerabimus, et conregnabimus.* Hoc quippe est, *Participes facti sumus.* eadem participamus quæ et Christus: hortatur quippe ex utilibus; *Participes, inquit, facti sumus Christi.* Deinde hortatur ex tristibus: *Tineamus ne forte cessante promissione intrandi in requiem ejus, putet quisquam iterum privatam se esse.* Illud autem manifestum est, et omnibus concessibile. *Probaverunt me, inquit, et viderunt opera mea quadraginta annis.* Vides quia non oportet expetere Dominum reciprocationes, sed sive reciprocet, sive non, credere illi? illos enim nunc culpam in hoc, quia tentaverunt Dominum. Qui enim vult probationes accipere vel virtutis, vel providentiæ, vel procurationis ejus, necdum credit neque potentem eum esse, neque misericordem. Hoc etiam in anterioribus scribens significabat, volens [f. volentes] fortassis jam virtutis ejus, et quantum pro illis providentiam generet, examinationem et redargutionem sumere in tentationibus. Vides quia ex infidelitate ubique offenditur Deus, et ad indignationem adducitur? Quid ergo inquit? *Remanet sabbatismus populo Dei.* Vide autem quomodo totum istum sermonem ratiocinatus est. Juravit, inquit, illis prioribus, non intrare eos requiem, et non intraverunt. Deinde post illos post multa tempora loquens Judæis dixit: *Ne obduretis corda vestra, sicut patres vestri.* Certum ergo est quoniam est alia requies. Deinde [f. De ea] enim quæ in Palæstina fuit, non posset dici; habebant enim illam: jam de septima die non posset dici; non enim de ipsa disputabant, siquidem multo ante jam facta erat. Aliam igitur quamdam significabat, quæ vera est requies.

Revera enim illa est requies, ubi fugit dolor, tristitia, gemitus, et ubi neque sollicitudines, neque labores, neque agones, neque timor obstupescere faciens et commovens animam, sed solus Dei timor voluptate plenus. Non est illic, *In sudore vultus tui comedes panem tuum;* neque spinæ, neque tribuli: non est illic, *In tristitia generabis filios.* neque, *Ad virum tuum conversio tua, et ipse tui dominabitur;* sed omnia pax, gaudium, jucunditas, voluptas, bonitas, mansuetudo. Non est illic invidia, neque zelus, neque morbus, neque mors corporis, neque illa quæ est animæ: non ibi tenebræ, neque nox, semper dies, semper lux, semper diei claritas. Non est ibi fatigari, non est ibi fastidium accipere, semper in desiderio bonorum perseverabimus. Vultis ut dem vobis similitudinem quamdam illius status? Non est quidem possibile, verumtamen in quantum possum conabor dare vobis quamdam imaginem. Suscipiamus in cælum, quando nulla se interponit nubes, et clara est omnis ejus corona: deinde ad pulchritudinem aspectus ejus aliquantulum temporis perduremus, et intelligamus quoniam et solum habemus, non quidem tale, quale nunc est, sed tanto melius effectum, quanto luteistestis aurum est melius. Et post illud item superius tectum: deinde angelos, archangelos, innumerabiles populos incorporearum Virtutum: deinde ipsa Dei regia, thronum Paternum. Sed non valet, sicut dixi, sermo exprimere totum: experimento opus est; per experimentum quippe melius agnosceretur. Quomodo putas dic mihi, Adam fuisse in paradiso?

Ab illa multo erit melior ista conversatio, quantum terra melius est cælum. Attamen et aliam similitudinem inquiramus. Si contingat eum qui modo imperat, omnem mundum obtinere, deinde neque bellorum, neque curarum habere ullam molestiam, sed in honore esse tantum et deliciari, et multa quidem habere tributa undique, et aurum illi affluere et reconditum esse : qualem illum putatis animum habere, si omnia bella totius terræ quiescere videat ? Tale aliquid erit majus : nequaquam autem ad similitudinem illius regni perveni : propter quod oportet et aliam inquirere intelligentiam. Da mihi aliquem qui sit sicut infantulus regis : usquequo quidem in vulva est, nihil sentit ; si autem contingat eum inde egredi, et in thronum regalem ascendere, non paulatim, sed confestim cuncta accipere : sic est etiam ille status. Est et alia similitudo : si quis vincetus et multa mala passus, repente ad regale solium rapiatur : sed neque sic integre pertingere potui ad illius regni similitudinem. Hic quippe quæcumque quis perceperit bona, in prima quidem die, ac si ipsum regnum dixeris, viget in eo amor et gaudium, et in secunda die et in tertia ; tempore vero procedente permanet quidem in voluptate, non tamen tanta : minuetur quippe semper ex consuetudine qualemque bonum istud sit. Illic autem non solum non decrescit, sed etiam augmentum accipit. Intellige namque quantum sit animam illuc pergentem, nequaquam finem bonorum illorum expectare neque mutationem ; quin potius incrementum, et vitam finem non habentem, et vitam omni periculo liberam, omni mœrore et cura alienam, plenam gaudiis et mille bonis. Si enim hic in campum exeuntes, et tabernacula militum spectantes ex velaminibus confecta, et tela et galeas, vel umbonibus et umbilicis scutorum resplendentes, et rapimur spectaculi miraculo ; si vero etiam jam Imperatorem nobis contingat modicum videre, sive currentem, sive equitantem in armis aureis ; universitatem nobis habere putamus. Quid ergo putas, cum videris sanctorum tabernacula æterna in cælo confixa ? *Suscipiant*, inquit, *vos in tabernacula æterna* : cum unumquemque eorum super radios solis videris refulgentem, non ex ære et ferro, sed ex illa gloria, cujus candorem et coruscationes oculus humanus non potest inspicere. Et hoc quidem quantum ad homines attinet : quid autem jam dicam multam militiam angelorum, archangelorum, Cherubim, Seraphim, Sedium, Dominationum, Principatum, Potestatum, quorum pulchritudo inexplicabilis omnem mentem excedit ? Sed quamdiu non quiescam in requie incomprehensibili ? *Quæ oculis*, inquit, *non vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus eum*. Proinde nihil miserabilius eis, qui ab istis exciderint. Sed nos efficiamur ex parte beatorum, ut obtinere mereamur bona æterna, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri una cum sancto Spiritu gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA VII.

Festinemus igitur intrare in illam requiem, ut ne in idipsum quisquam incidat infidelitatis exemplum. Vivus enim est sermo Dei et efficax, et penetrabilior super omnem gladium ancipitem, et pertingens usque ad divisionem animæ et spiritus, compaginum quoque et medullarum, et discretor cogitationum et intentionum cordis : et non est aliqua creatura occulta in conspectu ejus : omnia autem nuda et manifesta sunt in oculis ejus, ad quem nobis sermo est. Magna quidem res est fides et salutaris, et sine hac non est salvari aliquando. Sed non sufficit sola hæc operari, opus est et conversatione recta. Proinde etiam Paulus admonet eos, qui dignationem mysteriorum suscipere meruerunt, dicens : Festinemus igitur intrare in illam requiem. Festinemus, inquit, quoniam non sufficit fides, sed debet addi et vita, et multum studium debet adhiberi. Opus est quippe revera, ut intremus in regna cælorum. Si enim terram intrare non meruerunt, qui tantas calamitates pertulerant in eremo, et terram apprehendere non potuerunt, quia murmuraverunt et fornicati sunt : quomodo nos cælum merebimur indifferenter viventes ? Opus igitur nobis est et studio et fide. Non usque ad hoc tantum est damnificatio, ut non intret quis : non enim dixit, Festinemus intrare in requiem, ne excidamus de tantis bonis, sed quod maxime homines erigit, hoc addidit. Quid autem est hoc ? Ne in idipsum exemplum quisquam incidat infidelitatis : hoc est, ut in mente nostra habeamus illam spem et expectationem, ne similiter excidamus. Quia autem excidimus, exemplum manifestat : Ne in idipsum, inquit, incidamus. Deinde ne audiens quis, In idipsum, eandem ipsam putet pœnam, audi quid subjungit : Vivus enim est sermo Dei et efficax, et penetrabilior super omnem gladium ancipitem, et pertingens usque ad divisionem animæ et spiritus, compaginum quoque et medullarum, et discretor cogitationum, et intentionum cordis. Hic ostendit quoniam et illa idem ipse operatus est, et vivit, non est extinctus. Igitur quoniam sermonem audisti, ne simpliciter accipias : gladio enim est penetrabilior. Attende descensionem Pauli, et hinc considera pro qua causa opus habuerunt prophætæ dicere, gladium, rhomphæam, et arcum : Nisi convertamini, inquit, rhomphæam suam vibravit, et arcum suum tetendit, et paravit illum. Si enim post tanta tempora, et post perfectionem, non potest nomine sermonis tantum terere, sed opus habet etiam istis verbis, ut ostendat eminentiam ex comparatione : multo magis tunc, Penetrabilior, inquit, usque ad divisionem animæ et spiritus. Quid est hoc ? Terribilius aliquid significavit, aut quia spiritum dividet ab anima, aut quia et ipsa incorporea penetrat et pertingit, non tantum sicut gladius corpora. Hic ostendit quia et anima punitur, et quia interiora examinantur, totum per totum penetrat hominem. Et discretor est cogitationum et intentionum cordis, et non est creatura occulta in conspectu ejus. Hic eos maxime

terrui. Ne forte adhuc in fide stantes non cum integra satisfactione confiditis, ipse quæ in corde sunt discernet: ibi enim ascendet et puniens, et examinans. Et quid dico de hominibus? at si angelos dicas, at si cherubim, at si Seraphim, at si aliam quamlibet creaturam, omnia revelata sunt oculo ejus, omnia aperta et manifesta, nihil est quod eum possit latere: *Omnia nuda et aperta sunt oculis ejus, ad quem nobis sermo est.* Quid autem est, *Aperta?* Ex metaphora pellium, quæ de pecudibus detrahuntur. Sicut enim cum pecudes occiderit quis, et ex carnibus detraxerit pellem; omnia interiora revelantur, et aperta sunt oculis nostris: sic et Deo aperta subjacent omnia. Tu autem attende etiam hoc, quomodo semper opus habet corporeis exemplis: quod fit ex infirmitate audientium. Quia enim infirmi erant declaravit, dicens tardos eos esse, et opus habentes lacte, non solido cibo. *Omnia nuda sunt,* inquit, *et aperta oculis ejus, ad quem nobis sermo est.* Quid est, *In idipsum exemplum infidelitatis?* Tamquam si diceret, quare non viderunt illam terram promissionis? Quia accipientes pignus virtutis Dei, oportebat eos credere timore magis obedientes, et non magna imaginari; at certe pusillanimitate perierunt. Potest autem aliud dici, quia et maximam partem itineris ambulantes, cum ad ipsa limina pervenirent, cum ad ipsum portum intrarent, demersi sunt. Hoc etiam in vobis, inquit, timeo. Hoc est, *In idipsum exemplum infidelitatis:* quia et isti multa passi sunt, sicut eis post paululum testificator, dicens: *Recordamini priorum dierum, in quibus illuminati estis, quantum certamen passionum sustinulistis.* Nemo enim pusillanimis sit, neque in fine renuntians cadat. Sunt enim qui in principio cum ingenti desiderio arripiunt aliquid, postea vero paululum quiddam universo adicere volentes, universum amittunt. Sufficenter ex parentibus nostris docemus, ne in similia incidamus, ne eadem patiamur, quæ illi passi sunt. Hoc est, *In idipsum exemplum infidelitatis.* Non resolvamur, inquit: quod etiam circa finem dicit: *Dissolutas manus et dissoluta genua erigite. Ne in idipsum exemplum quis incidat;* hoc enim est revera cadere. Ne deinde audiens quisquam in idipsum exemplum incidere, eandem mortem suspicaretur quam et illi passi sunt, attende quid dixit: *Virus enim est sermo Dei et efficax, et penetrabilior super omnem gladium accipitem.* Omni quippe gladio sævior est: in eorum namque animas incidit sermo, plagas quasdam operans sævas, et perniciosas incisiones importat. Et harum rerum demonstrationem adhibere non opus habet, neque conficere necessarium putat, habens tam manifestam narrationem. Quale namque bellum, inquit, illos perdidit? qualis gladius? nonne ultro corruerant? Non enim quia talia non sumus passi, securi esse debemus: usquequo enim hodie dicitur, licet nobis recreari. Et ne, audientes quæ ad animam pertinebant, negligentes efficerentur, addidit ea quæ ad corpus attinerent: tunc enim sic fit: sicut rex aliquis iudices suos majora peccantes, primum quidem spoliat militia, et cingulum aufert ac dignitatem, et tunc ulciscitur: sic etiam hic gladius Spiritus operatur. Post hoc jam de Filio disputat: *Ad quem nobis,* inquit, *sermo est.* Quid est, *Ad quem nobis sermo est?* Hoc est, Ipsi, inquit, redditori sumus rationem actuum nostrorum. Et quomodo hoc fit? Ut non cadamus, inquit, neque pusillanimes efficiamur: sufficenter quidem etiam illa nos, inquit, docent. *Habemus autem et sacerdotem magnum intrantem cælos, Jesum Filium Dei.*

Quia enim propterea addidit, *Non enim habemus,* inquit, *sacerdotem, non valentem compati infirmitatibus nostris:* idcirco superius dicebat, *In quo passus est ipse et tentatus, potens est eos qui tentantur adjuvare.* Intuere ergo quomodo et hic idipsum facit. Quod autem dicit, tale est: Venit, inquit, per viam qua et nos, magis autem ad priorem [scilicet asperiores], et omnium hominum [humanorum?] experimentum accepit. Illic quippe dicebat, *Non est creatura occulta in conspectu ejus, divinitatem significans:* nunc autem quia de carne loquitur, humiliter disputat, dicens: *Habentes igitur pontificem magnum intrantem cælos:* et ostendit majorem illi esse curam de nobis, et quia sicut propriis adest, et non vult eos cadere. Moses enim, inquit, non intravit in requiem, ipse autem intravit. Et quomodo hoc nusquam posuit, mirum est. Ne viderentur sibi excusationem invenire, comprehendit autem etiam ipsum: et ne videatur accusare illum virum, aperte illud non dicit. Si enim nihil hujusmodi dicentem talia adversus illum proferebant, dicentes: Contra Moysen et contra legem iste loquitur: multo amplius, si dixisset, Non est Palæstina, sed cælum, majora de illo dicerent. Sed non totum pontifici tribuit, sed etiam a nobis quærit, dico autem confessionem. *Habentes,* inquit, *pontificem magnum, intrantem cælos, Jesum Filium Dei, teneamus confessionem ejus.* Qualem confessionem dicit? Quoniam est resurrectio, quoniam est retributio, quoniam mille bona, quia Christus Deus est, quoniam fides recta est, hæc confiteamur. Quia vero hæc vera sunt, manifestum ex eo quod pontifex in interioribus constitutus est. Non excidamus, confiteamur. Si enim modo adessent, falsus esset qui promisit: proinde etiam hoc verum est, Quomodo differuntur? Etenim pontifex noster magnus est: *Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris.* Non, inquit, ignorat quæ nostra sunt, sicut multi pontifices, qui ignorant eos qui in tribulationibus constituti sunt, et neque quæ sit tribulatio in hominibus, sciunt. Impossibile quippe est scire afflictiones afflictorum ei, qui experimentum afflictionis non habuit, et sensibilibus omnia non sustinuit: pontifex autem noster competenter primum omnia sustinuit, et tunc ascendit, ut possit compati. *Tentatum,* inquit, *per omnia secundum similitudinem sine peccato.* Inspice quomodo etiam supra idipsum, *Similiter,* posuit, et hic iterum, *Secundum similitudinem.* Hoc est, persecutionem passus, sputa suscepit, accusatus est, detractionem sustinuit, calumnias passus est, repulsus est, in fine crucifixus est. *Juxta similitudinem,* inquit, *sine peccato.* Hic etiam aliquid significat. Possibile est sine peccato etiam in tribulationibus con-

stitutum degere : sicut etiam cum dicit, *In similitudine carnis*, non hoc dicit, quia similitudo carnis fuit, sed quia carnem suscepit. Quare ergo dixit, *In similitudine*? Quia de peccatrice carne loquebatur. Similis, inquit, fuit carni nostræ : natura quippe eadem nobis, peccato vero nequaquam eadem. *Accedamus ergo cum fiducia ad sedem gratiæ ejus, ut accipiamus misericordiam, et gratiam inveniamus in opportuno auxilio*. Quam dicit sedem gratiæ? Sedem ipsam regalem, de qua alibi dicitur : *Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis*. Quid est, *Accedamus cum fiducia*? Quia pontificem sine peccato habemus, certantem cum mundo, *Confidite*, inquit, *ego enim vici mundum*. Nam quod dictum est, *Oportet eum omnia pati, mundum autem eum esse a peccatis*; hoc significat, ac si nos sub peccato sumus, inquit, sed ipse sine peccato est. *Accedamus ergo cum fiducia*. Sedes autem gratiæ, est sedes iudicii. Nunc propterea accedamus cum fiducia, ut accipiamus misericordiam qualem quærimus : largitas quippe ejus est hæc causa et donum regale. *Et inveniamus, inquit, gratiam in auxilio opportuno*. Bene dixit, *In opportuno auxilio* : Si enim nunc, inquit, accedas, accipies et gratiam et misericordiam; opportune quippe accedes : si autem tunc accesseris, nequaquam; inanis quippe erit accessio tunc; non enim erit tunc sedes gratiæ. Usque tunc sedebit Rex; cum autem venerit finis, tunc surget ad iudicium. *Exsurge, inquit, Deus, judica terram. Accedamus ergo cum fiducia*. Iterum illud dixit, ut nihil habeamus in conscientia malignum; hoc est, non dubitantes : non enim potest cum fiducia talis accedere. Idcirco dixit : *Tempore opportuno exaudiri te, et in die salutis adjuvi te*. Namque et nunc post baptismum peccantes invenire penitentiam, gratiæ est. Ne autem audiens illum pontificem, putes stare, statim eum ad sedem adducit : pontifex enim non sedet, sed stat. Vides quoniam quod factus est pontifex, non naturæ est, sed humilitatis et exinanitionis? Hoc et nobis nunc opportunum est dicere, *Accedamus cum fiducia petentes : tantum fidem asseramus, et omnia tribuit*. Modo tempus est donorum, nemo de scipso desperet. Tunc est desperationis tempus, cum thalamus fuerit clausus, cum intraverit Rex videre discumbentes, cum venerint ad sinum patriarchæ, qui eo facti fuerint digni : nunc autem necdum; adhuc quippe theatrum consistit, adhuc agon permanet, adhuc palma pendet.

Festinemus igitur : nam et Paulus dixit : *Sic curro, non quasi in incertum*. Cursu opus est, et cursu valido. Qui currit, neminem occurrentem sibi videt, sive per prata sive per aspera loca transeat : qui currit, non ad spectatores attendit, sed ad palmam; sive divites sint, sive pauperes, sive detrahat quis, sive cædat, sive injuriet, sive lapidet, sive domum diripiat, sive filios videat aut uxorem, sive aliud quid, ad unum tantum festinat currendo, hoc est, ut accipiat palmam. Qui currit, numquam stat : nam si vel modicum negligat, totum amittit. Qui currit, nihil anteponit fini, sed magis ad eum pertendit. Hoc a me dictum est ad eos, qui dicunt : In juventute quidem mea studium habui, in juventute jejunavi, nunc autem senui. Maxime vero religiositatem augmentare debuisti. Nemo mihi veteres virtutes enumeret : nunc magis viget quis, et in juventute firmus non est. Qui enim corporalem istum currit cursum, recte dicit, quia canities eum apprehendit, et non valet similiter currere, quia omnis agon in corpore constitutus est : tu vero ob quam causam cursum minues? Hic enim animo opus est, animo erecto : anima quippe in senectute potius confortatur; tunc viget, tunc exsultat. Sicut enim corpus usquequo febribus detinetur, et subsequentiibus ægritudinibus, ac si sit validum, tamen affligitur; cum autem liberatum fuerit ab obsessione morborum, recreat propriam virtutem : sic etiam anima in juventute febribus laborat, et amor gloriæ opprimit eam et deliciarum et venerearum rerum et aliarum multarum imaginationum; cum autem senectus advenerit, omnes has passiones effugat, alias per satietatem, alias per philosophiam constrictas. Has quippe suas corpore relaxat senectus, nec si velit anima illis uti permittit; sed sicut hostes diversos recludens, veluti in loco a turbis libero collocat, et multam ei operatur tranquillitatem, et timorem inducit ampliorem, ac si nullus inquietet alius. Verumtamen qui consenescent, sciunt quoniam morituri sunt, et quia utique appropinquaverunt morti. Quando igitur cupiditates hujus sæculi excluduntur, tribunalis autem expectatio subintrat, et difficultatem quæ erat ad credendum demollit : nonne magis attentior efficitur, si voluerit? Quid ergo, inquit, cum viderimus a juvenibus seniores pejores? Nimietatem malitiæ mihi dicis : nam et in furioso videmus nullo impellente ultro ire per præceps. Quando ergo senex curationem habet? non enim potest dicere, *Delicta juventutis meæ, et ignorantia ne memineris*. Qui enim in senectute ita furiosus est, ostendit quia et in juventute non per ignorantiam, non per imperitiam, non per ætatem talis fuit, sed per negligentiam. Iste quippe potest dicere, *Delicta juventutis meæ, et ignorantia ne memineris*, qui in senectute competentia gerit, qui procedente ætate mutatur : si autem et in senectute ita inhonestus est, quomodo dignum est hujusmodi senem appellari, qui neque ætati reverentiam exhibet? Qui enim dicit, Peccata juventutis meæ ne memineris, veluti in senectute correctus, hæc dicit. Non igitur ex iis quæ in senectute contingunt, fraudes teipsum a venia etiam eorum, quæ in juventute fecisti. Quomodo enim non est absurdum, et supra veniam quod sit, ut senex in tabernacula sedeat, senex ad circum festinet, senex ad theatrum ascendat, velut pueri currentes cum plebe. Vere confusio est et irrisio, ut canitie quidem ornentur extrinsecus, intrinsecus autem intellectum habeant puerilem. Et siquidem injuriet illum juvenis, statim canos in medium proferet, dicens : Vel canis istis exhibe reverentiam. Si vero tu eis non exhibes reverentiam jam senex, quomodo juvenem tuos canos revereri desideras? Non revereris, inquis, hos canos? Sed tu eos confundis : Deus te honoravit, candorem capilli dedit. Primum habere

concessus quid prodest? illum honorem quomodo revereatur juvenis, cum te viderit amplius lasciviæ deditum? Canities quippe tunc est venerabilis, quando ea gerit quæ canitiem decent; cum vero juveniliter conversatur, plus juvenibus ridiculosus erit. Quomodo poteritis nos juvenes admonere, dum vos senes ebriemini per incontinentiam vestram? Non enim nunc irridens seniores hæc dico, sed juvenes magis irrideo. Qui enim hæc agitis, etsi ad centesimum venialis annum, mihi juvenes videmini, et similes pueris. Juvenes enim, etsi modicam disciplinam accipiant et corrigantur, et senioribus meliores sunt. Et non iste sermo meus, sed Scriptura hanc novit discretionem: *Senectus enim, inquit, honorabilis, non multi temporis; et ætas senectutis vita immaculata.*

Etenim nos honoramus [canitiem?], non quia colorem candidum habet, ideo ab nigro colore amplius honoramus; sed quia indicium est vitæ in virtute provectæ, et videntes ex hoc conjicimus anteriorem senectutem: si vero contraria senectuti gesserint, irrisibiles sunt propter hoc potius. Nam et regem honoramus, et ejus purpuram et diadema, quoniam ista signa sunt principatus: si vero viderimus illum cum purpura conspui, ab armigeris suis conculcari, præfocari, in custodiam mitti, dissipari, numquid reveremur tunc purpuram, aut diadema? nonne et ipsum schema plorabimus? Noli ergo propter canos velle honorari, quando ipse illos injurias; nam et ipsi ulcisci se debent, quoniam schema splendidum et honorabile confundit. Non adversus omnes hæc dicimus, neque adversus senectutem absolute nobis sermo est; non enim furiosus effectus sum; sed adversus animam juvenilem, quæ senectutem confundit: inde pro senibus dolentes hæc dicimus confundentibus canos. Rex quidem est senex si voluerit, et ab eo qui purpuram habet, magis regalis est, dum passionnes animi vicerit, et velut armigeros subjicit passiones. Si vero abstrahatur et dejiciatur a solio, et amoris pecuniarum, et ornandi corpus et deliciarum et ebrietatis et iracundiæ et venerarum rerum servus effectus; et habeat [add. capillos] oleo comptos, et totam ætatem suam per malam voluntatem injuriet, quali pœna non sit dignus hujusmodi? Sed non efficiamini tales, o juvenes, neque vobis peccantibus venia tribuetur. Quare? Quoniam licet tibi senem esse in juventute, sicut in senectute sunt juvenes: sic etiam e contrario. Sicut illic neminem capillus albus salvat, sic neque hic nigellus capillum impedit. Si enim inhonestiorem hæc quæ dixi senem faciunt, multo amplius quam juvenem: verum tamen nec juvenis alienus est a culpa. Juvenis quippe ibi tantum habere veniam poterit, dum imprudens fuit, dum tempore indiget et experientia: cum autem opus erit temperantiam aut fortitudinem demonstrare, nequaquam, neque quando opus erit a pecuniis abstinere: nam est ubi magis plus sene juvenis culpatur. Ille quippe multa curatione opus habet, debilitante illum senectute: iste autem fortis est, si voluerit seipsum regere. Qualem veniam mereatur, cum rapit amplius quam senex, cum tenet malum in corde, dum non adjuvat senem, dum multa superflua loquitur, dum injuriat, dum male dicit, dum inebriatur? Si autem de temperantia putat non posse culpam, attende illum et ibi multa adjutoria habentem, si tamen voluerit: ac si enim non validius eum, quam senem cupiditas stimulet, tamen sunt multa in quibus magis, quam senex poterit laborare, ut bestiam illam incantet. Quæ sunt ista? Labores, lectiones, vigiliæ. Sed quid ad nos hæc, inquis, qui non sumus monachi? Hæc mihi dicis? dic Paulo, cum dicit: *Vigilantes in omni patientia et oratione*; cum dicit, *Carnis curam ne feceritis in concupiscentiis*. Non enim monachis hæc scribebat tantum, sed omnibus qui erant in civitatibus. Non enim sæcularis homo debet aliquid amplius habere monacho, quam cum uxore concumbere tantum. Hic enim habet veniam, in aliis autem nequaquam, sed omnia æqualiter sicut monachi agere debent. Nam et beatitudines quæ a Christo dicuntur, non monachis tantum dictæ sunt: alioquin totus mundus peribit, et accusabimus crudelitatem Dei. Si vero beatitudines solis monachis dictæ sunt, sæculares autem hominem impossibile est eas implere, cum ipse nuptias jussit, ipse ergo omnes perdidit. Si enim non potest ea cum nuptiis, quæ monachorum sunt, implere, omnia perierunt et corrupta sunt, et in angustum conclusit ea quæ virtutis sunt. Et quomodo honorabiles sunt nuptiæ quæ nos tantum impediunt? Quid ergo? Possibile est, et valde possibile, etiam habentes uxores virtutem aggredi, si voluerimus. Quomodo? Si habentes, tamquam non habentes simus, si non gaudeamus in iis quæ possidemus, si mundo utamur, tamquam non utentes. Si autem aliqui impediti sunt ex nuptiis, sciant quoniam non nuptiæ illis impedimentum fuerunt, sed voluntas quæ male utitur nuptiis. Nam neque vinum facit ebrietatem, sed mala voluntas et excessus moderatio nis. Utere cum moderatione nuptiis, et primus eris in regno, et omnibus fruere bonis: quæ omnia nos contingat promereri, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri una cum sancto Spiritu gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA VIII.

Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis: qui condolare possit iis qui ignorant et errant, quoniam et ipse circumdatus est infirmitate, et propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam et pro semetipso offerre pro peccatis. Vult ostendere jam beatus Paulus quam multo melius est Testamentam hoc, quam Velus. Facit hoc ergo, hoc longius a superioribus instruens, et præseminans ratiocinationes. Quia enim nihil erat corporeum neque imaginarium, utputa, non templum, non sancta sanctorum, non pontifex tantam habens con-

structionem, non observationes legales; sed altiora et perfectiora omnia, et nihil corporeum, totum autem in spiritualibus erat; spiritualia vero non sic introducunt infirmos, sicuti corporalia: propterea omnem istum movet sermonem. Et intueri sapientiam: primo a pontifice facit initium, et frequenter eum pontificem vocat, et ex hoc primum ostendit differentiam. Idcirco definit primum, quid est pontifex, et demonstrat quæ pertinent ad pontificem, et signa hæc signa sunt pontificatus. Occurrebat autem ei, quoniam neque generosus erat, neque ex tribu pontificali, neque in hac terra sacerdos: quomodo ergo pontifex inquit? Et sicut in Epistola ad Romanos incredibilem sermonem suscipiens, Fides operatur, quod non valuit totus labor legis, neque conversationis sudor, refugit ad patriarcham, et ad illud tempus totum redegit: sic etiam hic ad alteram sacerdotii viam pergit; ex iis quæ jam dicta sunt eam proponens. Et sicut supplicis non solum gehennam proponit, sed etiam quæ in patribus contigerunt: sic etiam hic primum ex præsentibus hoc confirmat. Oportebat quidem ab excellentibus terrenis fidem facere; sed quando infirmi fuerint auditores, e contra sit. Interim quæ sunt communia ipsa ponit prima, et tunc ostendit quoniam eminent. Eminentia quippe quæ est secundum comparisonem, sic sit, ut in quibusdam communicet, in quibusdam autem excellat: si vero non, nequaquam secundum comparisonem sit. *Omnis sacerdos ex hominibus assumptus*. Hoc commune est Christo. *Pro hominibus constituitur*. Et ad hoc. [*f. Etiam hoc.*] *Ut offerat dona et sacrificia pro populo*. Et hoc, sed non totum: reliqua vero non sunt communia. *Qui possit condolare iis qui ignorant et errant*. Hic jam excellentia est. *Et ipse quippe circumdatus est infirmitate, et propter hanc debet, sicut pro populo, sic pro se offerre pro peccatis*. Deinde et alium ab alio dicit fieri, et non ipse insilit: etiam hoc commune. *Et non ipse sibi assumit honorem, sed vocatus a Deo, sicut et Aaron*. Hic aliud præstruit accurate, quoniam a Deo est missus. Sursum enim atque deorsum cum Judæis disputans, etiam Christus hoc dicebat: *Qui misit me, major me est; et, A meipso non veni*. Hic mihi videtur etiam Judæorum sacerdotes significare, tamquam non exstantes sacerdotes, sed insipientes, et legem ac sacerdotium corrumpentes. *Sic et Christus non seipsum glorificavit, ut pontifex fieret*. Ubi ergo ordinatus est, inquit? Aaron quippe ordinatus est sæpius in signo virgæ, et quando ignis descendit et consumpsit eos, qui insilire sacerdotio voluerunt: hic autem contra se habet, non solum nihil passi, sed etiam probabiles paruerunt. Unde ergo? Ex prophetia hoc ostendit. Nihil habet sensibile, nihil visibile: idcirco ex prophetia et futuris nihil [*del. nihil*] adstruit: *Sed qui loquutus est ad eum, inquit, Filius meus es tu, ego hodie genui te*. Et quid hoc ad Filium? Et multum, inquit: præstructio est eo quod ordinatus a Deo sit. *Sicut et alibi dicit: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec*. Ad quem dictum est hoc? qui est secundum ordinem Melchisedec? Nullus alius: omnes enim sub lege erant, omnes sabbatizabant, omnes circumcidebantur, nullum poterunt alium quemquam ostendere. *Qui in diebus carnis suæ preces et supplicationes ad Deum, qui potens est eum salvare de morte, et cum clamore fortis et lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia. Et quamquam esset Filius, didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam*. Vides quoniam nihil aliud facit, nisi curam de nobis illum habere asserit, et excellentiam caritatis ejus ostendit? Quid sibi vult quod dicit, *Cum clamore fortis*? nusquam hoc Evangelium dicit, neque quia lacrymatus est orans, neque quia vocem emisit. Intueris quomodo humilitatis erat descensio? Non enim dixit quia Oravit, sed, quia *Cum clamore fortis. Et exauditus est, inquit, pro reverentia sua. Et quamquam esset Filius, didicit ex iis quæ passus est obedientiam. Et perfectus factus est omnibus obaudientibus sibi causa salutis, appellatus a Deo pontifex secundum ordinem Melchisedec*. Esto, quia cum clamore: quare autem, et fortis, et lacrymis? *Offerens, inquit, exauditus est pro sua reverentia*. Quid dicit? Erubescant hæretici, Filius Dei pro reverentia exaudiebatur. Et quid amplius de prophetis qui dixerit? Qualis autem ordo est quod dixit, *Exauditus est pro reverentia?* et, *Quamquam esset Filius, didicit ex iis quæ passus est obedientiam?* hæc de Deo quis dicat? Quis ita insaniet? quis ita demens ista loquatur? *Exauditus autem pro reverentia sua didicit ex iis quæ passus est obedientiam*. Qualem obedientiam? qui usque ad mortem antea fuit obediens, sicut patri filius, quomodo postea didicit?

Vides quia de incarnatione dictum est? quod autem dicit tale est: Dic autem mihi, num Patrem orabat, ut salvaretur a morte, et propter hoc tristis erat, et dicebat: *Si possibile est, transeat a me calix iste?* Minime quippe pro resurrectione orabat Patrem, sed e contra ipse pronuntiavit, dicens: *Solvite templum hoc, et ego in tribus diebus suscitabo illud; et, Potestatem habeo ponendi animam meam et potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo auferet eam a me, ego a me ipso ponam eam*. Quid ergo est? Quare orabat? Et iterum dicebat: *Ecce ascendam Jerosolymam, et Filius hominis tradetur pontificibus et scribis, et damnabunt eum morte, et tradent eum gentibus ad illudendum et crucifigendum, et tertia die resurget*. Et non dixit, Quoniam resuscitat Pater. Quid ergo? Non pro hoc orabat, sed pro aliquibus orabat, qui crediderant in eum. Quod autem dicit, tale est: *Exauditur facile*. Quoniam quippe necdum de eo opinionem habebant competentem, ideo dixit: *Et exauditus est*: sicut et ipse consolans discipulos suos, dixit: *Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem, et Pater meus major me est*. Quomodo autem non seipsum glorificavit, qui seipsum exinanivit, qui seipsum tradidit? *Seipsum, inquit, pro peccatis nostris*; et item, *Qui seipsum dedit redemptionem pro omnibus nobis*. Quid ergo est? Intueris quia propter carnem, quæ humilia sunt loquitur de seipso? Sic etiam hic: *Et quamquam esset Filius, pro reverentia, inquit, exauditus est*. Vult ostendere ejus esse magis effectum, quam gratiæ Dei. Tanta, inquit, erat ejus reverentia, ut etiam propterea eum revereretur Deus. Didicit, inquit, obedire Deo. Hic

iterum ostendit quantum lucrum passionum sit. *Et perfectus, inquit, factus est obedientibus sibi cunctis causa salutis.* Si autem ille Filius exstans, acquisivit ex passionibus obedientiam, multo magis nos. Intueris quanta de obedientia disputat, ita ut ad obedientiam eos adduceret? Videntur enim mihi occultare seipsos. Ex iis quæ passus est, inquit, frequenter didicit obedire Deo, et perfectus per passiones. Hæc est integra perfectio, et per hæc veniri solet ad perfectionem. Non solum ipse salvatus est, sed etiam aliis facta est abundantia salutis: *Salvatus enim, inquit, factus est obedientibus sibi causa salutis: Appellatus a Deo pontifex secundum ordinem Melchisedec. De quo plurimus nobis erit sermo, et difficilis ad interpretandum.* Venturus ad differentiam pontificalis, primo eos increpat, ostendens quia et tanta ista humilitatis descensio lac erat, et quia adhuc parvuli erant, amplius immoratur huic sermoni qui est secundum carnem, et veluti de aliquo justo disputat. Et attende quia neque tacuit omnino de verbo, neque loquutus est: illud quidem, ut eorum intelligentiam sublevaret, et persuadeat etiam ipsos perfectos esse, et non fraudarentur magnis dogmatibus; illud autem ut obruat eorum mentem. *De quo plurimus nobis sermo erit, inquit, et difficilis ad interpretandum, quia imbecilles facti estis auditu.* Quia illi non audiunt, propterea difficilis ad interpretandum est ejus sermo. Quando enim quis cum hominibus loquitur non valentibus assequi, neque quæ sibi dicuntur intelligere, interpretari eis non potest. Sed forte quisquam vestrum, qui hic adstant, miratur hanc causam, si propter Hebræos ipse impeditus est perfectum audire sermonem. Fortassis enim etiam hic præter paucos multi sunt tales, ita ut posset hoc et de vobis dici: verumtamen propter paucos dico. Ergone siluit aliquid, aut iterum idipsum repetivit in consequentibus, et idem ipsum egit, sicut in Epistola ad Romanos? Etenim et ibi primum increpans, silere faciens contradicentes, et dicens: *O homo, tu quis es qui respondeas Deo?* deinde solutionem inserit. Ego vero eum neque omnino siluisse, neque dixisse arbitror, ut ad desiderium adduceret auditores. Mentionem quippe faciens, et dicens quædam majora contineri in hoc sermone, attende quomodo cum laude facit desiderium. Hoc quippe est semper sapientiæ Pauli, difficilia bonis intermiscens: quod etiam in Epistola ad Galatas fecit, dicens: *Currebatis bene, quis vos impedit? et, Sine causa tanta passi estis, si tamen sine causa;* et iterum, *Certus sum de vobis in Domino.* Hoc etiam et circa istos facit: *Certus autem sum de vobis meliora, et salutem habentia.* Duo namque ista facit [add. neque nimis intendit] neque dimittit eos decidere [f. add. recte] quidem. Aliorum exempla valentia erant auditorem erigere, et ad æmulationem adducere. Quando [f. add. autem] aliquis a seipso exemplum habet, et seipsum æmulari videtur, amplius jam possibile quiddam introducit. Et hoc etiam ostendit: et non dimittit veluti valde accusatos decidere, neque veluti malos semper exstantes, sed quia et aliquando fuerunt etiam boni. *Etenim debebatis esse doctores, inquit, propter tempus.* Hic ostendit ante multum tempus eos credidisse, ostendit etiam quia et laici debent docere. Attende ergo eum frequenter pariturientem, ad introducendum sermonem de pontifice, et semper differentem. Audi quippe quomodo cæpit: *Habentes pontificem magnum intrantem cælos; et transiens hinc, dixit qualiter sit magnus.* Deinde inquit: *Omnis enim pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur; in iis quæ sunt ad Deum;* et iterum, *Sic et Christus non seipsum glorificavit, ut fieret pontifex in æternum secundum ordinem Melchisedec.* Et iterum differt dicens: *Qui in diebus carnis suæ preces et supplicationes offerens.*

Quia igitur toties distulit, veluti excusans inquit: *Causa ex vobis est. Papæ quanta differentia! debentes alios docere, neque simpliciter discipuli sunt, sed discipuli extremi. Etenim debentes esse doctores propter tempus, iterum opus habetis, ut doceat vos aliquis elementum principii sermonum Dei.* Hic humanitatem dicit. Sicut enim in literis sæcularibus primum elementa discuntur, sic etiam hic primum de humanitate docebantur. Intueris quæ sit causa, ut humilia loquatur? Sic etiam cum Atheniensibus fecit disputans Paulus, dicens: *Tempora ignorantia contemnens Deus, nunc præcipit hominibus omnibus ubique panitere, secundum quod constituit diem, in qua iudicaturus est mundum cum justitia in viro in quo definiit, sedem tribuens omnibus, exsuscitans eum a mortuis.* Propterea si aliquid altum dicit, breviter hoc dicit; humilia vero plurimis Epistolæ locis aspergit, et sic quæ alta sunt, ostendit. Nam quæ humilia sunt valde, non permittunt, ut ipsa de divinitate suspicemur. Sic et hic cautam exhibuit. Debilitas autem quid operetur, in Epistola ad Corinthios significavit, dicens: *Cum enim sit in vobis æmulatio et contentio, nonne carnales estis?* Intuere itaque mihi sapientiam Pauli quam magna est, quomodo proportionaliter semper et apte ad subjectas passiones accedit. Illic enim infirmitas ex peccatis quam plurimum contingit, magis autem ex solis peccatis; hic autem non ex peccatis tantum, sed etiam ex tribulationibus frequentibus. Idcirco et verbis utitur quibus hæc ostendatur differentia, non dicens, *Carnales facti estis, sed Imbecilles.* Illic carnales, hic autem major dolor: illic enim non poterant sustinere, utpote carnales; istic autem poterant. Dicere enim, *Quia imbecilles facti estis auditu,* significantis erat, quia primum sani erant, fortes, alacritate ferventes, quod etiam illis postea testificatur. *Et facti estis opus habentes lacte, non solido cibo.* Semper enim lac humilem sermonem vocat et illic et hic. *Debentes enim, inquit, doctores esse propter tempus.* Propter hoc magis exsoluti esis et supini effecti, propter hoc maxime debebatis esse fortes, propter tempus. Lac autem vocat, quia debilibus congruit; hoc autem perfectis contrarium est et notum, ut in istis immorentur. Proinde non oportebit legalia nunc inferre, neque ex eis facere comparisonem, quia pontifex sacrificavit, et oravit voce et deprecatione. Attende igitur quomodo nos ista movent, sed illos tunc nutriebant, et nequaquam eos movebant. Igitur

cibus verus eloquia Dei : *Dabo enim illis, inquit, famem, non panis, neque sitim aqua, sed famem audiendi verbum Domini, Lacte vos potavi, non esca.* Non dixit, Nutrivi, ostendens quoniam lac non est cibus, sed sicut in pueris minoribus qui non possunt pane nutriri : tales enim potum non accipiunt, sed ipse potus illis pro cibo datur. Non dixit, Opus habentes ; sed, *Effecti estis opus habentes lacte, non solido cibo.* Hoc vos voluistis, vosmetipsos ad hoc redegitis et ad hanc necessitatem. *Omnis enim qui participatur lacte, expers est verbi justitiæ.* Quid autem est, *Expers verbi justitiæ?* quid est verbum justitiæ? Hic mihi videtur et vitam significare : quod etiam Christus dicebat : *Nisi abundaverit justitia vestra plus quam scribarum et Pharisaeorum.* Hoc etiam iste dicit : *Expers verbi justitiæ,* hoc est, supernæ philosophiæ expers non potest suscipere summam vitam et integram, aut justitiam. Hic enim Christum dicit, et altum de eo sermonem. Quia ergo imbecilles facti erant, hæc dixit ; unde autem hoc facti erant non addidit, ipsis illis sciendum dereliquit, nolens molestum facere sermonem. In Epistola vero ad Galatas et miratus est, et movebatur, quod multo amplius est ad solatium, tamquam numquam tale aliquid fieri sperans : hoc enim est dubitatio. Vides aliam esse pusillanimitatem, aliam perfectionem? Efficiamur hac perfectione perfecti : licet enim et parvulis et juvenibus ad illam venire perfectionem : non enim naturæ est, sed virtutis. *Perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui exercitatos habent sensus ad discernendum bonum et malum.* Non habebant illi sensus exercitatos, neque sciebant bonum et malum. Nunc non est ei sermo de vita, quando dicit, *Ad discretionem boni et mali* ; hoc enim omni homini possibile est scire et facere ; sed de dogmatibus sanis atque excelsis, et corruptis atque humilibus. Parvulus nescit probum probabilemque cibum discernere : sæpius enim et cinerem in os suum mittit, et noxium suscipit, et omnia indiscrete facit. Sed non est hoc perfectorum. Tales enim sunt qui omnibus simpliciter intendunt, et indifferenter auditus suos tradunt : quod mihi videtur etiam in istis culpare, veluti qui simpliciter lactabantur, et nunc quidem istis, nunc autem illis se præbentes : quod et circa finem hujus epistolæ significavit, dicens : *Doctrinis variis et novis non transferamini* ; hoc est, *Ad discretionem boni et mali.* Palatum enim saporis discernit ciborum, anima vero probat sermones.

Et nos igitur hoc discamus, nec si audieris quia non est paganus, non est Judæus, statim putes esse Christianum, sed examina et alia cuncta. Nam et Manichæi et omnis hæresis hanc sibi personam imposuit, sic decipiunt simplices. Sed si habuerimus sensus animæ exercitatos ad discretionem boni et mali, poterimus hujusmodi discernere. Quomodo autem sunt sensus nostri exercitati? Ex usu Scripturarum, ex frequenti auditione. Quando enim proponimus eorum errores, et hodie audieris, et crastina probaveris non bene se habere, cuncta doceris, cuncta cognoscis : et si hodie non assequeris, cras assequeris. *Sensus, inquit, exercitatos habentes.* Vides quia oportet exercitari auditum nostrum frequenti auditione divinarum Scripturarum, ut nulla novitate expavescamus? *Exercitatum, inquit, ad discretionem, hoc est, peritum esse.* Alius quidem dicit non esse resurrectionem, alius autem nihil futurorum exspectat, alius alterum dicit Deum, alius ex Maria dicit eum habere principium. Intuere confestim, quomodo ex immoderatione omnes ceciderunt ; alii quidem semper modum excedentes, alii autem intra modum se coarctantes : utputa, prima quidem omnium hæresis fuit Marcionis ; illa alterum Deum introduxit qui non erat, excessit modum. Post illam Sabellii, Filium et Spiritum et Patrem unum esse dicens. Deinde Marcelli et Photini, etiam isti hæc eadem prædicantes. Et Pauli Samosatani, de Maria dicens eum habere principium. Deinde Manichæorum ; ista enim aliquantulum nova post illas : item Arii. Sunt autem et aliæ. Propter hoc fidem suscipimus, ut non cogamur decem millia hæreses et laborem habere, sed si quid addere aut detrahere illi quis molitus fuerit, hoc nothum esse judicemus. Sicut enim qui regulas didicerunt, non compellunt decem millia metra scrutari, sed illud quod traditum est custodire jubent : sic et in dogmatibus. Sed nemo vult ad Scripturas attendere : si enim adverteremus, non solum non incideremus in fallaciam, sed etiam alios deceptos inde liberarem, et de periculis abstraheremus. Miles enim fortis non sibi soli sufficere potest, sed etiam juxta se exstantem custodire, et ab hostium malitia liberare. Nunc autem neque quod sunt Scripturæ quidam sciunt : sed Spiritus quidem ita dispensavit, ut custodiantur. Et attendite ut discatis antiquitus Dei in nos misericordiam : inspiravit Mosi, et tabulas lapideas scripsit ; delinuit eum quadraginta diebus in monte, et iterum tantis, ut daret illi legem. Post hæc autem prophetas misit, multa millia sæva passi sunt : irruit bellum, interempta sunt omnia et dirupta, ncensi libri. Inspiravit iterum alium virum, ut mirabiles illas Scripturas repararet, Esdram dico, et ex reliquiis illarum componere fecit. Post hæc dispensavit, ut interpretarentur eas Septuaginta : interpretati sunt illi. Venit et Christus, susceperunt eas apostoli, disseminaverunt eas per omnes : signa et miracula fecit. Christus. Quid autem post tanta opuscula? *Scripterunt etiam apostoli, sicut et Paulus dixit : Ad admonitionem nostram scripta sunt, in quos finis sæculorum devenit.* Et Christus iterum dicebat : *Erratis nescientes Scripturas* ; et iterum, *Scrutamini Scripturas.* Et Paulus item dicebat : *Per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus* ; et iterum, *Omnis scriptura divinitus inspirata, utilis est* ; item, *Sermo Christi habitat in vobis abundanter.* Et propheta : *In lege ejus meditabitur die ac nocte* ; et alibi iterum. *Omnis expositio tua sit in lege Altissimi* ; et item, *Quam dulcia faucibus meis verba tua* (non dixit, *Auditui meo*, sed, *Faucibus meis*), *super mel et favum ori meo.* Et Moses : *Meditaberis, inquit, in illis semper, cæsurgens, sedens, et dormitum iens.* In eis persiste, inquit. Et decem millia quisque reperiet

de iis. Et tamen post tanta sunt quidam, qui neque sciunt quid sint Scripturæ. Propterea igitur nihil saluum, nihil utile apud nos sit. Etenim si aliquis ea quæ ad militiam pertinent scire voluerit, necesse est, ut leges militares quis discat : et si quis gubernatoriam disciplinam, vel fabricam lignariam discere voluerit, aut aliquid aliud, necesse est eum quæ ad artem pertinent discere : hic autem nihil tale volunt, et hoc hac disciplina plurima vigilantia opus habente. Qula enim hæc ars est doctrina opus habens, adverte prophetam dicentem : *Venite, filii, audite me, timorem Domini docebo vos.* Vere doctrina opus est Dei timori. Deinde dixit : *Quis est homo qui vult vitam, et cupit videre dies bonos?* etc. Vitam quæ illic erit dicit. Et iterum : *Abstineat linguam suam a malo, et labia ejus ne loquantur dolum : quærat pacem, et sequatur eam.* Numquid scitis quis hæc dicit? an propheta, an historiographus? an apostolus, an evangelista? Non arbitror præter paucos : sed et isti ipsi, iterum si proferramus testimonium aliunde, idem quod vos patientur. Etenim dico eundem ipsum sermonem aliis verbis : *Lavamini, mundi estote, auferte malignitatem vestram ab animabus vestris in conspectu oculorum meorum : discite bonum facere, exquirite [add. iudicium], abstinete linguam a malo, et facite bonum, discite bonum facere.* Intueris quia doctrina opus habet virtus? iste quidem dicit, *Timorem Domini docebo vos* ; ille autem, *Discite bonum facere.* Numquid nam scitis ubi hæc latent? Non arbitror præter paucos. Vix tamen per unamquamque septimanam, secundo aut tertio hæc vobis leguntur. Ascendens enim qui legit, primo dicit librum cujus est ; illius verbi gratia, prophetæ aut illius : et tunc dicit. Proinde annotata vobis esse debebant, et non solum ipsum textum debebatis scire : sed et causas eorum quæ scripta sunt, et quis hæc dixerit : sed omnia sine causa et supervacue. Omnis enim manifestatio in iis quæ ad vitam hanc pertinent, evacuatur : de spiritualibus autem nulla ratio est. Propterea nobis neque illa pro voto proveniunt, sed plurimæ etiam ibi difficultates. Christus quippe dixit : *Petite regnum Dei, et hæc omnia apponentur vobis.* Et hæc quidem in appositionis parte dicit datum iri ; nos autem ordinem pervertimus, et petimus terram et bona in terra tamquam illis in additionis loco tribuendis nobis : idcirco neque ista, neque illa habemus. Evigilemus aliquando, et efficiamur futurorum desideratores : sic etiam ista sequentur. Impossibile est namque eum qui quæ Dei sunt quærit, non etiam quæ humana sunt assequi : sententia est ipsius veritatis hoc dicentis. Nequaquam igitur aliter faciamus, sed æquanimitè feramus voluntatem Christi, ne ab omnibus excidamus. Deus autem potens est compaginare vos, ac meliores facere in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri una cum sancto Spiritu gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA IX.

Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur, non iterum fundamentum ponentes pœnitentiæ ab operibus mortuis, et fidei ad Dominum, baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, et iudicii æterni. Et hoc faciemus, si quidem permiserit Deus. Audite quanta Hebræos culpavit Paulus, volentes semper discere eadem ipsa : et merito. Debentes enim, inquit, esse doctores propter tempus, iterum opus habetis qui vos doceat, quæ sint elementa principii sermonum Dei. Timeo ne etiam ad vos ista dicendi tempus sit, quia debentes esse doctores propter tempus, neque discipulorum gradum habetis, sed semper eadem ipsa audientes, et eisdem ipsis, tamquam si nihil audieritis, sic dispositi estis. Et si vos quisquam interrogaverit, nemo vestrum poterit respondere, præter admodum paucos et facile numerabiles. Hoc autem non est parvum damnum. Sæpius quippe doctorem volentem in anteriora procedere, et secretiores alioresque sermones attingere, non permittit inhabitudo discitentium. Sicut enim apud magistros ludi, si semper puer elementa audiens non teneat, semper illi necessitas erit eadem ipsa insonare puero ; et non cessabit antea docens, usquequo illa integre valuerit discere : enimvero stultitiæ majoris est, ut qui prima non bene imposuerit, ad alia velit puerum adducere : sic itaque et in ecclesia, si semper eadem dicentibus nobis nihil amplius ediscatis, numquam eadem dicendo cessabimus. Si enim ostentationis nobis esset ratio et amor laudis, necesse esset semper transilire et præterire, nihil curantes vestri gratia, sed plausus vestros tantum appetere : quia vero non hoc studium nobis proposuimus, sed omnia pro vestro juvamine laboramus, non quiescimus de eisdem ipsis vobis semper disputare, quamdiu illa in habitu percipiatis. Cæterum possem plura et de paganorum superstitione dicere et Manichæorum et Marcionistarum, et fortiter eos percutere, gratia Dei adjuvante ; sed non habet tempus sermo. Eis enim, qui necdum quæ sua sunt integre sciunt, et necdum didicerunt quia multa appetere malum est, quomodo quis dicat hujusmodi rationes, et ad alia deducat ante tempus? Nos ergo non quæ scimus [f. non quiescimus] eadem ipsa dicentes, sive persuadeamus, sive non : timeo tamen ne frequenter eadem ipsa dicendo, si non audiat, majorem inobedientibus condemnationem operemur. Non quidem ad omnes hoc dicitur : scio enim plurimos juvatos ex isto conventu, qui iustissime forsitan illos culpent, veluti insidiantes eis propter propriam indocilitatem et inhabitudinem. Speramus tamen, quia nec ipsi lædentur : frequenter enim eadem ipsa audire, et scientibus prodest. Quod enim novimus, ac si sæpius audiamus, amplius compungimur : utputa, scimus quia bonum est humilitas, et quia sæpius de illa loquantur est Christus, sed quando etiam ista verba audimus et disputationes eorum, amplius quid patimur :

licet millies audiamus. Opportunum itaque est et nos vobis sic nunc dicere: *Quapropter relinquentes initium sermonis Christi, ad perfectionem feramur.* Quid est, *Initium sermonis?* Ipse in consequentibus ponit, dicens: *Ne iterum fundamentum,* inquit, *constituentes pœnitentiæ ab operibus mortuis et fidei ad Deum, baptismatum doctrinæ, impositionis manuum, resurrectionis mortuorum, et iudicii æterni.* Si autem hoc initium est, quid aliud est doctrina nostra, quam pœnitere ab operibus mortuis, et per Spiritum sanctum accipere fidem in resurrectionem mortuorum et iudicii æterni? Quid autem est initium? Nihil aliud quam hoc: *Initium,* inquit, *est, cum vita non aderit integra.* Sicut enim eum, qui ad doctrinam literarum inducitur, elementa oportet primum audire: sic et Christianum hoc scire integrale, et nihil dubitare de istis. Si autem opus habuerit horum doctrina, necdum fundamentum habet: firmum enim oportet et fixum esse et stare, non transferri. Si autem quisquam verbum veritatis audivit, et baptizatus est, et post annos decem de fide iterum audire opus habet, quia credere oportet resurrectionem mortuorum, necdum fundamentum habet, iterum initium Christianitatis quærit. Quia enim fides fundamentum est, cætera vero superædificationes, advertet ipsum dicentem: *Ego fundamentum posui, alius superædificat. Si quis superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam. Ne iterum,* inquit, *fundamentum constituentes pœnitentiæ ab operibus mortuis.*

Quid autem est, *Ad perfectionem feramur?* Ad ipsum, inquit, transeamus jam cacumen; hoc est, vitam optimam habeamus. Sicut enim in elementis universum apex primum, hoc est alpha, continet, et fundamentum ædificium totum continet: sic et vitæ munditiam satisfactio, quæ est circa fidem, continet. Sine ista enim non potest esse Christianus, sicuti neque sine fundamento ædificium, neque sine elementis peritus literarum fieri potest. Sed si quisquam semper circa elementa converteretur, et non circa ædificium, numquam illi quicquam amplius erit. Tu autem ne putes diminutam esse fidem, propter quod elementum vocata est: omnis enim virtus ipsa est. Cum enim dicit, *Omnis qui participatur lacte: experis est sermonis justitiæ; parvulus enim est;* non lac eam appellat, sed ambigere adhuc de iis quæ in illa sunt, hoc est infirmi animi et sermonum plurimorum indigentis. Dogmata enim ista sunt sana. Perfectum enim illum vocamus, qui cum fide vitam habet rectam: si autem quisquam fidem quidem habet, agat autem maligna, et de ista ipsa fide ambigat, et injuriet ipsam doctrinam: merito eum dicimus parvulum ad initium redeuntem. Proinde et si mille annos in fide habeamus, et firmi non sumus in ea, parvuli sumus: quando vitam fidei non convenienter ostendimus, quando fundamentum, adhuc constituimus. In istis autem non solum vitam, sed etiam aliud culpatur, veluti commotis, et opus habentibus fundamentum constituere ab operibus mortuis. Eum quippe qui ab alio ad illud transmutatur, et hoc quidem dimittentem, illud autem assumentem, primum oportet culpate, ut a tali affectione recedat, et tunc venire ad aliud. Si autem illam primam affectionem habiturus est, quomodo ad aliud veniet? Quid ergo, inquit, de lege? Culpavimus illam, iterum ad ipsam recurramus: hoc non est mutabilitas: etenim etiam hic legem habemus: *Legem ergo,* inquit, *evacuamus per fidem? Absit, sed legem statuimus.* Ego autem de malignis rebus dixi. Qui enim ad virtutem iturus est, primum malitiam debet culpate, et tunc aggredi: non enim sufficiebat pœnitentia mundos eos ostendere. Propter hoc confestim baptizabantur, ut quod impossibile illis erat operari per se, hoc per Dei gratiam fieret. Neque ergo pœnitentia sufficit ad mundationem, sed opus est suscipere baptismum. Quia ergo baptismum venire oportebat, primum culpatur eos qui peccaverunt, et iudicat, et sic de hoc loquitur. Quid autem est baptismatum doctrina? Non tamquam multorum baptismatum, sed unius. Quare ergo pluraliter hoc dixit? Dicendo enim, *Ne iterum fundamentum constituentes pœnitentiæ,* opus etiam habuit hoc dicere, veluti opus habentibus iterum baptizari et iterum catechizari, et iterum post baptismum doceri quid agere deberent, quid non deberent: propterea vero pluraliter dixit, volens eis significare, quia si iterum opus haberent mundari, incorrigibiles permanerent. *Et impositionis,* inquit, *manuum.* Sic quippe sanctum Spiritum accipiebant, imponentes eis palam manus. *Resurrectionis quoque mortuorum.* Hoc enim in baptismo et in confessione firmatur. *Et iudicii æterni.* Quare autem hoc dixit? Quoniam fortassis possent moveri jam credentes, vel male vivere et negligenter, dicit, *Evigilate.* Non est dicere, *Qui negligenter vivamus, iterum baptizabimur, iterum catechizabimur, iterum accipiemus Spiritum sanctum:* si enim nunc a fide deciderimus, iterum poterimus baptizari, peccata abluere, et eadem bona percipere quæ primo acceperamus. Erratis, inquit, *ista putantes: Impossibile namque eos, qui semel illuminati sunt, gustaverunt quoque donum cælestis, et participes sunt facti Spiritus sancti, et bonum nihilominus gustaverunt verbum Dei, virtutesque sæculi futuri, et prolapsi sunt, rursus ad pœnitentiam renovari, rursus crucifigentes Filium Dei sibimet, et ostentui habentes.* Sed vide quam reverenter et renuntiative incipit: *Impossibile est,* inquit: Non jam speres quod impossibile est. Non enim dixit, *Non decet,* neque prodest, neque licet; sed, *Impossibile est.* Ergo in desperationem eos adduxit: *Si semel illuminati estis,* inquit.

Deinde adiungit: *Et gustaverunt donum cælestis.* Si gustastis, inquit, donum cælestis, hoc est, remissionem; et participes facti estis Spiritus sancti, et bonum gustatis verbum Dei. Hic doctrinam dicit. *Et participes facti sunt Spiritus sancti, et virtutes futuri sæculi gustaverunt.* Quid dicit virtutes? Aut miracula facere, aut pignus Spiritus sancti. *Et cadentes iterum renovari ad pœnitentiam, crucifigentes sibi Filium Dei, et ostentui habentes.* Renovari dixit in pœnitentia, hoc est, per pœnitentiam: in pœnitentia quippe, per pœnitentiam si-

gnificat. Quid ergo? exclusa est pœnitentia? Non pœnitentia exclusa est, absit, sed renovatio per lavacrum regenerationis. Non enim dixit, Impossibile est renovari in pœnitentia, sed tacuit: quomodo tamen impossibile est, adjunxit: *Iterum crucifigentes*. Renovari, hoc est novum fieri: novos quippe facere lavacri est: *Renovabitur*, inquit, *sicut aquilæ juvenus tua*. Pœnitentiæ autem illud est, ut qui vetusti facti sunt et veteraverunt in peccatis, liberentur a vetustate, et alteri quodammodo fiant. Ad illam tamen claritatem adduci eos impossibile est: illic namque totum gratia est. *Crucifigentes iterum*, inquit, *sibimetipsis Filium Dei, et ostentui habentes*. Quod dicit, hoc est: baptismus crux est, et simul crucifixus vetus homo noster. *Conformes enim facti sumus similitudini mortis ejus*; et iterum, *Consepulti estis ei per baptismum in mortem*. Sic enim impossibile est secundo crucifigi Christum; hoc enim est ostentui eum habere. Si enim mors ei jam non dominabitur, si resurrexit resurrectione, victor factus est mortis; si morte mortem expugnavit, deinde crucifigeretur, fabulæ sunt cuncta illa et ostentus. Proinde qui secundo baptizat, secundo eum crucifigit. Quid autem est, *Iterum crucifigentes*? Sicut enim mortuus est Christus in cruce, sic et nos in baptisate, non carni, sed peccato. Intuere nunc mortem et mortem: ille mortuus est in carne nostra, vetus autem homo sepultus est, et resurrexit novus, conformis factus similitudini mortis ejus. Si ergo necesse est baptizari iterum, necesse est rursus eundem ipsum mori: baptismus enim nihil aliud est, quam interitus ejus qui baptizatur, et resurrectio illius. Et bene dixit, *Sibimetipsis crucifigentes*: qui enim hoc facit, veluti prioris gratiæ oblitus, et negligenter suam vitam disponens, tamquam si sit secundum baptismum, sic omnia gerit. Idcirco animadvertere opus est et cautelam exhibere. Quid est, *Et gustaverunt donum cœlestis*? nonne hoc est remissionem peccatorum gustare? Hoc quippe solius Dei est præstare, et gratia semel est gratia. Quid ergo? *permanebimus in peccato, ut gratia abundet*? Absit. Si autem per gratiam salvandi sumus, numquam erimus boni. Cum enim una sit gratia, et sic negligentes sumus; si sciremus, quia iterum possibile esset lavari a peccatis, quando cessaremus peccantes? Omnino non, arbitrator. Multa hic ostendit dona, et ut cognoscas: Digni facti estis, inquit, tantæ remissionis. Qui enim in tenebris sedebat, qui inimicus erat et hostis, qui alienus erat a Deo, qui Deo odibilis et perditus, iste repente illuminatus Spiritu, dignus effectus dono cœlesti, adoptione regni cœlorum, et aliis bonis mysteriis inenarrabilibus: et neque sic melior factus est, sed dignus permanet perditione. Percipiens autem salutem et honorem, veluti qui multa laboraverit, quomodo poterit hujusmodi iterum baptizari? Duobus igitur modis hanc causam impossibilem esse dixit, et fortiozem modum postremo posuit: uno quidem modo, quia non est dignus, qui talibus dignus factus est, et cuncta perdidit quæ sibi donata sunt, iterum renovari; et quia possibile non est eum iterum crucifigi; hoc enim est ostentui habere Christum. Non est igitur secunda lavatio: nam si est, et tertia est et quarta: prima namque a secunda dissolvitur, et hæc semper ab altera, et hoc in infinitum procedat necesse est. *Et gustaverunt*, inquit, *bonum Dei verbum*: et non aperit quid sit hoc. *Virtutes etiam futuri sæculi*. Vivere quippe sicut angeli, et nullius egere eorum quæ in ista vita sunt, scire quoniam futuri sæculi fructuum provisio nobis efficitur, per Spiritum sanctum hæc discere conceditur: et inde abdita illa ingredi, quæ sunt virtutes futuri sæculi, virtus æterna, angelica conversatio. Horum quippe pignus accipimus per fidem, per Spiritum. Dic igitur mihi, si in regnum cujusdam regis introducto, cuncta tibi quæ ibi sunt crederentur, deinde proderes omnia, crederentur tibi iterum?

Quid ergo est, inquis? non est pœnitentia? Est pœnitentia, sed baptismus aliud non est. Pœnitentia vero est, et multam habet fortitudinem, etiam in eum qui peccatis valde demersus est: si voluerit, potest eum liberare ex onere peccatorum, et periclitantem in tuto constituere, ac si ad ipsum fundum iniquitatis pervenerit: et hoc ex multis manifestum est. *Numquid enim qui cadit*, inquit, *non resurget? aut qui avertitur, non revertitur?* Est ergo, si voluerimus conformari Christum in nobis iterum: audi enim Paulum dicentem: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus reformetur in vobis*: tantum intremus in pœnitentiam. Videamusque Dei clementiam: oportebat nos omni ratione puniri ab ipso initio, quia et legem accipientes naturalem, decem millibus bonis fruentes, Dominum nostrum ignoramus, et vitam immundam viximus: et non solum non punivit, sed etiam multa millia bona largitus est, tamquam si multos labores profecerimus. Et iterum excidimus; et neque sic punit, sed dedit pœnitentiæ medicinam, qua possit omnia peccata nostra delere et exterminare, tantum si consideremus hoc medicamentum quale est, aut qualiter oportet apponere. Quale ergo est istud medicamentum pœnitentiæ, et qualiter conficitur? Primo exculpando propria peccata. *Iniquitatem*, inquit, *meam non celavi*; et, *Pronuntiabo adversus me iniquitatem meam Domino, et tu abstulisti impietatem cordis mei*; et iterum, *Dic iniquitates tuas prius, ut justificeris*; et iterum, *Justus seipsum accusat in initio sermonis*. Secundo autem ex humilitate multa. Sicut enim series quædam aurea, si initium sumpserit, omnia consequentur. Si enim confessus fueris peccatum tuum, sicut oportet confiteri, humiliatur anima: conscientia quippe ea ad se convertens, humilem eam facit. Oportet autem et alia addere humilitati, si talis erit, qualem beatus David sciebat, dicens: *Cor contritum et humiliatum Deus non spernit*. Quod enim contritum est, non erigitur, non percutit; sed ad mala patientium paratum est, ipsum vero non erigitur. Talis est etiam contritio cordis: sive enim injuriatur, sive patitur, silet, et non impellitur ad vindictam. Post humilitatem autem oratione opus est, immixtis lacrymis multis per diem et noctem. *Lavabo*, inquit, *per singulas noctes lectam meam, et lacrymis meis stratum meum rigabo in gemitu meo*; et iterum, *Quia cernerem*

sicut panem comedi, et potum meum cum fetu miscebam. Post orationem autem sic intentam opus est eleemosyna multa. Medicamentum enim fortius, quod maxime operetur in pœnitentiam, hoc est : et sicut in præceptis medicinæ et adjectoriis est medicamentum multas quidem herbas accipiens, unam autem dominantissimam : sic et in pœnitentia ista herba dominantior et potentior est, et universum ipsa efficit. Audi enim quid dicit divina Scriptura : *Date eleemosynam, et erunt vobis omnia munda* ; et iterum, *Eleemosynis et fide mundantur peccata* : et, *Ignem inflammatum exstinguit aqua* ; et, *Eleemosyna exstinguit peccata magna.* Deinde opus est nulli irasci, neque malum tenere, omnibus dimittere peccata : *Homo, inquit, homini custodit iram, et a Deo quærit salutem? Dimittite, ut dimittatur vobis.* Et convertere fratres ab errore : *Vade, enim, inquit, et converte fratres tuos, ut dimittantur peccata tua.* Et sic circa sacerdotes germane se quis habeat. Ac si peccatum, inquit, quis fecit, dimittetur : si adsit injustitiam patienti : non habere furorem, omnia mansuete portare.

Vide quomodo, antequam disceretis quia potest per pœnitentiam dimitti peccatum. *veluti in agone eratis, quoniam non est aliud lavacrum, et desperabatis de vobis.* Nunc agnoscentes per quantam pœnitentiam et remissio impletur, et quia poterimus omnia effugere, si voluerimus ea competenter uti : qualem merebimur veniam, qui neque in cogitationem venimus peccatorum nostrorum? Si enim hoc esset, omnia perficeremus. Sicut enim qui januam ingressus fuerit, jam intus est : sic quando propria quis cogitat mala, etiam ad curationem eorum utique veniet. Si autem dicat, Peccator sum, non autem ea recogitet considerans, et dicat quia hoc et hoc peccavi ; numquam cessabit, semper quidem conflens, correctionis curam numquam faciens. Si enim principium posueritis, utique etiam cætera consequentur, sive ingressum, sive initium quis ostenderit : ubique enim principia et exordia difficilia sunt. Hæc ergo primum constituamus, et omnia facilia erunt et levia. Incipiamus igitur, rogo, et alter quidem orationes protelando, alter sæpius lacrymando, alter seipsum humiliando : neque enim hoc parvum est, vel inutile : *Vidi enim, inquit, quia contristatus est, et processit tristis, et curavi vias ejus.* Humiliemus autem nostras animas, eleemosynas faciendo, et dimittendo in proximis peccata, et non retinendo malum, et non vindicando. Si enim cogitemus frequenter, quæ a nobis peccantur, nihil nos in superbiam poterit elevare eorum quæ exterius adveniunt, non divitiæ, non potentia, non principatus, non honor, sed etiam si in ipso habitu regali sedeamus, gememus amare. Nonne et heatus David rex erat, et dicebat : *Lavabo per singulas noctes lectum meum?* et nihil ex ostro vel diademate tale usus [*f* diad. læsus] est, non typho inflatus est : sciebat quippe seipsum hominem esse ; et quia conterebatur corde, lugebat. Quid enim sunt humana res? cinis et pulvis, et tanquam pulvis ante faciem venti, fumus et umbra, et folia cadentia, et flos, et somnium, et narratio, et fabula, aer solutus ac labilis, etenim qui non jam stat, fluxus decurrens, et si quid horum inferius. Quid enim, dic mihi, magnum putas? quam æstimas magnam dignitatem? consulis? nihil enim ejus dignitatis amplius putant plurimi, si quidem in tantam claritatem pervenit, et ad tantam admirationem. Qui autem non est consul, nihil habet minus in eodem dignamine : et iste et ille, similiter utriusque post paululum non erunt. Quando factus est? quantum tempus duravit? dic mihi, duorum dierum est? Hoc et in somniis solet fieri. Sed somnium est, inquit. Et quid hoc? illa quippe quæ in die sunt, non sunt somnia? dic mihi, quare non magis ista dicimus esse somnia? Sicut enim somnia, adveniente die, redarguuntur nihil exstantia : æqualitatem namque sive nox sive dies temporis acceperunt, ex quo distributa sunt per omne sæculum. Sicut enim in die eis quæ per noctem fiunt non adgaudet quis, sic neque in nocte is quæ in die contingunt frui potest. Factus est consul? et ego per noctem. Sed ego in nocte, tu in die. Quid hoc? neque sic a me amplius habes, nisi forte quod diceris, Ille consul, et quod habes ex istis verbis aliquam delectationem, plus te aliquid facit : utputa, manifestius indo loquar, si dicam : Ille consul est, et præstem illi hoc nomen, nonne similiter quod dictum est et jam transivit? Sic etiam res istæ sunt : simul apparuit consul, et statim non est. Ponamus autem annum, et duos annos, et tres et quatuor : sed et hi transeunt. Ubi namque sunt decem consules qui facti sunt? Nusquam. Sed Paulus non sic : fuit namque et vivens semper, non unum diem, non duos, non decem et viginti, non annos decem et viginti, neque triginta, et mortuus est. En quadringentesimus jam annus pertransiit, et adhuc etiam nunc est clarus, multoque clarior, quam cum viveret. Et hæc quidem in terra : claritatem autem sanctorum quæ est in cælis, quis valeat explicare sermo? Idcirco, obsecro, hanc claritatem quæramus, hanc insequamur, et hanc mercamur : vera namque claritas ista est. Desistamus jam ab istis sæcularibus, ut inveniamus gratiam, et misericordiam Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri, una cum sancto Spiritu gloria, honor, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA X.

Terra enim sæpe venientem super se libens imbrem, et generans herbam opportunam illis, a quibus colitur, accipit benedictionem a Deo ; proferens autem spinas et tribulos, reproba est et maledictio proxima : cujus consummatio in combustionem. Cum timore audiamus sermones Dei, cum timore et tremore multo : *Servite enim, inquit, Domino in timore, et exultate ei cum tremore.* Si autem etiam gaudium vestrum et exultatio cum tremore debet esse : quando

vero jam terribilia fuerint quæ dicuntur, qualia sunt quæ nunc dicimus, quali pœna non erimus digni, si non cum tremore quæ dicuntur audiamus? Dicens enim quia impossibile est eos qui ceciderunt baptizari iterum, et per lavacrum remissionem accipere; et ostendens terribilitatem rei, infert: *Terra enim sæpe venientem super se bibens imbrem, et generans herbam opportunam illis, a quibus colitur, accipit benedictionem a Deo; proferens autem spinas et tribulos, reprobata est et maledicto proxima: cujus consummatio in combustionem.* Timeamus ergo, dilectissimi: non sunt hæc minæ Pauli, non sunt hominis verba: Spiritus sancti sunt, Christi sunt loquentis in eo. Quis namque est ab istis spinis mundus? At si essemus mundi neque sic præsumptos nos esse oportet, sed timere et tremere, ne forte pullulent in nobis spinæ: cum autem toti per totum spinæ simus et tribuli, unde præsumimus, dic mihi, et supini efflicimur? Quid est quod nos facit negligentes? Si enim qui putatur stare, debet timere ne cadat: *Qui putatur, inquit, stare, videat ne cadat: qui cadit, quomodo non debet sollicitus esse, ut valeat resurgere?* Si Paulus timet, ne forte aliis prædicans, ipse reprobus fiat, qui sic erat probabilis, et tamen timet ne efficiatur reprobus: nos qui facti sumus jam reprobi, quam veniam habebimus, nullum timorem habentes, sed velut consuetudinem quamdam, sic implentes Christianitatem, et velut solemnitatem quamdam solventes? Timeamus igitur, dilectissimi: *Revelabitur enim ira Dei de celo: timeamus; revelabitur enim non solum super impietatem, sed etiam Super omnem iniquitatem.* Quid est, *Super omnem iniquitatem?* Et innotem et magnam. Hic misericordiam Dei magnificat. Imbrem autem doctrinam inquit: et quod supra dicebat: *Debentes esse doctores propter tempus,* hoc etiam hic dicit. Et in plurimis locis imbrem doctrinam Scriptura dicit: *Mandabo enim, inquit, rubibus, ut non pluant super eos imbrem.* De vinea dictum est: quod alibi famem panis, et sitim aquæ vocat. Et iterum: *Fluvius Dei impletus est aquis. Terra enim bibens, inquit, venientem super se imbrem.* Hic declarat quia susceperunt et combiberunt verbum, et sæpius hanc rem perceperunt, et nec sic utiles facti sunt. Si enim non excoleretur, inquit, si non potarèris imbribus, non esset tantum malum: *Si enim non venissem, inquit, et loquutus eis non essem, peccatum non haberent: si vero sæpius bibisti et excepisti, qua ratione pro fructibus alia protulisti? Exspectavi enim, inquit, ut faceret uvas, fecit autem spinas.* Intueris, quia ubique Scriptura spinas dicit peccata? Etenim etiam David inquit: *Conversus sum in miseria mea, dum infigerentur mihi spinæ.* Non enim simpliciter penetrant, sed infiguntur: ac si parum eorum remaneat, et non omnia evellamus, ipsum parum facit dolorem, similiter sicut in spinis. Et quid dico ipsum parum? et postquam exciduntur, per multum tempus plagæ percussionem relinquunt, et opus habet curatione multa et medicina, ut perfecte a dolore liberetur: non enim sufficit evellere tantum peccata, sed etiam curare locum qui percussus est. Verum timeo ne ad nos ista potius dicta sint, quam ad alteros: *Terra enim bibens, inquit, venientem super se imbrem.* Semper esurimus, semper audimus, sed confestim humorem amittimus sole exortio, propter hoc spinas proferimus. Quæ sunt enim spinæ? Audiamus Christum dicentem: Quia cura sæculi hujus, et deceptio divitiarum præfocant verbum, et infructuosum efficitur. *Terra enim bibens, inquit, sæpe venientem super se imbrem, et generans herbam opportunam.*

Nihil sic opportunum, sicut vita optima; nihil sic opportunum[?], sicut virtus. *Et generans, inquit, herbam opportunam illis a quibus colitur, percipit benedictionem a Deo.* Hic Deum inquit causam omnium esse: percutiens sensim paganos, qui terræ potentiæ fructuum generationem adscribunt. Neque enim agricolarum manus, inquit, sunt, quæ terram ad afferendos fructus excitant, sed imperium Dei: propter hoc enim, inquit, *Percipit benedictionem a Deo.* Intuere quomodo in spinis non dixit: Generans spinas, neque utili hoc nomine us est; sed quid? *Et ferens spinas;* veluti si dicat quis, ebulliens. *Reproba, inquit, et maledictioni proxima.* O quamtam habet consolationem hic sermo! *Maledictioni, inquit, proxima, non maledicta: qui autem necdum in maledictionem incidit, sed proximus est, et longe fieri poterit. Et non hoc solo consolatus est, sed etiam eo quod insequitur: non enim dixit: Reproba et maledictioni proxima, quæ comburetur; sed quid? Cujus consummatio in adustionem.* Si usque ad finem permaneat, inquit. Proinde, si abscindamus, si aduramus spinas, poterimus mille bonis perfrui, et fieri probabiles et benedictionis participes. Recte autem peccatum tribulum appellavit, dicens: *Proferens autem spinas et tribulos: unde enim tenere volueris, percutit et pungit, et est molestum etiam ad videndum.* Postquam eos igitur increpavit sufficienter, et terruit et percussit, curat eos iterum, ne amplius eos dejiciat et supinos efficiat: tardum enim qui percutit, tardiorum efficit. Neque ergo in omnibus adulatur, ne supiniores efficiat; neque in omnibus percutit sed aliquantulum quidem percussoria apponens, multum autem curatoria affert per ea quæ inferunt. Quid enim dixit? Non veluti culpantes vos hæc dicimus, neque veluti putantes vos spinis plenos, sed timentes ne tales efficiamini: melius quippe est verbis vos terrere, ne rebus ipsis doleatis. Et hoc sapientiæ Pauli est, et maximæ. Et non dixit, Putamus, neque conjicimus, neque expectamus, neque speramus: sed quid? *Confidimus autem de vobis, dilectissimi, meliora et habentia salutem, tametsi sic loquimur.* Quod etiam ad Galatas scribens, dicebat: *Confido autem de vobis, in Domino, quoniam nihil aliud sapietis.* Illic enim, quia valde culpabiles erant, et non erat unde eos de præsentibus laudaret, ex futuris hoc facit: *Quoniam enim aliud, inquit, sapietis: hic autem ex præsentibus, Confidimus autem de vobis, dilectissimi, meliora et habentia salutem, ac si sic loquimur.* Et quoniam ex præsentibus non habuit tanta quæ diceret, ex præteritis adestruit hanc consolationem, et dicit: *Non enim injustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri et dilectionis quam ostendistis in nomine ejus ministrantes sanctis.* Quomodo recreavit animæ

eorum et confortavit, antiqua eis in mentem revocans, et fecit eos ut non existimarent oblivisci Dominum. Necessè est enim peccare illum, cui non satisfactum est de spe. Proinde coegit eos omnibus modis exspectare illa futura. Eum enim qui desperat ex presentibus et renuntial, ex futuris confortare quis poterit? sicut et ipse Galatis scribens dicebat: *Currebatis bene*; et iterum, *Tanta passi estis sine causa? si tamen sine causa*. Sicut enim hic cum increpatione ponit laudem, dicens: *Debent esse doctiores propter tempus*: sic et illic, *Miror quia sic cito transducimini*. Cum increpatione dicit, quod laudis est: de majoribus enim cum ceciderint, miramur. Intueris latenter inditam laudem accusationum [f.-oni]? Et non de sesolo hoc dixit, sed et de omnibus: non enim dixit, Confido, sed, *Confidimus de vobis meliora et optima*, inquit. Sive de conversatione, sive de liberalitate hæc dicit. Deinde dicens superius, quia reproba et maledictioni proxima, et quia in combustionem erit: Non utique, inquit, de vobis hoc dicimus? *Non enim injustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri et caritatis*. Pro qua re ergo hæc dicimus? *Desideramus unumquemque vestrum eandem demonstrare festinationem ad satisfactionem spei usque ad finem, ne imbecilles efficiamini; imitatores autem eorum esse, qui per fidem et patientiam hereditati sunt promissiones*.

Desideramus autem, inquit. Non ergo festiamus tantum, neque usque ad verba volumus; sed quid? desideramus circa virtutem vos versari, non veluti priora vestra culpantes, inquit, sed pro futuris solliciti. Et non dixit, quia non sicut priora vestra culpantes, sed, *Præsentia: soluti estis enim, et negligentiores effecti*. Sed quomodo? Intuere quomodo procliviter et significavit, et non increpavit. Quid enim dixit? *Cupimus autem unumquemque vestrum eandem ipsam festinationem ostendere usque ad finem*. Hoc enim mirabile est in Pauli sapientia, quoniam non ostendit, quia remissiores facti erant, vel opus aggressum reliquerant. Dicendo enim, *Cupimus unumquemque vestrum*, hoc est, veluti si quisquam dicat: *Volo te festinare semper, et qualis fuisti primum, talem esse et nunc et in futurum*. Hoc enim redargutionem ejus et faciliorem et tolerabiliorem operatur. Et non dixit, *Volo*, quod est auctoritatis doctrinæ, sed, quod erat paternæ dilectionis amplius quam velle, *Cupimus*, pene dicens, *Ignoscite ac si grave quid loquimur. Cupimus unumquemque vestrum eandem ipsam ostendere festinationem usque ad finem, et satisfactionem spei*. Spes, inquit, sustinet, ipsa est quæ recreat: *Ne dissolvamini, ne desperetis, et superflua sit vestra spes*. Qui enim bona operatur, et bona sperat, et nunquam desperat de seipso. *Ne imbecilles efficiamini*: adhuc efficiamini: quamquam supra dicebat, quoniam imbecilles facti estis auditu. Sed intuere quomodo usque ad auditum imbecillitatem retinuit. Hic autem idipsum significat, prout si diceret: *Ne remaneatis*. Sed iterum idipsum in futurum profert tempus, quod non est obnoxium, dicens: *Ne imbecilles efficiamini*. Tempori enim necdum præsentii obnoxii esse non possumus. Qui enim in præsentii petitur festinare, velut negligens, fortassis et segnus est: qui vero in futurum, non sic. *Cupimus autem unumquemque vestrum*, inquit. Multa dilectione majorum et minorum similiter curam gerit, et omnes scit, nullum despicit, sed eandem circa singulum quemque curam demonstrans, et æqualem honorem ad omnes. Unde et maxime persuadebat suscipere quicquid esset in sermonibus ejus. *Ne imbecilles efficiamini*, inquit. Sicut vacuitas corpus lædit, sic et animam vacuitas a bonis supiniorem operatur et infirmam. *Imitamini autem*, inquit, *eos qui per fidem et patientiam hereditati sunt promissiones*. Et qui sunt isti, deinde dicit. Primum dixit, *Imitamini vestra priora, vestros labores*: deinde ne dicerent, *Qualia?* revocat eos ad patriarcham, exemplum eis laborum ejus et virtutum domesticum afferens. Ut autem non putarent se derelictos esse, ex patriarcha profert exemplum, ne putarent quoniam nullius momenti digni sunt, et quia despecti derelicti sunt; sed ut possent scire, quia magis fortium virorum est illud, ut per tentationes iter hujus vitæ pertranscant: quia admirandis et magnis viris sic utitur Deus. Oportet autem, inquit, cum patientia omnia tolerare; hoc enim est credere. Si vero dicat quia dat, et accipias confestim, quod credidisti? nequaquam tuæ fidei erit istud, sed meæ gratiæ, hoc est dantis. Si vero dicam, Quoniam dabo tibi post centum annos idem; tu vero non desperes: tunc me fidelem existimasti, tunc competentem de me opinionem habes. Vides quia sæpius infidelitas non ex infidelitate contingit tantum, sed etiam ex pusillanimitate, et ex eo quod non longanimitè fert quisquam, ex eo quod diffidit de promittente? *Non enim injustus Deus*, inquit, *ut obliviscatur caritatis vestræ et festinationis, quam ostendistis in nomine ejus ministrantes sanctis*. Magna illis testificatur, non opera tantum, sed etiam alacritatem operum: quod et alibi dixit: *Non solum autem, sed etiam seipos dederunt Domino et nobis. Quam ostendistis*, inquit, *in nomine ejus ministrantes sanctis*. Intuere quomodo iterum eos curat inferens, *Et ministrantes*: adhuc, etiam nunc, inquit, ministrantes. Et erigit eos ostendens, quia non illis fecerunt, sed Deo. *Quam ostendistis*, inquit: et non dixit, *In sanctos*, sed, *In Deum*: hoc enim est, *In nomine ejus*, propter nomen ejus omnia facientes. Qui igitur tanta vestra festinatione a vobis perfruitus est, non contemnit unquam vos neque obliviscitur.

Hæc audientes rogo, ut ministretis sanctis. Omnis enim fidelis sanctus est, secundum quod fidelis est; sive enim sæcularis est, sanctus est: *Sanctificatus est enim*, inquit *vir infidelis in muliere, et mulier infidelis in viro*. Vides quomodo sanctificationem fides facit? Sive igitur sæcularem videamus in perturbatione aliqua, porrigemus manum; nec ad eos tantum, qui in montibus sedent, efficiamur festinantes: sancti quidem sunt illi et vita et fide, sancti autem et isti fide, multi autem et vita. Nec si viderimus monachum in custodia, tunc intremus; si vero sæcularem, non intremus: sanctus est et iste, et frater. Quid ergo, inquit, si autem sit immundus aliquis aut pollutus? Audi Christum dicentem: *Nolite judicare, ne*

*judicemini. Tu propter Deum fac. Et quid dico? ac si paganum videamus in fluctuatione, oportet benefacere: et simpliciter omnem in perturbatione constitutum, multo amplius autem fidelem sæcularem juvare debemus. Audi Paulum dicentem: Facite bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Sed nescio unde hoc introductum est et unde ista consuetudo obtinuit. Qui autem monachos solos quærit, et illis solum benefacere vult, etiam ipsos scrutatur, dicens: Si est dignus, si est justus; nisi fecerit signa, non porrigo manum. Maximam partem eleemosynæ amputavit, et hoc ipsum tempore procedente iterum amputaturus est, cum eleemosyna illa est quæ in peccatores fit, quæ in obnoxios. Eleemosyna enim hæc est, non in eos qui jam perfecti sunt, sed adhuc delinquentes misereri. Et ut discas, adverte parabolam: *Descendit quis, inquit, de Hierosolymis in Hiericho, et incurrit in latrones et cædentes eum reliquerunt juxta viam semivivum. Venit quidam Levita, et videns eum pertransivit. Venit quidam sacerdos, et videns eum, percurrit. Venit quidam Samaritanus, et multam ejus curam fecit, ligavit vulnera ejus, infudit oleum, imposuit in jumentum suum, perduxit eum ad diversorium suum, dixitque stabulario: Adhibe illi curam. Et intueri abundantiam honoris plurimam: Et ego tibi dabo, inquit, quicquid erogaveris. Quis ergo est proximus hujus? inquit. Qui fecit misericordiam. Procede ergo, inquit, et tu fac similiter. Et intueri qualem dixit parabolam. Non dixit quia Judæus in Samaritan fecit, sed quia Samarita honorificentiam illam totam ostendit. Hæc igitur audientes, non solum fidei domesticorum curam geramus, cæteros vero negligamus. Si igitur, inquit, et tu videas quemquam male pati, nihil jam scruteris: habet jus adjutorii quod male patitur. Si enim videas asinum præfocari, consurgis, et non scrutaris cujus sit: multo magis hominem non oportet scrutari cujus sit: Dei quippe est, sive paganus sit sive Judæus, sed adjutorio indiget. Si quidem discutere et judicare præceptus esses, bene ista diceris: nunc autem calamitas illius non te permittit hæc discutere. Si enim nec de sanis nos scrutari oportet, neque aliorum causas inquirere: multo amplius eos qui male patiuntur. Super hæc quid vidisti? numquid in abundantia constitutum? num universis placentem, ut dicas: Quia malignus est, et pessimus? Si vero patientem videris, noli dicere, Quia malignus est. Cum enim placet hominibus quisquam, bene hoc dicimus: cum vero in calamitate est, et adjutorio indiget, non oportet hoc dicere, Quia malus est: crudelitatis hoc quippe est et inclementiæ et ambitionis. Quid Judæis crudelius fuit, dic mihi? Et tamen ultus est eos Deus, et juste et valde juste; et tamen condolentes eis suscepit, eos vero qui eis insurrexerunt, et ultus est. *Nihil patiebaris, inquit, in contributione Joseph. Et iterum inquit, Secabas distinctos. Non dixit, Scrutare, et cognosce quis est: licet sæpius maligni sunt, consolationem præstemus: hoc quippe est maximæ misericordiæ. Qui enim amico benefacit, non propter Deum utique facit: qui autem ignoto, iste pure propter Deum operatur. Noli parcere pecuniis; ac si omnia indiget, evacua, da. Nos autem videntes qui tribulantur ululantes, et pejora mille mortibus patientes, et injuste fortassis, parcius pecuniis, et contemnimus fratres. De inanitatibus quidem curam gerimus, animas vero negligimus, cum Paulus dicat: *In mansuetudine docete eos qui contrarii sunt, ne forte det eis Deus penitentiam ad agnoscendam veritatem, et respiciant de diaboli laqueis, captivati ab eo secundum ejus voluntatem. Ne forte, inquit: intueris quanta longanimitate plenum est hoc verbum? Hunc et nos imitemur, de nullo desperemus. Etenim piscatores sæpius retia mittentes, omnia receperunt: sic et nos speremus, quoniam repente ostendet nobis fructum maturum. Etenim agricola cum seminat, primum diem et secundum sustinet, et multum tempus exspectat, et repente undique videt fructus germinantes: hoc etiam in nobis futurum esse exspectemus, gratia Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre una cum S. Spiritu gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.****

HOMILIA XI.

*Abrahæ namque promittens Deus, quoniam neminem habens per quem juraret majorem, juravit per se ipsum, dicens: Nisi benedicens benedicam te, et multiplicans multiplicabo te. Et sic longanimitè ferens, adeptus est reprobationem. Homines enim per majorem sui jurant, et omnis controversiæ eorum finis ad confirmationem est juramentum. Postquam increpavit fortiter Hebræos, et terruit eos sufficienter, primum quidem laudibus eos consolatur; secundo autem, quod etiam fortius est, per id quod utique percepturos eos ostendit quæ sperabant: et hanc consolationem non ex futuris facit, sed iterum ex præteritis: quod magis eos credere faciebat. Sicut enim in supplicio per illam magis terret, sic etiam in præmiis per hæc consolatur, ostendens consuetudinem Dei. Hæc autem est, ut non celeriter exhibeat promissa, sed per multum tempus. Facit autem hoc, mansuetudinis et virtutis ejus profertis argumentum, et nos ad fidem adducens, ut qui in tribulationibus vivimus et promissiones necdum accepimus, non desperemus mercedem laborum nostrorum. Et omnes relinquens, quamquam multos haberet ad dicendum, Abraham in medium adduxit, propter dignitatem personæ et propter quod maxime in eo istud contigerit: cum etiam in fine epistolæ dicat, quia hi omnes de longinquo illas videntes, et diligentes, non receperunt promissiones, ne sine nobis perficerentur. *Abrahæ namque, inquit, promittens Deus, quoniam neminem habuit, per quem juraret majorem, juravit per semetipsum, dicens: Nisi benedicens benedicam te, et multiplicans multiplicabo te. Et sic longanimitè ferens, adeptus est reprobationem. Quomodo**

non accepit quod adeptus est? Non de eisdem ipsis dicit et hic et illic, sed duplicem facit consolationem. Promisit Abrahamæ, inquit, et quædam quidem hic post multum temporis dedit, quædam autem illic necdum: et sic longanimiter ferens adeptus est repromissionem. Vides quia non repromissio sola totum operata est, sed et longanimitas? Hic terret eos, ostendens quia sæpius impeditur repromissio per pusillanimitatem: et hoc ostendit quidem per plebem. Quoniam enim pusillanimiter erant ferentes, propter hoc repromissiones non sunt adepti: e contra autem ostendit per Abraham. Deinde circa finem etiam aliquid plus facit: quoniam et longanimiter ferentes non sunt adepti, et neque sic contristantur. *Homines enim per majorem jurant, et omnis controversiæ eorum finis ad confirmationem est juramentum: Deus autem, qui non habuit majorem per quem juraret, per semetipsum juravit.* Optime. Quis est qui juravit Abrahamæ? nonne Filius? Non, inquit; magis autem ipse. Esto, non contendo. Quando vero ipse jurat, *Amen, amen dico vobis*: nonne manifestum, quia non habens majorem per quem juret? Sicut enim Pater jurat, sic et Filius per semetipsum jurat, dicens: *Amen, amen dico vobis*: Hoc eos commonefacit et juramentorum Christi, qui sæpius dicebat: *Amen, amen dico tibi, qui credit in me, non morietur in æternum.* Quid est, *Et omnis controversiæ eorum finis ad confirmationem est juramentum*? Proinde si diceret, ex hoc solvitur totius controversiæ disceptatio, non illius vel illius, sed totius. Oportebat quidem et sine juramento credere. Deo. *In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationes hereditibus, immobilitatem consilii sui interpositit jusjurandum.* Hic et fideles includit. Propterea etiam hujus repromissionis mentionem facit, quæ ad nos communiter facta est. *Interposuit jusjurandum.* Iterum hic Filium dicit inter homines et Deum mediatorum. *Ut per duas res immobiles quibus impossibile est mentiri Deum.* Quale et quale? Hoc est, dicere et promittere, et juramentum addere promissioni. Quoniam enim apud homines hoc videtur fidele esse, cum juramentum interfuerit: propterea etiam hoc addidit.

Intueris quoniam non dignitatem suam attendit, sed quomodo hominibus persuadeat, et indigna de se patitur dici? hoc est, satisfacere volens. Et de Abraham quidem ostendit Dei esse totum opus, non longanimitatis illius, siquidem et juramentum passus est addere, per quem jurant homines. et Deus per se ipsum: ipse autem non sicut per majorem: et tamen fecit. Non æquale est hominem per se jurare et Deum: homo enim sui potestatem non habet. Intueris igitur, quia non ad Abraham magis, quam ad nos dictum est? *Fortissimum, inquit, solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem.* Et hic iterum longanimiter ferens, adeptus est repromissionem. Nunc, inquit: et non dixit, Quia juravit. Juramentum autem quod est, aperuit, dicens: Per majorem jurare. Sed quia incredulum est humanum genus, condescendit ad nos. Sicut enim jurat propter nos, quamvis indignum ei sit non credi, sicut dictum est: *Et didicit ex quibus passus est*, quoniam homines hoc putant maxime esse dignum fide, ut per experimentum quis transeat. *Propositam spem.* Quid est, *Propositam spem*? Ex his, inquit, futura concijimus. Si enim ista post tantum temporis facta sunt, utique et illa. Proinde ea quæ ad Abraham facta sunt, credere nos faciunt et de futuris. *Quam sicut ancoram, inquit, habemus animæ tutam ac firmam, et incedentem usque in interiora velaminis; ubi præcursor pro nobis introiit Jesus, secundum ordinem Melchisedech pontifex factus in æternum.* In mundo adhuc constitutos, et necdum translatos ex hac vita, ostendit et jam fuisse in eis qui promissi sunt. Per spem enim jam in cælo sumus, inquit: permanet [f. permanete] ergo; utique enim erunt. Deinde satians, dicit: Magis autem spe. Et non dixit: Nos sumus in interioribus; sed, Quia ipsa ingressa est in interiora: quod verum est et credibile. Sicut enim ancora jactata de navi non permittit eam circumferri, licet venti commoveant, sed jactata firmam facit: sic et fides. Intuere, quoniam valde convenientem invenit imaginem: non enim dixit fundamentum, quod dissonant, sed ancoram. Quod enim in motu est, et non valde videtur fixum esse, quod est super mare, sicut quod super terram stat et movetur, et non movetur in valde firmis et philosophis fortassis. Ideo illam similitudinem posuit Christus, dicens: *Si quis ædificat domum suam super petram.* In eis qui dubitabant et debebant per fidem portari, proprium hoc posuit Paulus. Tempestas enim, et multus imber commovet ratem: spes autem non permittit eam circumferri. Proinde si hanc non haberemus, olim dimersi fuissetus. Non in spiritualibus tantum, sed etiam in secularibus multam quis hujus invenit fortitudinem: utputa in negotiando, in agricultura, in militia: nisi hanc quisquam primo proponat, numquam aliud attingit. Non simpliciter dixit ancoram. sed. *Tutam et firmam.* autem non movetur, *ingredientem usque ad interiora velaminis*; ac si diceret, penetrantem cælos. Deinde etiam fidem intulit, ut non sola spes sit, sed et vera valde. Post juramentum enim aliud ponit, hoc est rerum approbationem: *Quia jam præcursor pro nobis introiit Jesus.* Præcursor autem quorundam est præcursor, sicut Joannes Christi. Et non dixit simpliciter, *Introiit*, sed, *Ubi præcursor pro nobis introiit*, veluti oporteat consequi. Non enim multum est inter præcursorem et consequentem quod medium est, cæterum præcursor neque erit. Præcursorem etenim et consequentem in eadem ipsa via esse convenit, et alterum occupare. *Secundum ordinem Melchisedec*, inquit, *pontifex factus in æternum.* Ecce et alia consolatio: siquidem supra pontifex noster, et multo melius eo qui apud Judæos, non moribus tantum, sed etiam loco et tempore et testamento et persona. Hoc autem de eo, qui secundum carnem est, dicitur.

Oportet itaque et illos quorum est pontifex admodum esse meliores; et quantum est inter Aaron et Christum, tantum inter nos et Judæos. Intuere quippe, in superioribus habemus pontificem, in superioribus sacrificium: talia etiam nos offeramus sacrificia, quæ in illo

sanctuario possint offerri : non jam pecudes vel boves, non jam sanguinem et adipem : omnia hæc soluta sunt, et pro eis introductum est rationabile obsequium. Quid autem est rationabile obsequium? Quæ per animam, quæ secundum spiritum offeruntur (*Spiritus est, inquit, Deus, et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare*) : quidquid non indiget instrumentis, neque locis in quibus ipse quidem est pontifex ; veluti est mansuetudo, temperantia, misericordia, patientia, longanimitas, humilitas. Miracula enim hæc et in Veteri Testamento inveniet quis olim firmata. *Sacrificate, inquit, Deo sacrificium justitiæ ; et, Sacrificate sacrificium laudis ; et, Sacrificium laudis glorificabit me ; et, Sacrificium Deo spiritus contribulatus ; et, Quid Dominus exquirat a te, nisi ut audias eum ? Holocaustomata pro peccatis non suscipies. Tunc dixi : Ecce veniam, ut faciam voluntatem tuam ; et iterum, Ut quid mihi libamen de Saba : discede a me. Sonum cantilenarum tuarum, et psalmum organorum tuorum non audiam, sed pro istis misericordiam volo, et non sacrificium.* Intueris qualibus sacrificiis placatur Deus ? intueris et retro jam tempora, alia quidem discedentia, alia introeuntia ? Hæc igitur offeramus. Illa quidem divitiarum sunt et divitum, hæc autem virtutis : illa extrinsecus, ista intrinsecus : illa et quilibet operari potest, hæc autem pauci. Quanto enim melior est pecore homo, tanto hoc sacrificium illo : hic enim animam tuam oblationem offers. Sunt etiam aliæ oblationes, quæ vere sunt holocaustomata, martyrum corpora : ibi et anima et corpus [*add. sancta*] ; illa sacrificia odorem suavitatis habent maximum. Potes et tu, si volueris, tale sacrificium offerre. Quid enim, si non igni comburatur corpus ? sed alio igni potest, utputa paupertatis voluntariæ tribulationis. Cum enim liceat deliciose et optime degere, et eligatur laboriosa vita et amara, mortificasque corpus, nonne holocaustoma est ? Mortifica ergo corpus tuum et crucifige, et accipis tu hujus martyrii coronam. Quod enim illic gladius operatur, hoc hic alacritas faciat. Non incendat, neque occupet pecuniarum amor ; magis extinguatur cupiditas ista importuna igne spirituali, excidatur gladio Spiritus. Istud sacrificium est bonum, non opus habens sacerdote, nisi ipso offerente : hoc est sacrificium bonum : deorsum quidem functio ejus exhibetur, sed sursum confestim ipsum ascendit. Nonne miramur, quia in antiquo tempore ignis descendens omnia consumebat ? Licet tibi et nunc, ut descendat ignis multo mirabilior illo, et omnia consumat quæ offeruntur : magis autem non consumere, sed sursum levare in cælum. Hæc enim non rediguntur in cinerem, sed dona sunt Deo. Tales etiam erant Cornelii oblationes : *Orationes tuæ, inquit, et elemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.* Intueris conjugationem optimam ? Tunc exaudimur, quando et nos audimus pauperes accedentes : *Qui autem obturat, inquit, aures suas, ut non audiat pauperem, deprecationem ejus non exaudiet Deus. Beatus item, inquit, qui intelligit super egenum et pauperem : in die mala liberabit eum Dominus.* Quali mala ? Sed illa mala erit peccatoribus. Quid est, *Qui intelligit* ? Hoc est, qui cognoscit quid sit pauper, qui tribulationem ejus percipit : cognoscens enim tribulationem ejus, utique confestim miserebitur ejus. Si videris pauperem, non pertranseas ; sed statim intellige quis fuisti, aut si tu esses in illo, quid non velles omnes facere. *Qui intelligit, inquit.* Intellige quia similis tibi liber est, et eandem tecum participatur generositatem : et tanta tecum communia habet, et fortassis nec canibus tuis æqualis est ; sed illi quidem saturantur, iste sæpius dormivit esuriens : et servis tuis inhonorabilior est, qui liber consistit. Sed illi tibi necessaria officia complent. Quæ ista ? serviunt tibi bene ? Si autem ostendero necessarium officium tibi implere, multo amplius ab illis aderit tibi : quippe in die judicii et eruet te ex igne. Quid tale omnes servi faciunt ? Quando Tabitha defuncta est, quis eam resuscitavit ? servi circumstantes, an pauperes ? Tu autem neque servis liberum æqualem facere volēs. Frigus est, et jacet pannis circumdatus pauper moriturus, dentes quatiens, et vultu et habitu deprecans : tu autem calefactus et ebrius pertransis. Et quomodo vis Deum, in calamitatibus te constitutum liberare ? Fortassis autem etiam hoc dices : Ego si essem et assumere quemquam qui multa peccavit, mitterem eum, et Deus non dimittit ? Non hoc dicas, sed eum qui nihil peccavit, quem potes liberare, hunc despicias. Et quomodo te peccantem in illum dimittit ? nonne hæc gehenna digna sunt ? Et quid mirabile ? sæpius quidem corpus mortuum sine sensu, necdum jam honorem sentiens, decem millibus, et variis auro textis vestibus induis ; corpus autem quod frigore afficitur et conciditur et cruciatur et distenditur ex fame et gelu, despicias, et amplius vanæ gloriæ subministras, quam timori Dei. Et utinam usque ad hoc tantum esses : sed confestim accusatio adversus interpellantem, Quid non operatur, inquis ? quid vacans pascitur ? Dic mihi, tu per operationem habes quæ habes ? nonne hereditatem paternam suscipiens ? ac si et operans, num ideo exprobras alteri ? nonne audis Paulum dicentem : postquam enim dixit : *Quia qui non operatur, neque manducet : Vos autem bonum, inquit, facientes non deficiatis ?* Sed quid inquis, Impostor est.

Quid dicit, o homo, propter unum panem et vestimentum impostorem, cum vocas ? Sed confestim vendet illud, inquis. Tu autem cuncta tua bene disponis ? Quid autem ? num omnes ex vacuitate egent ? nemo per naufragium, nemo per judicia, nemo per furta, nemo per pericula, nemo per ægritudines, nemo per aliam calamitatem ? Sed, si audierimus aliquem talia deplorantem, majora clamantem, et nudum cælos insipientem, et capillos demittentem, et panis circumdatum, confestim eum impostorem, fallacem, irrisorem vocamus. Non erubescis ? quem impostorem vocas ? Noli dare, et noli accusare hominem. Sed habet, inquis, et fingit. Hoc tua est accusatio, non illius : scit enim cum crudelibus se habitare, cum bestiis magis, quam cum hominibus, et quia, nisi miserabile proferat verbum, nullum ad miserandum adducit : et propter hoc compellitur et habitum miserabilem sibi

circumponere, ut tuam frangat animam. Si viderimus aliquem in habitu liberi interpellantem nos, iste, inquis, impostor est, et ut putetur ex generosis esse, isto modo interpellat, si viderimus in contrario habitu, et illum culpamus. Quid agant de cætero? O crudelitas et supinitas! Quare, inquis, aliqui membra sua denudant? Propter te: si misericordes essemus istis, eis artibus opus non esset: si prima interpellatione persuasisse, non tanta commenta exquisissent. Quis est ita miser, ut velit tantum clamare, ut velit ad confusionem venire, ut velit publice deplorare, cum nuda conjuge, cum filiis? Hæc qua paupertate non sunt pejora? Sed pro his non solum misericordiam nullam a vobis accipiunt, magis autem etiam accusantur. Adhuc autem et indignamur, quoniam Deum precantes non exaudimur, adhuc graviter ferimus, quoniam non impetramus rogantes. Non contremiscimus, dilectissimi? Sed sæpius dedi, inquis. Tu autem non semper vesceris? infantulos autem sæpius petentes non advocas? O inverecundia! pauperem inverecundum vocas? tu sapiens non es inverecundus, ille autem pro pane deprecans, inverecundus judicatur? Non intelligis quanta est necessitas ventris? nonne omnia propterea facis? nonne spiritualia propter hoc negligis? non cælum tibi propositum est, et regnum cælorum? tu autem ventris timens tyrannidem, omnia sustines, et illa contemnis. Hæc est inverecundia. O vanitas! Ille, inquis, tantos aureos fœneratur, ille tantos, et mendicat. Puerorum hæc fabulæ sunt, et vanitates: etenim pueri tales fabulas a nutricibus audiunt. Non mihi persuadetur, non credo, absit. Ad usuram dat quis, et in abundantia constitutus mendicat. Qua causa? dic mihi: quid est confusibilis? melius quippe est mori, quam mendicare. Quamdiu ita supini sumus? Quid ergo? omnes ad usuram dant, omnes impostores sunt, nullus revera pauper est? Etiam, inquis, et multi, Quid ergo? Vel eis non exhibes auxilium: ut quid existis scrupulosus vitæ eorum enucleator? Sed hæc occasiones sunt et excusationes. *Omni petenti te da, et volentem a te mutuari non averseris.* Extende manum tuam, non sit contracta. Non enim vitarum constituti sumus discussores; alioqui nullus hoc modo miserebitur. Quare, quando Deum rogas, dicis: Peccatorum meorum ne memineris? Proinde, et si valde sit ille peccator, hoc ipsum et in ipso considera, et noli reminisci peccatorum ejus. Tempus est misericordiæ, non scrupulosæ discussionis; misericordiæ, non ratiocinationis. Nutri vult: siquidem vis, tribue; si autem non vis, dimitte sine increpatione. Quare miser es et infelix? quare nec tu miseris, et volentes avertis? Quando enim ille audierit a te, Quoniam iste deceptor est, quoniam ille fictor est, quoniam ille ad usuram dat, incipit neque istis dare, neque illis: omnes in suspitione habebit, tales esse putabit. Scitis enim quia quæ mala sunt facile suspicamur; quæ vero optima, non ita. Efficiamur misericordes, non quomodocumque, sed quomodo Pater noster cælestis: ipse et adulteros et meretrices et maleficos gubernat: et quid dico? omnem speciem iniquitatis habentes. In tanto enim mundo necesse est esse tales et plurimos: verumtamen omnes nutrit, omnes induit: nullus fame periit aliquando, nisi forte sponte. Sic efficiamur etiam nos miseratores: si quisquam opus habuerit, et in necessitate fuerit, auxiliare. Nunc autem ad hoc irrationabilitatis venimus, ut non solum circa pauperes hoc faciamus, qui per vicos ambulat, sed etiam circa viros monachalem vitam agentes. Ille impostor est, inquis. Non hoc dicebam pridem, quia si indifferenter omnibus demus, semper miserebimur; si autem cœperimus scrutari, numquam misericordiam præstabimus? Quid dicis? ut panem accipiat, impostor est? Si quidem auri talenta quæreret et argenti, aut vestes pretiosas, aut servos, vel aliud quidquam, merito quis istum diceret deceptorem: si autem nihil horum, sed gubernationem, et vestimentum, quæ philosophiæ sunt, numquid hæc deceptoris sunt? dic mihi. Quiescamus ab hac absurda curiositate et diabolica et preemptoria. Si enim in clero electum se esse dicat, si sacerdotem nominet, scrutare; non enim sine periculo in talibus indiscussa communicatio est; circa majora periculum vertitur: si vero pro nutrimento postulat, nihil examines; non enim das, sed accipis. Quomodo Abraham hospitalitatem circa omnes transeuntes ostendebat? Si scrutator fuisset circa refugientes ad se, numquam angelos hospitio recepisset; fortassis enim non putans eos angelos esse, cum reliquiis repelleret: sed quoniam omnes suscipiebat, suscepit et angelos. Non enim ex vita accipientium a te mercedem tibi retributurus est Deus; sed ex voluntate, ex honorificentia multa, ex misericordia, ex bonitate. Hæc si sint in te, et omnia adipisceris bona: quæ cunctis nobis contingat adipisci, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi: cum quo Patri una cum sancto Spiritu gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XII.

Hic enim Melchisedech, rex Salem, sacerdos Dei summi, qui obviavit Abraham, regresso a cæde regum, et benedixit ei, cui decimas omnium divisit; primum quidem qui interpretatur rex justitiæ, deinde autem rex Salem, quod est rex pacis: sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vite habens, assimilatus autem Filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. Volens Paulus differentiam demonstrare novi et veteris Testamenti, in multis hoc disseminat, et jaculatur, et veluti quodam tintinnabulo præoccupat aures auditorum, et exercet. Confestum quippe ab ipso exordio hoc injecit, dicens: Quia illis quidem loquutus est in prophetis, nobis autem in Filio: et illis quidem multifariam et multis modis, nobis autem, per Filium. Deinde de Filio loquutus, quis iste sit, et quid operatus sit, et admonens

credendum illi esse, ne eadem patiamur, quæ et Judæi, et dicens, quia pontifex est secundum ordinem Melchisedec; et sæpius in hanc differentiam ingredi volens, et multa ante dispensans, et increpans veluti infirmos, et iterum recurans et recreans, ut confidentiam reciperent: tunc jam introducit differentiam rationem vigentibus auditoribus. Qui enim surdus et desperat, non facile quidquam advertit. Et ut cognoscas, audi Scripturam dicentem: *Et non audierunt Mosem propter pusillanimitatem*. Propter hoc primum excludens mærores eorum multis et terribilibus et benignis sermonibus, tunc jam aggressus est de differentia rationem. Et quid dixit? *Hic enim Melchisedec, rex Salem, sacerdos Dei altissimi*. Et quod est mirabilius, in ipso typo demonstrat multam esse differentiam. Quod enim dixi ex typo, semper fidem facit veritati ex præteritis propter infirmitatem audientium. *Hic enim, inquit, Melchisedec, rex Salem, sacerdos Dei altissimi, qui obviavit Abraham remeanti a cæde regum, et benedicens eum, cui etiam decimas distribuit ab omnibus Abraham*. In paucis totam narrationem posuit, et mystice eam contemplatus est; et primum ex nomine: *Primum quidem, qui, inquit, interpretatur rex justitiæ*. Sedec quippe justitia dicitur, Melcha vero rex; Melchisedec ergo rex justitiæ. Intueris et in nominibus scrupulosam diligentiam? Quis est rex justitiæ, nisi Dominus noster Jesu Christus rex justitiæ? Deinde rex Salem ex civitate; hoc est, rex pacis. Quod iterum pertinet ad Christum: iste namque nos justos effecit, pacificavit quæ in cælis sunt, et quæ in terris. Quis homo est rex justitiæ et pacis? Nullus nisi solus Dominus noster Jesus Christus. Deinde alteram differentiam introducit. *Sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum habens, neque finem vitæ, assimilatus autem Filio Dei, manet pontifex in perpetuum*. Quoniam igitur occurrebat illi quod dictum est: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec*; ille autem moriturus erat, et non fuit sacerdos in perpetuum: intueri quali contemplatione istud exposuit. Et quis hoc umquam de homine dixerit? Non re ipsa, inquit, dico: hoc est, Nescimus quem patrem habuit, vel quam matrem, neque quando suscepit initium, neque quando defunctus est. Et quid hoc, inquis? num enim quia nos nescimus, ideo defunctus non est? non habuit parentes? Bene dicis: et defunctus est, et parentes habuit. Quomodo ergo, *Sine patre, sine matre*? quomodo neque initium dierum, neque finem vitæ habuit? Quomodo? in illo non est narrata genealogia ejus: sic et Christus ipsa natura rei.

Ecce sine initio et sine fine est. Sicut enim istius nescimus neque initium dierum, neque finem vitæ, propter quod non sit scriptum: sic et nescimus Filii Dei vel initium vel finem, non quia non est scriptum, hoc autem veritas; et ideo ex hoc non esse, non est: sicut etiam in nominibus. Hic enim appellationes erant rex justitiæ et pacis, illic autem rerum veritas. Quomodo ergo initium habet? Intueris sine initio Filium, non quia non habet causam ex qua sit; hoc enim impossibile est; habet namque Patrem, alioqui quomodo Filius? sed quia non habebat initium vitæ neque finem. *Assimilatus autem Filio Dei*. In quo est similitudo? Quia et hujus et illius finem ignoramus et initium; sed hujus quidem, quia non est scriptum; illius autem, quia omnino non est. In hoc similitudo. Si autem in omnibus esset similitudo, non jam typus esset et veritas, sed typus esset utrumque. Sicut enim in imaginibus est aliquid simile, est etiam aliquid dissimile: in scriptione quippe est similitudo quædam in caractere, dissimilitudo autem in impositione colorum: et sic differentia manifesta monstratur, et quiddam quidem simile, quiddam autem dissimile. *Considerate autem, inquit, quantus iste est, cui etiam decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha*. Interim coaptavit typum. Unde jam confidens ostendit eum etiam veris rebus, quæ erant apud Judæos, clariorem similitudinem typi habentem Christi, in tantum, ut non solum Judæis, sed etiam ipso progenitore sacerdotum meliorem ostendat. Quid enim quis dicat de veritate? Intueris cum quanta abundantia ostendit excellentiam? *Considerate autem, inquit, quantus iste sit, cui etiam decimas dedit Abraham patriarcha ex præcipuis*. Præcipua exuviæ dicuntur. Et non potest dici, Veluti consorti belli dedit: propter hoc enim dixit: Obviavit remeanti a cæde regum. Domi quippe sedebat, inquit, et de laboribus suis dedit ei primitias. *Quidam quidem de filiis Levi sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere a populo secundum legem, hoc est, a fratribus suis: quamquam et ipsi exierint ex lumbis Abraham*. Tanta quippe est, inquit, sacerdotii excellentia, ut etiam qui similes essent a progenitoribus, et eundem haberent progenitorem, tamen multo amplius meliores esse judicati sunt ab aliis. Decimas igitur ab illis accipiunt. Cum ergo aliquis horum inventus fuerit apud eos, ab ipsis decimas accipiens, non quidem isti ordinem tenebunt aliquorum [i. laicorum], ille autem in sacerdotibus erat? Et non hoc solum, sed neque similis in honore fuit, sed ex alio genere. Proinde nullo modo dedisset alienigenæ decimas, nisi ejus plurimus honor esset. O quid operatus est Paulus! plus quam credibile est: in Epistola ad Romanos sermonem movens declaravit, et nostræ et Judaicæ conversationis Abraham progenitorem esse: hic autem multum adversus eos ausus est, ostendens incircumcisum multo meliorem. Quomodo ergo hoc ostendit? Quia ei Levi decimas dedit. Et quid ad nos hoc? Multum, inquit, ad nos: non enim contendere potestis Levitas esse meliores, quam Abraham. *Ille autem qui sine genealogia est, de ipsis decimatus est Abraham*. Et non simpliciter transivit, sed adjunxit, *Et habentem promissionem benedixit*. Quoniam sursum atque deorsum erat hoc honoris illorum, ostendit ab illo honorabiliorem esse illum ex communi omnium judicio: *Et sine ulla contradictione, inquit, hoc est, omnibus sic videtur. Quod minus est a meliore aliquo benedicitur*. Proinde melior est typus Christi, etiam ab eo qui promissiones habebat. *Illic quidem*

decimas homines morituri accipiunt, illic autem testimonium perhibetur, quia vivit. Sed ne dicamus [f. dicat aliquis], Quid ad antiqua reverteris? Dic nobis, " Quomodo dici solet " Et bene illum appellavit. *Per Abraham et Levi decimatum esse, qui decimas accepit. Quomodo? Adhuc in lumbis erat, cum ei obviavit Melchisedec; hoc est, in eo erat Levi, quamquam natus non esset. Et non dixit, Levitæ, sed, Levi. Intueris eminentiam? vides quantum interest inter Abraham et Melchisedec, qui typum gerebat pontificis nostri? Et ostendit excellentiam potestatis, non ex necessitate factam. Ille quippe dedit decimas, quod pertinet ad sacerdotem; iste benedixit, quod melioris est. Ista excellentia et ad progenitos omnes pertransiit. Mirabiliter et fortiter exclusit Judaicas rationes. Propterea dicebat, *Quia imbecilles facti estis* : quia hæc evertere volebat, ne gloriarentur in eis. Talis enim est sapientia Pauli : præstruit primum, et tunc ingreditur ad ea quæ vult ostendere. Duo ponens, genus humanum, et quia multa indiget diligentia, et ampliore quam arbusta vel surculi. Illic enim natura corporum est et terræ, serviens agricolarum manibus : hic autem voluntas est plurimas mutationes excipiens, et nunc quidem istud, nunc autem illud assumens ; et proclivis est ad malitiam.*

Propterea oportet undique cautelam exhibere nos, ne forte obdormiscamus. *Ecce enim, inquit, non obdormiet, neque obdormiscet, qui custodit Israel : et, Ne des commotionem pedibus tuis.* Non dixit, *Commovetis, sed, Tu ne des.* In nostro arbitrio est dare, et nullo alio : si enim volerimus stare firmi, et immobiles, non commovebimur. Quid ergo? nihil Dei est? Omnia quidem Dei sunt, sed non ita, ut liberum arbitrium lædatur. Si igitur Dei sunt, inquit, omnia, quid ergo nos culpamur? Propterea dixi, *Ut liberum arbitrium nostrum non lædatur* : in nostro itaque arbitrio est. Oportet nos quippe eligere primum quæ bona sunt ; et tunc ipse, quæ ab ipso sunt, introducit. Non antecedit nostras voluntates, ne lædatur liberum arbitrium : cum autem nos elegerimus, multam tunc introducit auxilium. Et quomodo ergo Paulus inquit : *Neque volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei?* Primum quidem non sicut propriam sententiam introduxit, sed veluti ex iis quæ proposita erant hoc collegit, et ex iis quæ ante præmiserat. *Dicens enim, Scriptum est : Miserebor, cui miserebor* : et dicitur igitur. *Neque volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* Dicis ergo mihi, quid adhuc quæritur? Secundum illud autem est dicendum, quia cujus est amplius, totum esse dixit. Nostrum enim eligere tantum est et velle ; Dei autem efficere et ad perfectionem perducere. Quia ergo illius est amplius, ejus dixit esse universum, secundum consuetudinem hominum : sic quippe etiam nos facimus. Verbi gratia : videmus domum bene ædificatam, et dicimus quia totum artificis est : et tamen non omne opus ejus est, sed etiam operariorum, et qui materiam tribuit domui, et aliorum plurimorum : verumtamen quoniam amplius ipse contulit, illius universum opus dicimus. Sic etiam et hic. Iterum in multitudine, ibi plurimi sunt, omnes esse dicimus ; ubi autem pauci, nullum. Sic et Paulus dixit : *Neque volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* Adstruit autem hic *dæmon* quædam magna, unum quidem, ne in superbiam erigamur ". Sive festines, inquit, non potest tuum esse effectum : si enim desuper non adveniat adjumentum, omnia in vano erunt. Verumtamen quicquid adeptus fueris eorum ad quæ festinas, manifestum quia currendo et volendo adipisceris. Non ergo hoc dixit, quoniam in vanum currimus ; sed quid? Quoniam in vanum currimus, si nostrum esse universum putaverimus, si non plurimam partem Deo tribuerimus. Neque enim Deus totum suum esse voluit, ne videatur sine causa nos coronare ; neque iterum nostrum, ne in superbiam incidamus. Si enim minimam partem habentes, alta sapimus, quid, si totius nos operis nostri domini essemus? Multa quippe Deus ut ambitionem nostram recideret fecit : *Et adhuc altissima illa manus.* Quantis nos passionibus circumdedit, ut nostram recidat arrogantiam? quantis circumvallavit bestiis? Etenim quando dicunt quidam, Quid hoc, aut cur hoc? contra quod Deo placet ista loquuntur. In tanto te timore constituit ; et neque sic humilia sapis, sed si modicam prosperitatem arripias, ad ipsum cælum pertingis alta sapiendo.

Propterea etiam celeres mutationes existunt et ruinæ, et neque sic corripimur : propterea mortes frequentes et immaturæ ; nos autem veluti immortales sapimus, ut nunquam morituri : sic rapimus aliena, et sic ampliora cupimus, ut nunquam reddituri rationem : sic ædificamus, tamquam hic perpetuo permansuri ; et neque Dei verbum per singulos dies nobis insonans, neque ipsæ res nos corripunt. Non est dies, non est hora, in qua non videantur mortui frequenter efferri ; sed omnia sine causa. Duritiam enim nostram nihil mitigat, neque ex alienis calamitatibus meliores effici possumus, magis autem nolimus : sed quando soli lugemus, tunc humiliamur ; et si item manum suam porrigat Deus, nos manum nostram erigimus. Nemo divina sapit, nemo contemnit quæ in terra sunt, nemo ad cælum attendit : sed sicuti sues deorsum proni sunt, ad ventrem inclinati, in volutabris devoluti : sic et plurimi hominum deterioribus volutabris se polluunt, et non sentiunt. Melius quippe est luto immundo pollui, quam peccatis. Qui enim illic polluitur, parvo tempore delavatur, et efficitur similis ei qui illic non cecidit : qui vero in barathrum ceciderit peccatorum, talem pollutionem accipit, quæ aquis non posset dilui, sed quæ multo tempore opus habeat, pœnitentia diligenti et lacrymis et luctu, amplioreque tempore quam dilectissimis nostris solemus ostendere. Istæ quidem sordes extrinsecus nobis adveniunt ; propterea et citius eas amittimus : illæ autem intrinsecus generantur ; propterea et vix delavantur et expurgantur. *De corde enim, inquit, exeunt cogitationes malignæ, fornicationes, adulteria, furta, falsa testimonia.* Idcirco et Propheta dicebat : *Cor mundum crea in me Deus, etc.* ; alius au-

tem, *Lava a malitia cor tuum Jerusalem*. Intueris quia et nostrum est opus bonum? Et iterum: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*. Efficiamur mundi, quantum valet virtus nostra, abstergamus a nobis peccata. Quod autem possint abstergi propheta docet, dicens: *Lavamini, mundi estote, auferte malitias vestras ab animabus in conspectu oculorum meorum*. Quid est, *In conspectu oculorum meorum*? Quia putantur esse quidam non maligni, sed hominibus, Deo autem manifesti sunt: sepulcra sunt dealbata: propterea sic dixit: *Auferte, sicut ego video. Discite bonum facere, exquirite iudicium, juste iudicate egenum et pauperem: et venite disputemus, dicit Dominus: et si fuerint peccata vestra sicut phaniticum, sicut nivem dealbabo; si vero fuerint sicut coccinum, sicut lanam alba facio*. Intueris quia prius nos a nobisipsis oportet mundari, et tunc Deus mundat? Primo quidem dicens: *Mundi estote*, tunc intulit, *Ego dealbabo*. Nemo igitur etiam eorum, qui in profundum iniquitatum devenerunt, desperet de seipso. Ac si in habitum, inquit, venias, et pene in naturam ipsius iniquitatis, non timeas. Propterea enim colores non tenues nominavit, sed pene qui consubstantiales videntur subjectis in quibus sunt. Quod dixit in contrarium statum et habitum convertere, non simpliciter se lavare dixit, sed sicut nivem et sicut lanam dealbare, ut nobis spem meliorem proponat. Major itaque est pœnitentiæ virtus, si quidem nos sicut nivem efficiet, et sicut lanam dealbat, ac si antecedens peccatum inficiat animas nostras. Festinemus itaque mundi effici, nihil grave nobis imperavit: *Judicate pupillo, et juste iudicate viduam*. Vides quomodo ubique multa cura est Deo, et multa ratio misericordiæ, et patrociniij exhibendi eis qui opprimuntur? Hæc et nos aggrediamur opera, et poterimus gratia Dei bona futura adipisci: quorum contingat nos omnes dignos effici, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri, una cum S. Spiritu gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XIII.

*Si ergo consummatio per sacerdotium Leviticum erat (populus enim sub ipso legem accepit), quid adhuc necessarium secundum ordinem Melchisedec alium surgere sacerdotem, et non secundum ordinem Aaron dici? Translato enim sacerdotio necesse est, ut et legis translatio fiat. In quo enim hæc dicuntur, ex alia tribu est, de qua nullus altario præsto fuit. Manifestum est enim quod ex Juda ortus est Dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moses loquutus est. Si ergo consummatio per Leviticum sacerdotium erat, inquit. Dicens de Melchisedec, et ostendens quantum melior esset Abraham, et multam differentiam prædicans: hinc jam incipit ipsius Testamenti differentiam ostendere, et quomodo illud quidem imperfectum est, istud autem perfectum. Et necdum in ipsas res ingressus est; sed ex sacerdotio interim pugnat et ex tabernaculo. Hæc enim credibilia erant infidelibus, quando ex iis quæ antecesserant et credita sunt probatio fit. Ostendit ergo quia multum et a Levi et ab Abraham melior Melchisedec in ordine sacerdotali factus est. Ex alio iterum argumentatur; ex isto: Cur, inquit, non dixit, Secundum ordinem Aaron? Et considera mihi excellentiam. Unde enim posset excludere sacerdotium, quoniam non secundum ordinem Aaron fuit: inde istud quidem statuit, illos autem excludit. Hoc ipsum, inquit, dico: Cur non secundum ordinem, inquit, Aaron factus est? Sed etiam quod dixit, *Quid adhuc necessarium, multam habet expressionem*. Si enim Christus secundum carnem ante esset secundum ordinem Melchisedec, deinde lex facta esset, et ea quæ circa Aaron disposita sunt: merito quis dixisset, Quia istis perfectis illa soluta sunt, et ex istis ingressis, illa discesserunt: si vero Christus postea venit, etiam sacerdotium aliam suscipere formam manifestum est, utpote illis præteritis imperfectis exstantibus. Ponamus autem, inquit, omnia perfecta esse, et nihil imperfectum remansisse in sacerdotio antiquo: quid ergo opus erat secundum ordinem Melchisedec dici, et non Aaron? pro qua re hoc, ut relicto Aaron, aliud introduceret sacerdotium, hoc est Melchisedec, si consummatio, hoc est regnum [f. rerum], dogmatum, vitæ perfectio per Leviticum sacerdotium erat? Et attende quomodo recta via provehitur. Postquam dixit: *Quia secundum ordinem Melchisedec*; ostendens quia melius sacerdotium secundum ordinem Melchisedec, multum quippe melius est: deinde ex tempore hoc demonstrat, quia post Aaron fuit; unde certum est, quia fuit melior. Quid sibi vult quod sequitur, *Populus, inquit, in illo legem accepit?* quid est, *in illo?* Ipsi obediet, per illud omnia gerit: non enim dici potest, quia perfectum quidem erat, non autem præpositum erat populo: in illo enim legem accepit, hoc est, eo usus. Quid ergo alio sacerdotio opus erat? Translato quippe sacerdotio, necessario et legis translatio fiet: si vero alium oportet sacerdotem esse, magis autem aliud sacerdotium, necessario et legem alteram. Hoc ad eos qui dicunt, Quid opus erat novo testamento? Habet quidem suffragans et testimonium ex prophetia, Hoc est testamentum, quod disposuit patribus nostris: interim nunc ex sacerdotio dimicat. Et intueri quomodo ex superioribus narrans, dixit, *Secundum ordinem Melchisedec*. Hoc dicto exclusit sacerdotium Aaron: nequaquam enim secundum ordinem Melchisedec diceret, si illud sacerdotium melius esset. Si igitur sacerdotium introductum est, aliud oportet et testamentum esse: neque enim potest sacerdos sine testamento esse et sine lege et sine præceptis; neque alii accipientes sacerdotium, sed illo veteri uti oportuit. Deinde quod opponi posset tractat, quomodo sacerdos esse possit, qui non est Levita. Hoc in superioribus præstruens, neque solvendo dignum putavit, sed in transcurso hoc introducit, dicens, inquit,*

quia translatum est sacerdotium : ergo et testamentum. Translatum est autem non ordine tantummodo, neque præceptis, sed etiam tribu : oportebat quippe, ut etiam tribus mutaretur. Et quomodo translatum est sacerdotium ex tribu ad tribum, de sacerdotali ad regalem? Ut eadem ipsa sit et regalis et sacerdotalis. Et intueri mysterium : primo fuit regalis, postea facta est sacerdotalis. Sic etiam in Christo : rex quippe erat semper, sacerdos autem factus est quando carnem suscepit, quando sacrificium obtulit. Vides mutationem? Quæ enim per translationem facta sunt, hæc veluti ex rerum consequentia veniant introducitur. *In quo enim ista dicuntur, inquit, alterius tribus particeps erat.* Et ego novi, quia nihil sacerdotale habuit : translatio quippe est. Ego autem etiam aliam, inquit, ostendo differentiam, non solum ex tribu, neque solum ex persona, neque ex domo, neque ex testamento, sed ipso typo. *Qui enim non secundum legem præcepti carnalis factus est, sed secundum potentiam vitæ insolubilis.*

*Factus est, inquit, pontifex, non secundum legem præcepti carnalis : lex quippe illa ex multa parte carnis erat. Quid est, Præcepti carnalis? Circumcide, inquit, carnem : unge, inquit, carnem, lava carnem, munda carnem, tonde carnem, liga carnem, nutri carnem; subministra carni. Bona autem retributionis quæ erant? Multa vita carni, mel et lac carni, pax carni, deliciæ carni. Ex hac lege sacerdotium suscepit Aaron : Melchisedec autem non sic, *Sed amplius : adhuc manifestum erit, si secundum similitudinem Melchisedec exsurget pontifex alter.* Quid est, *Manifestum erit?* Quanta inter utrumque sacerdotium differentia, quantum melior qui non secundum legem præcepti carnalis factus est. Quis iste? num Melchisedec? Non, inquit, sed Christus. *Sed qui secundum potentiam vitæ insolubilis. Testificatur enim, quia tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec.* Hoc est, non temporalis neque finem habens, sed secundum potentiam : hoc est per vitam, per potentiam insolubilem. Et tamen, quamquam non videatur esse hoc consequens in eo, *Qui non secundum legem præcepti carnalis factus est : consequens enim est dicere, Secundum legem spiritualem : verum per carnalem, quia subjaceret tempori, demonstravit : sicut et alibi dicit, Usque ad tempus correctionis repositas justificationes carnis, secundum potentiam vitæ : hoc est, quia propria virtute vivit.* Postquam dixit, quia et legis translatio futura est, ei ostendit hoc interim, deinde quærit et causam; quod maxime omnium hominum animis satisfacit, si causam rei alicujus agnoverint : et ad fidem nos adducit amplius, cum causam et rationem percipimus secundum qualitatem ejus quod efficitur. *Reprobatio enim fit, inquit, antecedentis præcepti, propter infirmitatem suam et inutilitatem.* Hic hæretici insurgunt; sed adverte integre : non dixit, Propter malignitatem, neque, Propter malitiam, sed, *Propter infirmitatem et inutilitatem.* Nam et alibi ostendit infirmitatem ejus, cum dicit, *In quo infirmabatur per carnem.* Non ergo ipsa infirmata est, sed nos. *Nihil enim perfecit lex.* Quid est, *Nihil perfecit?* Nullum perfectum operata est, dum ei non obeditur. His adde, quia neque si audiretur, perfectum quemquam faceret et virtutis compotem. Interim autem non hoc dicit hic, sed quia nihil valet; et recte literæ erant propositæ : Hoc fac, illud non facias : proposita erant hæc tantum, non autem et virtutem inspirabant, quia spes non erat talis. Reprobatio quid est? Exclusio. Reprobatio quippe eorum quæ obtinent est jam, quia nihil proficit. Nihil ergo profuit lex? Profuit quidem, valde profuit, sed ad faciendos perfectos nihil profuit. Nihil ergo perfectum fecit lex : juxta hoc quippe dicit omnia legis formas esse et umbras, circumcisio, sacrificium, sabbatum. Non valebat ergo pertransire in animam : propter hoc etiam cedit atque discedit. *Introductio melioris spei, per quam appropinquamus Deo; et secundum quod non sine jurejurando.* Intueris quia necessarium illic fuit jusjurandum? ut propter hoc multa superius philosopharetur : Quia juravit Dominus, et juravit ad multam nostram satisfactionem. *Introductio, inquit, melioris spei.* Habuit quippe et illa spem, sed non talem sperabant enim bene placentes possidere terram, nihil ærumnosum pati; hic autem speramus quia placentes non terram possidebimus, sed cælum; magis autem, quod cælo multo melius est, speramus proximi Deo consistere, ad ipsum paternum solium pervenire, ministrare ei cum angelis. Et vide quomodo hæc sensim et pedetentim proponit : illic namque, *Intrantem in interiora velaminis, hic autem extra velamen. Per quam appropinquamus, inquit, Deo, et secundum quod non sine jurejurando.* Quid est, *Et secundum quod non sine jurejurando?* Hoc est, " Ecce et alia differentia; et non simpliciter hæc promissa sunt. *Illi quidem sine jurejurando sunt sacerdotes effecti : iste cum jurejurando per dicentem aud eum : Juravit Dominus, et non penitebit eum : Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. In tantum melioris testamenti sponsor factus est Jesus.* Duas ponit differentias, quia non habet finem sicut legalis, " hoc autem facit ex persona Christi : *Qui ingressus est, inquit, secundum virtutem vitæ insolubilis.* Facit autem hoc ex jurejurando, quo juravit, et ex re : si enim quoniam infirma erat illa, exclusa est : ista quoniam valet et fortis est, et manet. Facit autem hoc et ex pontifice. Quomodo? Quia unus est : non enim unus esset, nisi esset immortalis. Sicut enim multi sacerdotes sunt, quia mortales sunt : sic unus, quia immortalis est. *In tantum melioris testamenti sponsor factus est Jesus, secundum quod juravit semper eum esse mansurum : nequaquam enim hoc faceret, nisi major esset. Unde et salvare in perpetuo potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper vivens ad interpellandum pro eis.**

Intueris quia de eo, qui secundum carnem est, ista dicit? Quando enim sicut pontifex est, tunc etiam interpellat. Proinde et quando dicit Paulus, Qui etiam interpellat pro nobis, hoc idem significat : hoc est, pontifex interpellat. Alioqui qui resuscitat mortuos quos vult, et vivificat sicut Pater : quomodo ubi salvatione opus est interpellat, qui omne iudicium habet omnium? interpellat qui mittit angelos, ut alios quidem in caminum mittant, alios

autem salvent? quomodo interpellat? *Unde, dixit, etiam salvare potest.* Propterea ergo qui salvat, non moritur, quia semper vivit et non habet successorem: si vero non habet successorem, potest etiam omnibus adesse. Hic enim pontifex ac si mirabilis esset, usque ad tempus illud erat, in quo vitam agebat, sicut Samuel et si qui tales; postea vero nequam erant, siquidem moriebantur: hic autem non ita est, sed salvat in perpetuo. Sacramentum quoddam significat: non hic solum, sed etiam illic salvat accedentes per semetipsum ad Dominum. Quomodo salvat? *Semper vivit ad interpellandum pro nobis.* Vides humilitatem, vides humanitatem? Non enim dixit eum obtinuisse, sed ut obtineat semper interpellare pro eis. Quid est, *In perpetuo*? non ad tempus tantum, sed etiam illic salvat in futura vita. Semper ergo opus habet deprecari? et quomodo hoc rationem habebit? et homines enim justi saepius ex una petitione totum impetrant; ipse autem semper postulat? quare ergo considet? Intueris quia descensio est ista? Hoc est, Noli timere, nec dicatis etiam, Diligit quidem nos, et fiduciam habet ad Patrem, sed non potest semper vivere: Semper, inquit, vivit. *Talis enim decebat ut nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus.* Vides quia de humanitate totum hoc dictum est? Quando autem [totum] dico humanitatem, dico divinitatem habentem; non dividens, sed permittens, quæ concedet inspicere. Vides differentiam pontificis? Recapitulavit quæ dicta sunt: *Tentatus in omnibus juxta similitudinem sine peccato. Talis enim decebat, inquit, ut nobis esset pontifex sanctus, innocens.* Quid est, *Innocens*? Sine malignitate; quod dicit alius propheta: *Nec dolus inventus est in ore ipsius*: hoc est, subdolos. Num hoc quisquam de Deo dixerit, et non erubescit dicens, Quia Deus non est subdolos neque dolosus? De eo autem qui secundum carnem est, habet rationem. *Sanctus, inquit, impollutus.* Num et hoc quisquam de Deo dixerit? num habet naturam, quæ pollui possit? *Segregatus, inquit, a peccatoribus.* Hoc itaque solum ostendit differentiam, quamvis etiam ipsum sacrificium idem ostendat. Quomodo? *Non habet, inquit, quotidie necessitatem quemadmodum sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi: hoc quippe semel fecit seipsum offerendo.* Hic jam distinguit spiritualis sacrificii eminentiam, et quantum interest dixit: quod esset pontifex dixit, dixit quod esset testamenti: non quidem totum, dixit tamen. Hoc jam ante repercutit et ipsum sacrificium. Noli igitur putare, pontificem eum audiens, quod semper pontificali fungatur officio: semel quippe functus est pontificatu, deinde jam considet. Ne putes eum sursum stare, et ministrum esse. Unde ostendit, quia dispensationis res facta est. Sicut enim servus factus est, sic et pontifex et minister; sed sicut servus factus, non mansit servus, sic et minister factus, non mansit minister: non enim ministri est sedere, sed stare. Hoc ergo hic significat magnitudinem sacrificii, ostendens quod sufficiat, quamvis unum esset et semel esset oblatum, et tantum prævaluit, quantum omnia cætera non valebant. Sed necdum ne de istis loquitur. Hoc enim fecit, inquit, hoc fecit | 1. *Hoc enim semel fecit, inquit.* Quodnam hoc fecit? Necessarium enim habuit, inquit, etiam hoc quod offerret, non pro se: quomodo enim pro se offerret? sed pro populo. Quid dicis? Et valet hoc etiam, inquit. *Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes.* Iste autem non pro se offerre opus habuit? Non, inquit. Ne enim putes in eo quod dixit, *Semel fecit*, etiam de eo dici ostendit. Audi ergo quid dicit: *Lex, inquit, homines constituit pontifices habentes infirmitatem.* Propterea et semper pro se offerunt: iste autem potens, qui non habet peccatum, quare ergo pro se offerret? pro aliis autem fortassis habet rationem. *Sermo autem, inquit, jurisjurandi, qui post legem est, Filium constituit in perpetuum perfectum.* Quid est, *Perfectum*? Non ponit Paulus distinctiones. Postquam enim dixit, *Habentes infirmitatem*, non dixit, Filium potentem, sed, *Perfectum*: hoc est, potentem. Tamquam si diceret: Vides quoniam Filii nomen ad distinctionem servi dictum est. Infirmitatem autem aut peccatum dixit aut mortem. Quid est, *In perpetuum*? Non nunc solum sine peccato, sed semper. Si igitur perfectus est, si numquam peccat, semper vivit, cur pro nobis offerat multa sacrificia? Sed interim de hoc non contendit, sed pro eo, quia pro se sacrificium non offerret, hoc affirmat. Quoniam itaque talem habemus pontificem, imitemur eum, ejus vestigia consequamur. Non est aliud sacrificium, unum nos purgavit; post istud ignis et gehenna. Etenim propterea sursum atque deorsum revolvit, dicens: Unum sacerdotem, unum sacrificium, ne quis putans multa esse, sine timore delinquat.

Quotquot igitur digni facti sumus signaculo, quotquot sacerdotio potiti sumus, quotquot ex immortalis mensa participamus, permaneamus custodientes generositatem nostram et honorem: non enim sine periculo est nobis ruina. Quotquot autem necdum digni facti sunt istis, neque ipsi propterea præsumant: quando enim quis propterea peccat, ut sanctum baptismum in novissima sua expiratione suscipiat, fortassis non adipiscitur. Et credite mihi, non terrens vos dico, quod dicturus sum: multos novi, qui hoc passi sunt, qui spe baptismatis multa peccabant, circa diem autem mortis discesserunt vacui. Deus enim propter hoc baptismum tribuit, ut abluit peccata, non ut addat: si vero quis ad hoc baptismate utitur ut ampliora delinquat, ipsum fit negligentiae causa. Si enim non esset lavacrum, munitius viverent non habentes peccata. Intueris quia quod dictum est, Faciamus mala, ut veniant bona, nos sumus, qui faciamus ut dicatur? Idcirco obsecro, ut et vos, qui adhuc necdum estis inbuti, evigiletis. Nemo sicut mercenarius, nemo sicut ingratus, aggrediatur virtutem, nemo sicut grave quiddam et importabile. Cum alacritate igitur hanc aggrediamur et gaudentes. Ac si enim merces nobis non esset proposita, nonne oportebat bonos esse? Saltem cum mercede jam efficiamur boni. Et quomodo non erubescis? in hoc major est reprehensio ista: Nisi

mihi dederis mercedem, inquis, non efficior castus. Proinde audeo aliquid dicere: numquam eris castus, neque aliquando [f. neque si q.] eris castus; si quidem pro mercede facis; nihil aestimas virtutem, si non ipsam ames. Sed Deus propter multam nostram infirmitatem interim vel propter mercedem eam fieri voluit: nos autem neque sic eam aggredimur. Constituamus autem, si vultis, quia homo quidam mille mala operatus discedit, et dignus factus baptisate: quod non facile arbitror contingere: quomodo illuc pergit? dic mihi. Veluti qui pro eis, quæ operatus est, non culpandus, sed sine ulla fiducia erit. Qui enim centum annos vivens nullum opus bonum demonstravit, sed tantum quia non peccavit; magis autem, quia neque hoc, sed quia gratia sola salvatus est, alios autem videt coronatos, splendoros et probabiles, ac si non eat in gehennam, numquid sustinebit mœrorem? dic mihi. Ut autem sub exemplo hæc rem manifestiorem faciamus, proponamus duos milites: et unus quidem furetur et appetat aliena; alius autem nihil horum operetur, sed benignitatem solam ostendat, virtutes plurimas operetur, in præliis tropæa multa constituat, dexteram suam efficiat ex hostibus cruentatam; deinde tempore adveniente, ille quidem ex illa dignitate militiæ, in qua et fur ille erat, repente ad regale solium et ad purpuram provehatur; ille quidem illic permaneat ubi erat, sed ex misericordia sola imperiali non luat supplicia eorum quæ gessit, sit autem in loco novissimo, et sub Imperatore constituatur: non [f. num] sustinebit mœrorem, dic mihi, cum viderit illum quidem, qui cum eo erat, ad summam ascendisse dignitatem, et ita clarum factum, et totum mundum obtinere; se autem in infimis perdurantem, et id ipsum, quod non supplicii afficitur, sine aliquo honore habentem, sed ex gratia sola et misericordia Imperatoris? Ac si eum dimittat Imperator et a criminibus liberet, verumtamen confusio permanebit: non enim alii eum mirabuntur. In talibus enim indulgentiis non eos, qui dona percipiunt, sed eos qui bona tribuunt admiramur. Quanto majora donaverint, tanto magis confundentur qui percipiunt, quanto eorum erant delicta majora. Qualibus ergo oculis intueri potest hujusmodi eos, qui sunt in Imperiali aula constituti, ut, illis decem millia sudores et vulnera sustinentibus, ipse nihil habens quod ostendat, sed etiam ipsum quod salvatur, ex sola Dei misericordia possidet? Quomodo enim, si quis hominem homicidam, furem, adulterum, ducendum occidi postulet, et jubeat esse ante limina regalis aulae, nullum valebit respicere, licet etiam a suppliciis liberatus sit: sic et iste.

Non enim quia regnum dicitur, putetis omnes eadem adipisci. Si enim et præfectus, et omnes qui circa Imperatorem sunt in aula regali, et alii valde infimi, et qui locum qui dicitur decanorum obtinent, in aula regali sunt: quamvis tantum intersit inter præfectum et decanum, multo amplius in superioribus regnis hoc idem erit. Et hoc non ex me dico. Etenim aliam ponit differentiam Paulus. Quantæ quippe differentiæ, inquit, a sole usque ad lunam et ad stellas et minimam stellam, tantæ erunt differentiæ et eorum qui in regno Dei erunt. Et quia multo amplius ab eo qui decanus dicitur et a præfecto, solis et stellæ minimæ exstat differentia, manifestum est omnibus. Sol quippe omnem simul illustrat mundum, et festivum facit, et lunam et stellas obscurat: iste autem fortassis nec paret, in tenebris constitutus: multæ quippe sunt stellarum, quas non videmus. Quando ergo alios viderimus soles effectos, nos autem stellarum minimarum locum habentes, pene non apparentium, quale nobis erit solatium? Nolite obsecro, nolite ita graves corde fieri, nolite ita segnes. Non negotiemur adeo salutem ad desidiam et negligentiam, sed nundinemur eam et multiplicemus. Ac si catechumenus sit aliquis, sed Christum novit, sed fidem percepit, sed oracula divina advertit, sed non est longe ab intellectu, novit voluntatem Domini ejus. Quare differt? pro qua causa vult tale differre negotium? Nihil melius quam vita bona, et hic et illic, et in baptizatis et in catechumenis. Quid enim grave est, dic mihi, quod nobis imperatur? Habeto, inquit, uxorem tuam, et castus esto. Non hoc difficile est. Quomodo? Multi enim sine uxoribus castitatem servant, non solum Christiani, sed etiam pagani. Transcendit paganus propter vanam gloriam; tu autem neque hoc custodis propter timorem Dei. *Da, inquit, pauperibus ex his quæ sunt tibi.* Num hoc grave est? Sed hic accusant nos pagani, dicentes: *Integras substantias exinaniunt propter vanam gloriam.* Noli, inquit, turpia loqui. Num hoc difficile est? Ac si non esset imperatum, nonne debebamus hoc implere, ne inhonesti appareamus? Quia vero magis contrarium hujus difficile est, hoc est turpia loqui, manifestum est ex eo quod reveretur et confunditur anima, cum tale aliquid dicere fuerit concitata, et non dicit, nisi forte cum est ebria. Quare enim in publico non loqueris aliquid turpe, sed in domo hoc facis et secreto? Illic non facis propter præsentem. Quare ante conjugem tuam non facile turpia loqueris? Ne ad injuriam ejus hoc facere videaris. Ne injuriam igitur mulierem, non facis: Deum qui ubique præsens est, injurians non confunderis? Ubique enim præsens est, et omnia audit. Noli, inquit, inebriari. Hoc enim et per se ipsum jam supplicium est. Non dixi, Coarctet corpus tuum; sed quid? Non ita illud luxuriare facias, ut auferas ab anima principatum: *Noli ad replendam cupiditatem ejus procuracionem facere.* Non rapias, inquit, quæ tua non sunt, noli avarus esse, noli pejorare. Qualibus laboribus hæc opus habent? qualibus sudoribus? Non accuses, inquit, neque calumnieris. Econtra autem magis labor est, cum maledixeris. Statim enim in periculum devenies, et in suspicionem, ne forte audierit de quo maledixeris, sive magnus ille sit, sive minimus: si enim magnus fuerit, ipsis operibus confestim periclitaberis: si autem minor, similibus te ulciscitur, magis autem et pejoribus et majoribus te maledictis afficiet. Nihil difficile est, nihil grave est quod nobis imperatur: si noluerimus, etiam quæ facilia sunt, gravia nobis videbuntur. Quid facilius quam vesci?

Ex multa vero dissolutione plurimi etiam in hoc difficultates patiuntur : multos audio dicentes, quia et audire et comedere labor est. Horum autem nihil habet laborem, si volueris : in voluntate omnia constituta sunt, per gratiam dumtaxat quæ desuper est. Festinemus igitur ad bona, ut etiam æterna bona adipiscamur in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri una cum sancto Spiritu gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XIV.

Capitulum autem in iis quæ dicuntur : Talem habemus pontificem qui sedet ad dexteram sedis majestatis in cælestibus, minister sanctorum et tabernaculi veri, quod constituit Deus, non homo. In uno commiscet humilia cum excelsis apostolus Paulus semper Magistrum suum sectans, ut per humilia et per hæc ad illa deducantur, ut venientes a sublimibus, facilis efficiatur via, magna discant, quia illa descensionis erant. Postquam itaque dixit, Qui obtulit seipsum; postquam eum ostendit pontificem, quid intulit? Capitulum autem in his quæ dicuntur : Talem habemus pontificem, qui in dextera sedet majestatis. Et tamen hoc non pontificis est, sed ejus cui ab illo exhiberi oportet sacerdotii functionem. Minister sanctorum. Neque minister simpliciter dictus est, sed, Sanctorum minister. Et tabernaculi veri, quod constituit Deus, non homo. Vides descensionem? Nonne paulo ante discernit, dicens : Nonne omnes sunt ministri spiritus? Et propterea dixit, Non audiunt : Sede a dextris meis : utpote illo qui sederet non exstante ministro. Quomodo ergo hic minister dictus est, et minister sanctorum? Tabernaculum quippe hic dixit. Vide autem quomodo adstruxit animas eorum, qui ex Judæis crediderant. Quoniam enim fortassis imaginabantur quia tabernaculum tale non habemus : Ecce, inquit, pontifex, et magnus, et multo major illo, et sacrificium mirabile obtulit. Sed intueri ne forte hic sermo tantum habeat (f. habeatur), ne forte amplificatio et animatio sit. Propterea primo fidem fecit ex jurejurando, deinde ex tabernaculo : quod quidem et demonstrat differentiam. Ipse autem et aliam advenit : Quod constituit, inquit, Deus, non homo. Ubi sunt qui dicunt significari cælum? ubi sunt, qui sphæroides a sphæra illud esse pronuntiant? utraque enim ista exclusa sunt in hoc loco. Capitulum autem, inquit, in iis quæ dicuntur. Capitulum semper quod maximum est dicitur. Iterum deponit sermonem suum, postquam dixit quæ alta sunt, quoniam sine timore jam loquitur. Deinde ut agnoscas, quia minister de humanitate dictus est, intende quomodo idem hoc ipsum annotat. Omnis enim pontifex, inquit, ad offerenda munera et hostias constituitur; unde necesse est et hunc habere aliquid quod offerat. Ne forte, quia audis quod seadeat, totum eum putes pontificem dictum : illud quidem dignitatis est divinæ, hoc est, sedere; hoc autem misericordiæ multæ et amoris quem nobis impendit. Propterea hoc inculcat, et in hoc amplius commoratur : veretur enim ne illud refutet. Propterea jam ad hoc suum deponit sermonem, quoniam quærebant quidam cur mortuus sit. Pontifex, inquit, erat : pontifex autem sine hostia non est : oportet igitur et hunc habere hostiam. Et aliter dicens, quia sursum est, dicit et ostendit undique, quia pontifex est, ex Melchisedec, ex jurejurando, ex offerendo hostiam. Deinde etiam ex hoc et necessarium construit alium syllogismum. Si enim esset super terram, inquit, nequaquam esset pontifex, cum essent qui offerrent secundum legem munera. Si igitur est pontifex, sicuti est, oportet cum [f. ei] locum alium quærere : super terram quippe exstans, nequaquam esset pontifex; quomodo enim qui neque obtulit, neque sacerdotii functus est? Et merito : erant enim et alii sacerdotes. Ostendit ergo quoniam neque possibile est super terram esse sacerdotem : quomodo enim, ubi neque resurrectio erat, inquit? Hic necessarium est elevare mentem nostram, et contemplari apostolicam sapientiam : iterum namque aliam differentiam demonstrat sacerdotii : Qui exemplari et umbræ deserviunt cælestium. Quæ hic dicit cælestia? Spiritualia. Ac si enim et in terra geruntur, verum cælis hæc dignæ sunt functiones. Cum enim Dominus noster Jesus Christus fuerit occisus, cum Spiritus sanctus advenerit, cum qui sedet in dextera Patris præsens affuerit, cum filii efficiuntur per baptismum, cum cives efficiuntur eorum qui in cælis sunt, cum patriam supernam habuerint, cum civitatem et conversationem, cum peregrini fuerimus hujus habitationis, quomodo non sunt cælestia?

Sed quid [sunt]? nonne sunt hymni cælestes? nonne cantilenam in supernis exercent? nonne chori sunt [f. nonne quæ ch. canunt] divini incorporearum virtutum? hæc etiam nos qui deorsum sumus concinentia illis eloquimur. Nonne et altare cæleste consistit? Quomodo? nihil habet carnale : omnia spiritualia fiunt quæ proponuntur : non in cinerem resolvuntur, non in fumos extenuantur, non in vaporaciones diffunduntur sacrificia, sed clariora et festiviora efficiuntur, quæcumque proponuntur. Quomodo itaque non cælestia celebramus? Cum enim dicitur, *Et quorumcumque tenuerint peccata, detenta sunt; et cuicumque dimissa fuerint, dimittuntur*; et claves habuerint cæli, quomodo non cælestia? *Qui exemplari, inquit, et umbræ deserviunt cælestium, sicut responsum est Mosi, cum consummaret tabernaculum : Vide, inquit, omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte.* Quoniam auditus noster minus aptus est ad disciplinam percipiendam, quam visus (non enim ita animo commendamus quæcumque audimus, quomodo illa quæ ipso visu percipimus), ostendit illi omnia. Sive ergo dicit exemplar et umbram, sive de templo : subjunxit enim, *Vide et facito inquit, omnia secundum exemplar quod tibi ostensum est.* Utrumne de constructione templi tantum vidit, an et de hostiis, et cæteris omnibus? Magis autem minime quisquam peccave-

rit et hoc dicens : cælestis est Ecclesia , et nihil aliud est quam cælum. *Nunc autem melius sortitus est ministerium , quanto et melioris testamenti mediator est.* Vides , inquit , quanto melior hæc illa celebratione ? siquidem illa exemplar et forma , ista vero veritas. Sed nihil hoc proderat auditoribus , neque lætificabat. Propterea igitur quod maxime eos lætificabat dicit : *Quod in melioribus promissionibus sancitum est.* Transiens a loco et a sacerdote et a sacrificio , tunc demum et Testamenti differentiam ponit. Dixerat quidem et primum , quia infirmum est et inutile. Et intueri qualia ponit monimenta accusaturus illud. Hic enim dicens , *Secundum potentiam vitæ insolubilis* , tunc intulit : *Quoniam reprobatio fit antecedentis mandati* : deinde postea magnum quiddam posuit dicens , *Per quod appropinquamus Deo.* Hic autem ad cælum nos elevans , et ostendens quia pro templo cælum habemus , et vetera exemplaria erant nostrorum , et celebrationem nostram istis rebus sublimans , et merito jam sacerdotium exstat [excitat ?]. Sed , sicut dixi , quod maxime eos lætificat , ponit dicens , *Quod in melioribus promissionibus sancitum est.* Unde hoc certum est illis ? Quoniam illud quidem exclusum est , istud autem pro illo introductum est : propterea enim et obtinet , quia melius est. Sicut enim , *Quia perfectio per illud* , quid ergo , inquit , *opus est secundum ordinem Melchisedec alium suscitari pontificem* : sic etiam hic eodem utitur syllogismo , dicens : *Si enim primum culpa vacasset* , non utique *secundi locus inquireretur* ; hoc est , si inculpabiles faceret. Quid enim de hoc dixit ? Non dixit , *Illud culpans* , sed , *illos* : proinde dicit , *Ecce dies veniet* , dicit Dominus , *et consummabo super domum Israel* , *et super domum Juda testamentum novum* , *non secundum testamentum quod feci patribus eorum* , *in die qua apprehendi manum illorum ut educerem illos de terra Ægypti : quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo* , *et ego neglexi eos* , dicit Dominus. Et jam unde certum est , quia finem accepit ? Ostendit quidem et ex sacerdote ; ostendit autem nunc et manifestius ipso verbo , quoniam exclusum est. Quomodo hoc ? In melioribus promissionibus. Ubi sunt istæ , dic mihi ? Terræ et cælum. Tu autem contemplare quomodo et illic promissiones dixit , ne in isto hoc ipsum accuset. Etenim illic , *Quoniam appropinquamus Deo* , spem meliorem ostendit , quia et illic spes ; et hic promissiones meliores significans , quia et illic repromisit. Quoniam autem culpabant semper. *Ecce enim dies venient* , inquit , dicit Dominus , *et consummabo super domum Israel* , *et super domum Juda testamentum novum* , *non antiquum.* Quod testamentum dicit ? Ne forte hoc possent dicere , et tempus definivit. Non enim dicit simpliciter , *Secundum testamentum quod testatus sum ad patres eorum* , ne illud quod ad Abraham factum est , ipsum esse dicerent , aut ad Noe ; sed quale dicit ? *Non secundum testamentum , quod constitui patribus eorum* , *cum exirent de terra Ægypti.* Propterea etiam intulit : *In die qua apprehendi manum eorum* , *ut educerem eos de terra Ægypti* , *et ipsi non manserunt in testamento meo* , *et ego neglexi eos* , dicit Dominus.

Intaere a nobis primum incipere mala : Ipsi , inquit , primi non manserunt. Ex nobis est negligentia ; bona vero a Deo , quæ ad beneficia pertinent dico. Hic veluti excusationem constituit , causam ostendens propter quam dereliquit eos. *Quoniam hoc est testamentum* , inquit , *quod constitui domui Israel post dies illos* , dicit Dominus , *dans leges meas in mentibus eorum* , *et in cordibus eorum conscribam eas* : *et ero illis in Deum* , *et ipsi erunt mihi in populum.* Sic , inquit , de novo Testamento ista dicit : *Non secundum testamentum quod constitui.* Qualis est autem alia differentia quam ista ? Si autem differentiam esse quis dicat , non secundum hoc , sed secundum quod datur in cordibus eorum : non enim præceptorum inducit differentiam , sed modum dandi ostendit alterum. Non jam in literis , inquit , erit testamentum , sed in cordibus. Ostendat itaque hoc factum aliquando Judæus ; sed non inveniet : iterum enim in literis factum est post regressionem ex Babylonia. Ego autem ostendam apostolos nihil accipientes scriptum , sed in cordibus suscepisse per Spiritum Sanctum : propter quod etiam Christus dicebat : *Ille veniens* , *commemoratur vobis omnia* , *et docebit vos.* *Et non docebit* , inquit , *unusquisque proximum suum* , *et unusquisque fratrem suum* , dicens : *Cognosce Dominum : quoniam omnes scient me a minore usque ad majorem eorum : qui propitius ero iniquitatibus eorum et peccatis eorum* , *et iniquitatum eorum jam non memorabor.* Ecce et aliud signum : *A minore* , inquit , *usque ad majorem eorum scient me* , et non dicent , *Cognosce Dominum.* Quando istud contigit , nisi modo ? Manifestum quippe est quod circa nos actum est : quod autem circa illos , non est manifestum , sed reclusum erat in angulo novo [del.]. Novum tunc dicitur , quando aliud ostendit , vel quando a vetere amplius habet. Ecce , inquit , et istud novum existit , cum quædam ejus remota sunt , quædam autem manent : utputa , si quis domum vestitam et casuram , totam immutans et fundamenta nova constituens , confestim dicimus , *Fecit eam novam* , cum vero [f. vere] aliqua quidem ejus auferat , aliqua vero immutat. Etenim cælum novum dicitur sic , quando nequaquam æreum erit , sed cum pluviam dederit , cum infructuosum non est , non quando mutabitur , non quando aliqua quidem ejus exclusa fuerint , aliqua permanserint. Proinde Testamentum , inquit , novum bene quis dicit. Si enim [f. sic enim] ostendo quoniam vetustius factum est testamentum illud , secundum quod nemo in illo fructificat. Et ut agnoscas integre , lege quid dixit Aggæus , quid Zacharias , quid angelus , necdum reditu eorum impleto , quid etiam Esdras increpat. Quomodo corripuerunt eum , quomodo nemo interrogat Dominum , ubi etiam ipsi transgressi sunt , et neque ipsi sciebant. Intueris quomodo violentiam patitur tuum ? Ego autem meum ostendam , quoniam novum proprie ipsum dicitur. Sed neque illud concedo de hoc dictum esse , *Quoniam erit cælum novum.* Quare non magis quod dicitur in Deuteronomio , *Quia erit cælum æreum* , hoc posuit ad differentiam significandam : Si autem audieritis , erit novum ? Et quidem propterea , inquit , aliud Testamentum dare repromittit , quoniam in primo non manse-

runt. Hoc ergo demonstro per ea, quæ dixit : *quia quod impossibile erat legis, in quo infirmabatur per carnem; et iterum, Quid tentatis imponere jugum super collum discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos valuimus portare. Sed illi quidem non manserunt, inquit. Hic autem ostenditur quia majorum nos dignos facit spiritualium rerum. In omnem, inquit, terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum.* Hoc est, *Non dicit unusquisque ad proximum suum, cognosce Dominum.* Et iterum : *Multiplicabitur terra, ut cognoscat Dominum sicut aqua multa cooperuit mare. In eo quod dixit, inquit, novum, vetustum ostendit primum. Quod autem vetustum erit et senescit, proximum erit interitui.* Vide quomodo quod absconsum erat, revelavit, et ipsam mentem prophetæ aperuit? Honoravit legem, et noluit eam dicere vetustam nominatim, verumtamen hoc dixit : si enim illud novum esset, nequaquam etiam istud Testamentum postea novum vocaret. Proinde amplius quidem dans, et alterum, *Antiquatum est, inquit.* Ergo solvetur et periet, et jam non erit. Sumens igitur a propheta fiduciam, paulo amplius in illud Testamentum invehitur, commode ostendens, quoniam nostra nunc florent, illa vetusta sunt. Deinde sumens nomen vestustatis, et aliud de suo adjiciens, hoc est senectutem : quod reliquum erat ex aliis assumens, inquit, *Proximum est interitui.* Et non simpliciter quiescere factum est a novo vetus Testamentum, sed veluti quod senuisset, veluti inutile. Propterea dicebat, *Propter infirmitatem et inutilitatem, et, Nihil perficit lex, et quia, Si primum inculpabile esset, nequaquam secundi locus quæreretur.* Non veluti obnoxium criminibus, sed veluti effectum non habens, more idiotarum loquutus est : veluti si quis dicat, Non est inculpabilis hæc domus ; hoc est, habet vitium, debilis est : Non est inculpabile hoc vestimentum ; hoc est, jam putre est. Non veluti malignum igitur hic accusavit, sed veluti habens querelam et vitium.

Ita et nos novi sumus, magis facti sumus ; nunc autem veteruimus propterea proximi sumus interitui et perditioni. Expoliamur isto senio. Lavacro quidem jam impossibile est, sed penitentia dum hic sumus possibile est. Si quid vetustum est in nobis, abjiciamus ; si qua ruga, si qua macula, si qua sordes, delavemur ; efficiamur boni, ut concupiscat Rex pulchritudinem nostram. Licet enim et iis qui ad infirmam cæcitate deciderunt recreare pulchritudinem illam, de qua dixit David : *Concupivit Rex pulchritudinem tuam : Audi, filia, et vide, et obliviscere populi tui, et domum patris tui, et concupiscet Rex pulchritudinem tuam.* Et tamen oblivio pulchritudinem non facit inesse, hoc est pulchritudinem animæ. Sed qualis oblivio facit pulchritudinem? Oblivio peccatorum. Ad Ecclesiam quippe, quæ ex gentibus est, loquitur, admonens eam parentum suorum non recordari, hoc est sacrificantium idolis : ex talibus quippe congregata est. Et non dixit, Non opereris ; sed quod amplius est, Neque in mentem recipias. Quod et alibi dixit : *Non recordabor nominum illorum per labia mea ; et iterum, Ut non loquatur os meum opera hominum.* Sed necdum hæc magna virtus est ; magna quidem, sed non talis. Illic enim quid dixit? Non dixit, Et non loquaris, quæ patrum tuorum sunt, neque, Ne dicas quæ sunt patrum tuorum ; sed quid dixit? Ne recorderis eorum, neque in mentem tuam veniant. Vide quanto intervallo nos separari vult a malitia? Qui enim non recordatur, neque considerat ; qui non considerat, neque loquitur ; qui non loquitur, neque operatur. Intueris quantis nos circumsepsit munitis, et quantis intervallis separavit? Audiamus igitur et nos, et obliviscamur malorum nostrorum, eorum quæ peccavimus dico. Recordare, inquit, tu primum, et non recordabor ego. Veluti quod dico, non recordemur rapinæ, sed etiam quæ rapuimus reddamus : hoc est, oblivisci malitiæ, et excludere cogitationem rapacem, et numquam suscipere, sed etiam peccata quæ sunt a nobis diluere. Et unde nobis contingat, fortasse quæritis, oblivio malignitatis? Ex memoria bonorum, ex memoria Christi : si Dei semper recordati fuerimus, non poterimus illorum non reminisci. *Recordabor, inquit, tui in strato meo, et in matutinis meditabor in te.* Oportet igitur hoc facere, maxime autem tunc oportet recordari Dei, quando in silentio cogitatio nostra est, quando per memoriam illius condemnare seipsum potest, quando in memoria retinere potest. Per diem enim si recordemur, introeuntes aliæ curæ et perturbationes excludunt eam : per noctem semper poterit recordari, quando in tranquillitate est et in requie anima, quando in portu, quando in sereno : *Loquimini, inquit, in cordibus vestris, et in cubilibus vestris compungimini.* Oportebat quidem et per diem semper istam habere memoriam ; sed quia cogitatis semper, et multa cogitatio vestra dispergitur propter sæcularia, saltem tunc recordamini Dei in cordibus vestris, in matutinis meditemur in illo. Si in matutinis talia meditabimur, cum multo munimine procedimus ad causas, si propitium Deum nobis primitus faciamus interpellatione et supplicatione, et procedamus, nullum habebimus inimicum : ac si habeas, irridebis eum, Deum habens propitium : ac si bellum sit in plateis, ac si pugna sit : quippe res quotidianæ fluctuatio sunt et tempestates. Opus itaque nobis est armis : majora autem arma sunt oratio. In prosperitate ventorum oportet nos discere omnia, ut possimus longitudinem diei sine naufragio pertransire, et sine vulneribus : multum quippe per singulos dies scopuli oppositi sunt, et sæpius in illos elisa ratis demersa est. Propterea opus est nobis oratione, maxime autem matutina et nocturna. Olympiaca certamina plurimi vestrum spectaverunt, et non solum spectaverunt, sed et festinatores et miratores certantium fuerunt : et alius quidem illius, alius autem illius amator fuit. Scitis ergo quomodo et dies certaminis, et noctes illas per omnem noctem præco nihil aliud curat, de nullo alio sollicitus est, nisi quomodo exiens non erubescat, qui certaturus est : illi autem qui assident cornici monent neque loqui alicui, ne spiritum suum expendens derisui fiat. Si igitur ille, qui inter homines certaturus est, tanta providentia utitur, multo amplius nos convenit sem-

per curam habere et sollicitudinem, quibus omnis vita certamen est. Omnis igitur nox sit nobis pervigil, et curam geramus quomodo pertranseamus diem, ne forte derisui habeamur. Atque utinam solum derisui : nunc autem sedet in dextera Patris spectator certaminis, audiens diligenter, ne forte aliquid absonum proloquamur, ne aliquid præter modulamen : non enim rerum solarum, sed etiam verborum iudex est. Vigilemus itaque, dilectissimi : habeamus et nos studiosos, si voluerimus : unicuique nostrum angeli assisterent : nos autem stertimus per totam noctem. Atque utinam hoc solum : multi autem et flagitia plura committunt, alii quidem ad ista prostibula euntes, alii autem domos suas domos fornicationis facientes, meretrices illuc adducendo. Isti satis bene cogitant de certamine, quod cum diabolo certaturi sunt. Alii ebrii sunt, ita ut aliena loquantur : alii perturbationes faciunt, alii tota nocte vigilant, sed male, ita ut dormientibus pejores sint, plectentes dolos ; alii usuras numerantes, alii curis et sollicitudinibus cruciantur, et omnia magis faciunt quam ea quæ pertinent ad certamen. Idcirco obsecro, ut omnia relinquentes, unum attendamus, qualiter possimus palmam accipere et corona indui. Omnia ergo propter hoc faciamus, per quæ poterimus adipisci quæ nobis promissa sunt bona : quæ nos contingat percipere, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri una cum S. Spiritu, gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XV.

*Habuit quidem et prius justificationes culturæ, et sanctum sæculare. Tabernaculum enim constructum est primum, in quo erat candelabrum et mensa, et propositio panum, quæ dicuntur sancta. Post velamentum autem secundum tabernaculum quod dicebatur sancta sanctorum, aureum habens thuribulum et arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro : in qua erat urna aurea habens manna, et virga Aaron quæ fronduerat, et tabulæ testamenti, super quæ erant Cherubin gloriæ obumbrantia propitiatorum : de quibus non est modo dicendum per singula. Ostendit ex sacerdotio et ex Testamento, quia finem habiturum erat illud : ostendit autem jam ex ipso tabernaculi schemate, quomodo hæc, inquit, sancta, et sancta sanctorum. Et sancta quidem prioris sunt indicia temporis ; ibi quippe per hostias omnia fiebant : in sanctis autem sanctorum hujus temporis signum est, nunc præsentis. Dicit autem sancta sanctorum esse cælum, et velamentum cælum, et carnem intrantem in interiora velaminis : hoc est, velamen carnis ejus. Bonum vero est ex paulo superioribus hunc locum repetentes dicere. Quid ergo, inquit ? *Habuit quidem primum testamentum, scilicet justificationes culturæ.* Quid est, *Justificationes* ? Signa et sanctiones quæ tunc erant. Tamquam quod nunc, inquit, non habeat, ostendit illud cessasse. Tunc enim non habuit, inquit : proinde nunc, ac si adhuc instantia, non est. *Tunc sanctum sæculare.* Dicit, quoniam omnibus licebat intrare, et manifestus erat ille locus in illo tabernaculo, ubi sacerdotes stabant, ubi Judæi, ubi proselyti et gentiles et Nazaræi. Quoniam ergo et gentibus accessibile erat, sæculare illud appellat : non enim Judæis totus mundus erat. *Tabernaculum enim, inquit, constructum est primum, quod dicebatur sancta, in quo erat candelabrum et mensa, et propositio panum.* Hæc signa erant mundi. *Post secundum velamen.* Sicut apparet, non erat unum velamen, sed etiam foris velamen erat, *Tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum.* Attende quomodo ubique tabernaculum vocat, ex eo quod ibi habebitur. *Aureum, inquit, habens thuribulum, et arcam testamenti circumseptam ex omni parte auro : in qua urna erat aurea, habens manna, et virga Aaron quæ fronduerat, et tabulæ testamenti.* Omnia venerabilia erant et clara ingratitude Judaicæ monumenta. *Et tabulæ, inquit, testamenti.* Fregerat quippe eas. Et manna. Murmuraverunt enim : et ut deduceretur ad posteros memoria, imperavit illud in urna aurea reservari. *Et virga, inquit, Aaron, quæ fronduerat, super quæ erant Cherubin gloriæ ? Quid est, Cherubin gloriæ ?* Sive gloriosa, sive quæ sub Deo sunt constituta : *Obumbrantia, inquit, propitiatorum ?* Sed et elevat hæc sua oratione, ut ostenderet quia majora sunt quæ post ista sunt. *De quibus, inquit, non est nunc dicendum per singula.* Hic significavit quoniam non hæc sola erant, quæ videbantur, sed ænigmata quædam erant. *De quibus, inquit, non est nunc dicendum per singula ;* fortassis quia opus multo sermone haberent. *His igitur ita constructis, inquit, in primum quidem tabernaculum semper intrabant sacerdotes, culturæ officia consummantes.* Hoc est, erant quidem ista, sed non eis fruebantur Judæi : non enim videbant ea. Proinde non illis magis erant constituta, quam illis quibus prophetabantur. *In secundum autem semel in anno solus pontifex, non sine sanguine quem offerret pro se et pro populi ignorantia.* Intueris jam formas ante præmissas ? Ne enim dicerent, Quomodo unum est sacrificium ? ostendit illud jam inde ab initio : siquidem quod sanctius erat unum erat et terribile. Et quomodo pontifex semel hoc offerebat, si [f. offerebat ? Sic] consuetudinem ab initio acceptant : etenim tunc pontifex, inquit, semel offerebat. Et bene dixit, *Non sine sanguine, non quidem sine sanguine, sed isto sanguine : non enim tantum erat negotium.* Ostendit quia erit sacrificium, quod igni non consumatur, sed ex sanguine quidem demonstrandum sit. Quoniam sacrificium vocavit crucem, neque ignem habentem, neque ligna, neque oblationem, sed semel in sanguine oblatum, ostendit quia et vetus sacrificium tale erat : semel offerebatur in sanguine. *Quem offerret, inquit, pro se et populi ignorantia.* Non dixit, *Peccatiss, sed, Ignorantia,* ne magnum sapiant. Si enim non volens peccabas ; sed nolens igno-*

rabas, et ab hoc nullus est mundus. Et ubique quod suum est ostendit, quoniam Christus multo melior hæc pontifex. Si enim separatur a peccatis nostris, quomodo pro se obtulit? Quare ergo hæc dixisti, inquit? Nam hoc melioris sacerdotis est. Nusquam hic contemptiva expositio est. Jam nunc considera quid dixit: *Hoc*, inquit, *significante Spiritu sancto nondum manifestam esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo statum habente*. Propterea, inquit, ista ita constructa sunt, ut discamus, quia sancta sanctorum, hoc est cælum, adhuc est inaccessible. Ne putemus ergo, quoniam ingredi illud, inquit, non possumus, ideo non esse: nam neque sancta ingressi sumus. *Quæ comparatio est*, inquit, *temporis instantis*.

Instans tempus quale dicit? Ante præsentiam Christi: post adventum enim Christi non jam est instans. Quomodo? nam urgens est, et finem habens. Aliud item significans, hoc dicit: *Quæ comparatio instantis est temporis*: hoc est, forma facta est. *Secundum quam munera et hostiæ offeruntur, non valentes secundum conscientiam perfectum facere cultorem*. Attende quid hoc est, *Nihil perficit lex, et, Si inculpabilis esset illa prima*. Quomodo? *Secundum conscientiam*. Hostiæ, inquit, non sordes animæ dimittebantur, sed tantum circa corpus erant, *Secundum legem mandati carnalis*: non enim adulterium, non homicidium, non sacrilegium dimittere poterant. Intueris quid ait: *Hæc comede, illud non comedas?* *Quæ erant indifferentia solummodo*, inquit, *In cibis et in potibus, et variis baptismis*. Hoc potare, inquit, hoc noli. Et tamen de potu nihil erat dispositum; sed in contemptum mittens hæc dicit. *Et variis*, inquit, *baptismis, et justificationibus carnis usque ad tempus correctionis eminentis*. Hæc enim erat iustitia carnis. In hoc deiecit illa sacramenta, ostendens quia nullam habebat virtutem, et quia usque ad tempus correctionis erant; hoc est, tempus sustinebant corrigens omnia. *Christus autem adveniens pontifex bonorum, quæ facta sunt per majus, et perfectius tabernaculum non manufactum*. Carnem dicit in hoc loco. Bene et majorem et perfectiorem dixit, siquidem et Deus Verbum, et cuncta Spiritus operatio habitat in ea. *Non enim ad mensuram dat Deus spiritum*. Perfectiorem autem dixit, utpote incapabilem, et majora perficientem. *Hoc est, non istam creaturam*. Ecce quantum majorem. Non enim sine spiritu eam construxit, neque ex hac creatura est: hoc est, non est ex his creaturis, sed spiritualis ex Spiritu sancto. Intueris quomodo et tabernaculum et velamen et cælum illud corpus vocat? *Per majus et perfectius tabernaculum; Per velamen, hoc est, carnem ejus; et iterum, In interiora velaminis; et iterum, Intransem in sancta sanctorum*, adstare vultui Dei. Quare ergo hoc facit? Secundum aliam et aliam significationem: utputa veluti quod dico, Velamen cælum est: sicut enim muro quodam discernit sancta velamen, sic et caro abscondens divinitatem: similiter et tabernaculum habens in se divinitatem, tabernaculum autem cælum: illic enim est intus pontifex. *Christus autem*, inquit, *veniens*. Non dixit, *Factus*, sed, *Veniens*: hoc est, ad hoc ipsum veniens, non alii succedens. Non primo advenit, et tunc factus est, sed simul advenit. Et non dixit, *Adveniens pontifex hostiarum*, sed, *Bonorum quæ facta sunt*: veluti non valente sermone universum exprimere. *Neque per sanguinem*, inquit, *hircorum, aut vitulorum*. Omnia permutata sunt. *Per proprium*, inquit, *sanguinem introivit semel in sancta*. Et hic cælum vocavit. *Semel*, inquit, *introivit in sancta, æternam redemptionem inventiens*. Et quod dixit, *Inveniens*, ostendit eorum esse, quæ ante non inveniebantur: et præterquam quod sperabatur, iste per unum ingressum æternam redemptionem invenit. Deinde probationem adjungit: *Si enim sanguis taurorum et hircorum, et cinis vitulæ aspergens immundos sanctificat ad emundationem carnis: quanto amplius sanguis Christi, qui per spiritum æternum seipsum obtulit immaculatum Deo, mundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ut serviamus Deo vivo?* Si enim carnem, inquit, potest mundare sanguis taurorum, multo amplius animæ sordem diluet sanguis Christi. Ne enim audiens, *Sanctificat*, magnum aliquid putes, annotat et ostendit utriusque mundationis differentiam. Et quomodo hoc? *Ista quidem excelsa, illa autem humilis: et dicit, quia merito, siquidem ille quidem sanguis taurorum erat, iste autem Christi*. Et non ei sufficit nomine tantum hoc signare, ponit etiam modum differentiæ. *Qui per Spiritum*, inquit, *æternum seipsum obtulit immaculatum Deo*: hoc est, sacrificium immaculatum erat mundum a peccatis. Hoc enim est, *Per spiritum æternum*; non per ignem, non per aliena quædam. *Et mundabit conscientiam nostram*, inquit, *ab operibus mortuis*. Bene dixit, *Ab operibus mortuis*: si quis enim tangebatur mortuum, polluebatur: et hic si quis tetigerit opus mortuum, contaminatur per conscientiam. *Ad serviendum*, inquit, *Deo vivo*. Hic manifestat quia opera mortua habentes, non possunt servire vero et vivo Deo, quia illa mortua sunt et falsa; et merito.

Nullus igitur opera mortua habens ingreditur hic. Si enim cum, qui corpus mortuum tangebatur, non oportebat intrare in templum, quanto magis eum, qui opera mortua habet? pollutio quippe est pessima. Mortua quippe omnia opera sunt, quæ vitam non habent, quæ foris spirant. Sicut enim mortuum corpus ad nullum sensum est utile, verum etiam contristat appropinquantes: sic et peccatum confestim rationabile nostrum percutit, et non permittit neque intelligentiam ipsam quiescere, sed perturbat et commovet. Dicitur autem, quia et morbus cum generatur, corrumpit corpora. Tale quiddam est et peccatum: a morbo nihil differt, non quia aerem corrumpat primum, deinde corpora, sed continuo in animam insilit. Non vides eos, qui morbo afficiuntur, quomodo tumore quodam occupantur, quomodo convertunt se atque revertunt, quomodo fœtoribus sunt repleti, quomodo turpes sunt eorum facies, quomodo per totum immundi sunt? Tales quippe sunt etiam peccantes, ac si non videant. Dic enim mihi, nonne homine febriente pejor est qui cupiditate pecunia-

rum vel corporum captivus est? nonne immundior ab istis omnibus est, omnia turpe faciens et patiens? Quid enim turpius viro pecunias amante? Quæcumque enim meretrices mulieres faciunt, quæcumque in scena committuntur, non evitat efficere; sed quanta illæ, tanta et iste operatur. Magis autem fortassis illæ aliquid evitant, quam iste. Nam iste etiam res servis dignas perpetitur, adulans quibus non oportet: exasperatur iterum ubi non oportet: ubique inæqualis est: malignis hominibus et senibus, fortassis etiam perditis, multo amplius pauperibus et infirmioribus suis assidens adulatur, et alios bonos ex omni parte virtutem habentes injuriat ferociter. Intueris ex utraque parte confusionem et impudentiam? et humilis est præter modum et ambitiosus. Sed stant ante domos meretrices; et hoc est earum crimen, quia corpus suum venundant pecuniæ causa: sed paupertas, inquit, et fames compellit: licet neque hoc idoneum ad excusationem; poterant enim opus facientes enutrir. Hic enim [f. autem] stat avarus, non in domo, sed in media civitate; non corpus, sed animam suam tradens diabolo, ut et voluptetur cum ea, et intret ad eam veluti ad meretricem, et cupiditatem suam totam explens egreditur: et videt tota civitas, non duo viri aut tres. Et hoc proprium est meretricum, quia dantis aurum efficiuntur: sit ille servus, sit monachus, sit quilibet, proponat autem mercedem, suscipiunt. Hoc etiam hic isti faciunt: rectas quidem cogitationes, quando pecuniam non habent, aversantur; malis autem et vere bestialibus commiscuntur, et pulchritudinem animæ perdunt. Sicut enim illæ, quæ natura nigræ sunt et agrestes et pingues et deformes et male formatæ, et ex omni parte turpes: sic etiam istorum efficiuntur animæ, et neque exterius videntibus deformitatem suam possunt obvelare. Cum enim extremus fuerit factior, quæcumque adinveniant, quæcumque excogitent, neque sub fictione latere poterunt. Quoniam vero impudentia facit meretrices, audi prophetam dicentem: *Impudens facta es ad omnes, facies meretricis facta est tibi.* Hoc etiam ad avarum dici potest, Impudens factus es ad omnes, non ad istos aut ad illos, sed ad omnes: quomodo? Non patrem, non filium, non conjugem, non amicum, non fratrem, non benefactorem, nullum, ut absolute dicam, reveretur hujusmodi. Et quid dico amicum et fratrem et patrem? ipsum non reveretur Deum, sed omnia fabulæ illi videntur et risus; ex multa cupiditate ebrius, et neque auditu percipit aliquid, quæ illi prodesse possunt. O absurditatem, et qualia loquuntur! Væ tibi mamona, et ei qui te hic non habet. Idcirco dissipor ex indignatione. Væ quippe ista dicentibus, ac si per risum hæc dicunt. Dic mihi, talem comminationem comminatur Deus, dicens: *Non potestis duobus dominis servire?* tu autem dissolvit comminationem? nonne idololatriam hanc dixit Paulus, et avarum idololatriam vocat: tu autem istud dicens [f. stas ridens] secundum sæculares mulieres, quæ in scena sunt risum faciens?

Hoc est, quod omnia subvertit, hoc omnia dejecit: in risum [f. irrisus] omnia nostra facta sunt et urbanitas, et facit jam [f. et facetia: jam] nihil stabile, nihil grave. Non enim ad sæculares viros ista loquor tantum, sed novi quos significo: risu enim repleta est ecclesia. Si ille et ille facetum quiddam loquatur, risus confestim sedentes occupat: et quod adhuc mirabilis est, in ipso tempore orationis non quiescunt multi a risu. Ubique vagatur diabolus, omnes illigavit, omni dominatur: exhonoratur Christus, contemnitur, nullius momenti habetur ecclesia. Nonne audistis Paulum dicentem: *Turpitudine et vaniloquium et scurrilitas abjiciatur a vobis?* Cum turpitudinem et scurrilitatem posuit, tu autem rides? Vaniloquium quid est? Quod nullam habet utilitatem. Vel omnino rides et effundis faciem tuam, qui monachum profiteris? qui crucifixus es, qui luges, rides? Dic mihi, ubi Christus hoc fecit? audisti hoc alicubi? Nusquam, sed contristatum quidem sæpius legisti. Etenim quando Jerusalem vidit, lacrymatus est; et quando traditorem intellexit, turbatus est; et quando Lazarum suscitaturus erat, ploravit: tu autem rides? Si propter aliorum peccata quis non dolet, accusatione dignus est: qui in suis sine dolore existit et ridet, quali venia dignus erit? Tempus est luctus et tribulationis, sub afflictione et servitute certaminum et sub doloribus res agitur, et tu rides? Non intueris quomodo increpata est Sara? non advertis Christum dicentem: *Væ vobis, qui ridetis, quoniam plangetis?* Ista psallens per singulos dies, quid dicit? Dic mihi, num alicubi dicit, Quoniam risi? Nequaquam, sed quid? *Defeci in gemitu meo.* Fortasse etiam sunt aliqui ita dissoluti et remissi, ut etiam in hac increpatione rideant, quoniam de risu disputamus. Etenim talis est dementia, talis est stupor, neque increpationem sentit. Stet sacerdos Dei orationem faciens cunctorum; tu autem rides, nihil timens? et ille quidem tremens orationem pro te offert, tu autem contemnis? Non advertis Scripturam dicentem: *Væ contemptoribus?* non contemniscis, non colligis temetipsum? Et in aulam quidem regiam intraturus, et habitu et oculis et incessu et in cunctis aliis componis et ornas temetipsum: huc autem ingressurus, ubi vere aula est regia, et talis qualis cælestis est, rides? Et tu quidem scio quia non vides: audi tamen quia angeli præsentis sunt ubique, et maxime in domo Dei adstant Regi, et omnia plena sunt incorporis illis virtutibus. Iste mihi sermo etiam ad mulieres dicitur. Et ante viros quidem non citius audent hoc facere; ac si faciunt, non tamen semper, sed in tempore remissionis: hic autem et velas te, obnubis caput tuum, dic mihi, et rides, o mulier in ecclesia sedens? ingressa es confiteri peccata tua, proclidere Deo, postulare et deprecari pro delictis tuis, et cum risu hoc facis? quomodo ergo eum propitiare poteris? Et quid? malum est risus, inquis? Non est malum risus. Itane non est malum? Sed valde malum, importuno tempore, immoderate. Risus enim inest nobis, ut quando amicos viderimus, post multum temporis hoc faciamus: quando aliquos delinquentes et timentes, ut refoveamus eos risu, non ut

cogamus nosipsos, et semper rideamus : risus inest animæ nostræ, ut remissionem aliquando habeat anima, non diffundatur. Nam et cupiditas corporum inest nobis, et non necesse est utique, quia inest nobis, aut uti illa, aut immoderate uti ; sed retinemus eam, et non dicimus, Quoniam inest, utamur. Cum lacrymis servi Deo, ut possis diluere peccata tua. Novi quia multi nos subsannant, dicentes : Ecce statim lacrymas nominat : propterea et tempus lacrymarum facturus est. Scio quia et augurantur qui dicunt : *Manducemus et bibamus, cras enim moriemur. Vanitas vanitatum, omnia vanitas.* Non ego dico, sed ipse qui experimentum cunctarum rerum accepit, hæc dixit : *Ædificavi mihi domos institui et natatorias aquæ, feci mihi vini fusores, et vini fusitrices : et quid post hæc omnia ? Vanitas, inquit, vanitatum, omniu vanitas.* Lugeamus ergo, dilectissimi, lugeamus, ut revera rideamus, ut vere gaudeamus in tempore gaudii sinceri. Huic enim gaudio omnibus modis etiam tristitia permixta est, et numquam id purum inveniri potest : illud gaudium sincerum quiddam est et sine fraude, et nihil habens subdolum neque permixtum. Illud ergo gaudium gaudeamus, illud insequamur : alias neque adipisci potes istud gaudium, ac si velis. Proinde non quæ voluptuosa sunt, sed quæ prosunt, eligamus, et paululum affligamur volentes, et cum gratiarum actione omnia tolerant. Sic enim poterimus et regnum cælorum adipisci : cujus nos contingat omnes dignos effici, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Deo Patri gloria una cum S. Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XVI.

Et propterea testamenti novi mediator est, ut morte facta, ad redemptionem earum transgressionum primi testamenti repromissionem accipiant, qui vocati sunt hereditatis æternæ. Ubi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testantis : testamentum quippe in mortuis confirmatur ; alias numquam valet dum vivit qui testatus est. Unde neque primum sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato legis a Mose universo populo, accipiens sanguinem vitulorum et hircorum, cum aqua et lana coccinea et hyssopo, ipsum quoque librum et omnem populum aspersit, dicens : Hic sanguis testamenti quod mandavit ad vos Deus, etc. Fortassis enim possent multi, qui infirmius afficiebantur, ex eo quod mortuus est Christus, maxime non credere promissionibus ejus. Paulus igitur ex abundanti hoc ponit, et exempla ex communi assumens consuetudine. Quale autem hoc est ? Propterea igitur, inquit, oportet confidere. Quare ? Quia non viventibus testatoribus, sed mortuis, tunc firma sunt testamenta et fortitudinem accipiunt. Propterea, inquit, *Novi testamenti mediator est.* Testamentum enim circa novissimum diem fit defunctionis. Tale autem est testamentum : alios quidem heredes habet, alios autem exhereditat. Sic etiam hic, *Volo ubi ego sum, inquit Christus, et isti sint.* Et iterum de exhereditatis audi illum dicentem : *Non de omnibus rogo, sed pro credentibus per verbum eorum in me.* Iterum testamentum quædam habet testatoris, quædam eorum qui suscipiunt, ita ut quædam suscipiant, quædam faciant. Sic etiam hic : postquam enim promisit decem millia bona, exegit et ab eis dicens : *Mandatum novum do vobis.* Iterum testes debet habere testamentum. Adverte illum iterum dicentem : *Ego sum qui testimonium perhibeo de memetipso, et testimonium perhibet de me qui me misit ; et iterum, Ille testimonium perhibet de me, de Paraceto dicens : et duodecim apostolos misit, dicens : Testificamini in conspectu Dei.* Et propterea inquit, *Testamenti novi mediator est.* Quid est *Mediator* ? Mediator enim non est dominus rei cujus est mediator, sed et alia quidem res. alter est mediator : utputa, mediator nuptiarum fit, non qui nuptias facit, sed adjuvans eum qui facturus est. Sic etiam hic mediator Filius factus est Patris, et noster. Nolebat nobis dimittere Pater hereditatem istam, sed irasebatur nobis et indignabatur tamquam abalienatis : mediator autem factus est noster et Patris, et persuasit illi. Et quid igitur ? quomodo mediator factus est ? Sermones detulit, et attulit nobis a Patre per transvectores : addit etiam mortem. In offensione quippe eramus, mori nos oportebat : mortuus est pro nobis, et fecit nos dignos testamenti. Hoc modo firmum factum est testamentum : ac non in indignos jam factum. In ipso quidem initio utpote Pater in filios testatus est ; sed quia indigni facti sumus, non jam testamento nobis opus erat, sed pœna. Quid igitur gloriaris, inquit, in lege ? In tantum peccatum quippe nos constituit, ut salvari non possemus aliquando : nisi pro nobis Dominus moreretur, nequaquam valeret lex, siquidem est infirma. Et non tantum ex communi consuetudine hoc confirmat, sed etiam ex iis quæ in veteri Testamento contingebant, maxime eos introducit. Nullus fuit qui mortuus est illic : quomodo ergo firmum est testamentum ? Per eundem ipsum modum, inquit. Quomodo enim et illic sanguis, sic etiam hic sanguis. Si autem non erat Christi sanguis, non mireris ; typus enim erat : unde dixit, *Neque primum sine sanguine dedicatum est.* Quid est, *Dedicatum est ?* Firmum factum est, roboratum est. Quod autem dixit, *unde, tale est quale si diceret : Propterea oportebat testamenti solemnitatem compleri, etiam per mortem.*

Cur enim, dic mihi, codex testamenti aspergitur ? Dixit enim, *Postquam dictum est omne mandatum secundum legem Mosi omni plebi, accipiens sanguinem vitulorum, cum aqua et lana coccinea et hyssopo, et ipsum librum et omnem populum aspersit, dicens : Hic sanguis testamenti quod mandavit ad vos Deus.* Cur ergo, dic mihi, liber testamenti et populus aspergitur, nisi quod pretiosus jam inde ab initio illo schemate prænuantiabatur ? Quare autem hyssop-

pus? Spissum quiddam est, et tenax. Quare aqua? Ostendit mundationem per aquam. Quare lana? Et hoc ut retineret sanguinem. Ostendit in loco idem esse et sanguinem et aquam: baptisma enim ejus etiam passio ejus est. *Et tabernaculum, inquit, et omnia vasa functionis sanguine similiter aspersit. Et pene omnia in sanguinem mundantur secundum legem, et sine sanguinis effusione non fit remissio.* Quare autem dixit, *Pene?* quare illud sic expressit? Quoniam in illis non erat perfecta mundatio, neque remissio perfecta, sed semiperfecta et in minima parte: nunc autem, *Hic est, inquit, sanguis novi testamenti, qui pro nobis effusus est in remissionem peccatorum.* Ubi est igitur liber? Mundabat quippe mentes eorum. Ipsi igitur orant libri novi Testamenti. Ubi etiam vasa functionis? Ipsi sunt. Ubi est tabernaculum? Ipsi etiam hoc sunt. *Inhabitabo, inquit, in illis, et inambulabo.* Sed nec lana coccinea, nec hyssopo aspergebantur: quid ita? Non enim corporalis erat mundatio, sed spiritalis. Quomodo hoc? Non ex corpore manavit: ex corpore quidem, sed a Spiritu sancto [*f. sancto facto*]. Hoc vos sanguine non Moses, sed Christus aspersit, per verbum quod dictum est: *Hic est sanguis novi testamenti in remissionem peccatorum.* Hic sermo pro hyssopo sanguine infectus omnes aspergit. Et illic quidem corpus extrinsecus mundabatur; corporalis quippe erat mundatio: hic autem quia spiritalis est mundatio, in animam ingreditur et mundat: non simpliciter aspersus, sed velut fons emanans in animabus nostris. Sciunt quæ dicuntur, qui imbuti sunt. Et in illis quidem ipsam superficiem aspergebat, et iterum diluebatur aspersus: non enim cruentatus semper deambulabat: in anima vero non ita est, sed ipsi essentiali commiscetur sanguis, forte illam faciens et mandam, et ad illam inenarrabilem pulchritudinem perducens. Ostendit autem deinde mortem non firmitatis causam esse solum, sed etiam mundationis. Quoniam enim mors polluta res esse videbatur, et maxime quæ per crucem fiebat, dicit quia hoc magis mundavit, et mundat, quæ pretiosa mundatio est, et majoris habetur. Propterea sacrificia antecesserunt propter istum sanguinem, propterea agni et cuncta propter hoc fiebant. *Necessario ergo exempla, inquit, eorum quæ in cælis sunt, per hæc mundari: ipsa autem cælestia melioribus sacrificiis, quam ista sunt.* Et quomodo exempla sunt eorum, quæ in cælis habentur? quæ autem nunc vocat cælestia? num cælum aut angelos? Nihil tale, sed ista quæ apud nos geruntur. In cælis ergo sunt ista quæ nostra sunt, et hæc nostra cælestia sunt, quamvis in terra celebrentur. Si quidem et angeli in terris sunt sed tamen cælestes vocantur. Nam et Cherubim in terris apparuerunt, et tamen cælestia sunt. Et quid dico apparuerunt? in terris etiam conversantur, sicut in paradiso. Sed quid de hoc dico? Ista enim cælestia sunt: *Conversatio etiam nostra in cælis est, quamvis hic conversemur.* Quæ est ista conversatio nostra? Hæc est philosophia, quæ apud nos est eorum, qui ad eam vocati sunt. *Melioribus, inquit, sacrificiis, quam hæc sunt.* Quod melius est, bono aliquo melius est: bona ergo fuerunt etiam exempla eorum quæ in cælis sunt: nequaquam enim exempla illa mala essent; alioquin etiam mala essent, quorum exempla sunt.

Si igitur cælestes sumus nos, et tantum sacrificium adepti sumus, timeamus, et non permaneamus in terra: licet enim non esse in terra et nunc quicumque voluerit. Esse enim in terra et non esse, modo quodam et voluntate fit: ut puta quid est quod dico: Deus dicitur esse in cælo: quare? non loco conclusus, absit, neque terram desertam ex sua presentia derelinquens, sed habitudine quadam, et familiaritate quam habet ad angelos, dicitur esse in cælo. Si ergo et nos appropinquamus Deo, in cælo sumus. Quid enim mihi cura est cælum, cum video Deum cæli, cum ego efficior cælum? *Veniamus, inquit, et ego et Pater, et mansionem apud eum faciemus.* Faciamus igitur animam nostram cælum. Clarum quidem et festivum est cælum propria natura: neque enim in hieme nigrum efficitur: non enim ipsum est quod convertit faciem, sed nubes concurrentes eum obvelant. Cælum autem solem habet: habemus et nos solem justitiæ. Dixi jam, quia licet nobis fieri sicut cælum; video autem quia et meliores fieri cælo licet nobis. Quoniam modo? Quando Dominum solis habemus. Cælum ubique mundum est et sine macula, non in die [hieme?], non in nocte mutatur: proinde et nos neque in tribulationibus, neque in versutiis diaboli hoc patiamur, sed maneamus immaculati et mundi. Cælum quippe altum est, et multum distans a terra: hoc etiam nos faciamus, separemus nos a terra, et in excelsum illud levemur, et multum nos a terra extollamus. Cælum superius est et ab imbribus et a pluviis, et a nullo consumitur: hoc et nos poterimus, si voluerimus. Cælum quidem putatur pati; veritatem nihil patitur ipsum: sic igitur et nos, ac si putamur pati, non patimur. Sicut enim in hieme multi quidem pulchritudinem ejus non agnoscunt, sed putant illud mutatum; philosophi vero sciunt, quia nihil passum est: sic et de nobis in tribulationibus multi quidem putant nos mutatos, et quia tribulatio ad ipsum nostrum attingit cor; philosophi autem sciunt quoniam non nos tetigit. Efficiamur itaque cælum, ascendamus in altitudinem illam, et ita videbimus homines, ut putemus a formicis nihil differre: non pauperes dico tantum neque plurimos; sed etiam si magistratus, si Imperator sit, non videbimus Imperatorem, neque privatum agnoscemus: quid aurum, quid argentum, quid vestis serica, quid ostrum: cuncta tamquam muscas videbimus, si in illa altitudine sederimus: nullus illic tumultus, nulla illic perturbatio, neque clamor. Et quomodo, inquis, fieri potest ad illam altitudinem sublevari in terra ambulantem? Non dico tibi verbo tantum, sed ego tibi ipsis operibus ostendam eos qui ad illam altitudinem pervenerunt. Quos istos? Paulum dico et ejus similes, qui in terra constituti, in cælo conversabantur. Et quid dico in cælo? altiores etiam cælis erant, etiam alterius cæli, et ad ipsum pervenerunt Dominum. *Quis nos separabit, inquit, a caritate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius?* Et iterum,

Non attendentes quæ videntur, sed ea quæ non videntur. Intueris quia neque videbat quæ videntur, sed quæ non videntur? intueris quia neque videbat quæ in præsentī sunt? Ut autem tibi ostendam, quoniam cælis superior erat, audi illum dicentem : *Certus sum enim quoniam neque mors neque vita, neque præsentia neque futura, neque altitudo neque profundum, neque alia creatura, poterit nos separare a caritate Christi.*

Intueris quomodo cuncta pertransiens ejus animus, superiorem eum fecit, non ab hac tantum creatura, non his cælis, sed ab aliis etiam quæcumque sunt? Vides altitudinem mentis? vides tabernaculorum opificem quid factus est, quoniam voluit, qui in plateis totam vitam transigebat? Nihil est enim, nihil est omnia transcendere, si tamen voluerimus. Si enim artes ita percepimus quæ excedunt multos : multo amplius quod tanto non indiget labore. Quid enim, dic mihi, difficilium, quam super funem extensum ambulare veluti super æquale solum, et sursum ambulantiem vestiri, spoliari, tamquam in lecto sedeat? nonne mirabilis nobis ista res videtur et terribilis, ut etiam videre nolimus, sed timeamus et tremamus ad ipsum aspectum? Quid autem, dic mihi, difficilium, quam contum in fronte portare, et impositum puerum multa mailla schemata facientem, ibidem bajulare, et delectare spectantes? quid autem difficilium, quam cum gladiis pilarum more ludere? quid autem gravius, dic mihi, quam profundum pelagi scrutari? Et decem millia alias artes quis dicere posset : sed omnium istarum facilius est virtus, si voluerimus, et in cælum ascendere : velle enim hic opus est tantum, et omnia sequuntur. Non potest enim dici, Non possum; neque accusare potes Conditorum : si enim impossibiles nos fecit, deinde imperat, accusatio ejus est. Quomodo ergo, inquis, multi non possunt? Quomodo ergo multi nolunt? Si enim voluerint, omnes poterunt : propter hoc et Paulus dixit : *Volo omnes homines esse sicut meipsum*, quoniam sciebat quod omnes poterant esse sicut ipse : nequaquam enim hoc diceret, si impossibile esset. Vis fieri? principium tantum apprehende. Dic autem mihi : in artibus cunctis, cum voluerimus in eis perfecti fieri, num sufficit nobis velle, an etiam aggredimur ipsas res? Veluti quod dico : vult aliquis fieri gubernator : non dicit, Volo, et hoc ei sufficit, sed etiam rem ipsam aggreditur. Vult fieri negociator : non dicit, Volo, tantum, sed etiam rem aggreditur. In longinqua vult pergere, non dicit, Volo, sed etiam rem ipsam aggreditur. Et sic in omnibus non sufficit velle tantum, sed etiam opus oportet addere : in cælum autem volens ascendere, dicis tantum, Volo? Quomodo ergo dicebas, inquis, quia velle sufficit? Sed velle cum opere, apprehendens etiam rem cum labore. Habemus quippe cooperatorem et adiutorem Deum; tantum rem assumamus, tantum veluti ad opus accedamus, ad rem tantum curam geramus, tantum in mentem ponamus, et cuncta sequentur. Si vero dormierimus, et stertentes speremus intrare in cælum, quando poterimus hereditatem cælorum apprehendere? Desideremus ergo hæc, obsecro, desideremus. Quid omnia ad præsentem vitam negotiamur, quam crastina derelinquimus? Assumamus igitur virtutem, que nobis in perpetuum sufficiet, in qua erimus semper, et æternis bonis fruemur : quæ nos omnes contingat adipisci in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri una cum sancto Spiritu gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XVII.

Non enim in manufacta sancta introivit Christus, exemplaria verorum, sed in ipsum cælum : nunc præsens est vultui Dei pro nobis : neque ut sepe offerat seipsum, quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno : alioquin oportebat eum sæpius pati a constitutione mundi : nunc autem semel in consummatione sæculorum ad destructionem peccati per hostiam suam apparuit. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem judicium : sic et Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata ; secundo sine peccato apparebit omnibus expectantibus se in salutem. Alta sapiebant Judæi de templo et tabernaculo : propter quod dicebant : *Templum Domini, templum Domini, templum Domini.* Neque enim alibi in terra constructum erat tale templum, non opulentia gratia, non alia quacumque re. Deus enim qui imperaverat, jusserat illud cum honestamento multo fieri, quia et illi corporalibus magis attrahebantur et alliciebantur. Lateres quippe habebat aureos in parietibus, et licet unicuique volenti in secundo libro Regum et in Ezechiel hoc cognoscere, et quanta auri talenta expensa sunt in illo tempore. Secundum vero ædificium clarius factum est, et in pulchritudine et in aliis omnibus. Et non ex hoc solum erat venerabile, sed etiam quod unum erat : omnes quippe a finibus terræ illuc veniebant, sive ex Babylonia, sive ab Æthiopia. Et hoc manifestans Lucas in Actibus dicebat : *Erant illic habitantes Parthi et Medæ et Elamitæ, et qui habitant Mesopotamiam, Judæam et Cappadociam, Pontum et Asiam, Phrygiam et Pamphyliam, Ægyptum et partes Libyæ quæ est juxta Cyrenen.* Omnes ergo undique mundi illuc conveniebant, et multum erat nomen illius templi. Quid ergo Paulus facit? Sicut enim illic mortem opposuit Christi, sic etiam et hic cælum totum opponit templo. Et non hanc solam differentiam ostendit, sed etiam pontificem proximum facto [i. factum Deo] : *Ut appareat, inquit, vultui Dei.* Proinde non ex cælo tantum, sed etiam ex ingressu rem venerabiliorem facit. Non enim simpliciter sicut hic per signa quædam, sed ipsum Deum videt illic. Intueris quia descensionis gratia ubique humilia dicta sunt? Quid jam admirari; si interpellat, cum eum constituat veluti sacerdotem? *Neque ut frequenter semetipsum offerat, sicut pontifex. Neque in manufacta sancta ingressus est, inquit, Christus, exemplaria verorum.*

igitur illa sunt vera, hæc autem exemplaria: etenim templum ita constructum est, sicut cælum cæli. Quid dicis? nisi intraverit in cælum, non apparebit Deo, qui ubique est et omnia implet? Intueris quia carnis sunt hæc omnia? *Ut appareat*, inquit, *vultui Dei pro nobis*. Quid est, *Pro nobis*? Cum sacrificio ascendit, inquit, potens propitiare Patrem. Quid enim, dic mihi? ipse erat inimicus? Angeli inimici erant, ipse non erat inimicus. Quia enim angeli inimici erant, audi quid dicit: *Pacificavit quæ in terris, et quæ in cælis sunt*. Proinde et ipse introivit in cælum, nunc ut appareat vultui Dei pro nobis: nunc ut appareat, nunc manifestetur, sed pro nobis. *Neque ut frequenter offerat semetipsum, quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno*. Intuere quantæ differentiæ: sæpe et semel, in sanguine alieno et sanguine proprio. Multum interest. Ipse ergo et sacrificium et sacerdos et hostia. Si enim non hoc esset, multa oportebat etiam sacrificia offerri; sæpius oportebat crucifigi. *Alioquin oportebat eum*, inquit, *sæpius pati a constitutione mundi*. Hic etiam quiddam velavit. *Nunc autem*, inquit, *semel in consummatione sæculorum*. Quare, *In consummatione sæculorum*? Post multa peccata. Si enim a principio fieret, deinde nullus crederet (non oportebat autem secundo eum mori). infructuosa essent omnia: quia vero postea passus est, postquam multa erant peccata, merito nunc apparuit. Quod etiam alibi dicit: *Ubi abundavit peccatum, superabundavit et gratia*. *Nunc autem*, inquit, *semel in consummatione sæculorum ad destructionem peccati per sacrificium suum manifestatur. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium*.

Deinde dicit, Et semel mortuus est, quia una morte redemptio facta est. *Institutum est*, inquit, *hominibus semel mori*. Hoc ergo est, Semel mortuus est pro omnibus. Quid ergo? non jam morimur morte illa? Morimur quidem, sed non permanebimus in illa, quod etiam neque mori est. Mortis enim tyrannis et mors revera est illa, quando numquam permittitur mortuus ad vitam reverti: quando vero post mortem vivendum erit, et vitam meliorem, non est mors illa, sed dormitio. Quoniam ergo omnes retentura erat mors, propterea mortuus est, ut nos liberaret. *Sic et Christus*, inquit, *semel oblatus est*. A quo oblatus est? Manifestum quod per semetipsum. Hic neque sacerdotem eum dicit solum, sed et victimam, et sacrificium per se oblatum. *Semel*, inquit, *oblatus est ad multorum auferenda peccata*. Quare multorum, et non omnium? Quia non omnes crediderunt. Pro omnibus quidem mortuus est, hoc est, quantum in ipso est: ejus momenti est illa mors, cujus momenti est omnium perditio: non autem omnium peccata abstulit, propter quod noluerunt. Quid autem est, *Abstulit peccata*? Sicut enim in oblatione sursum offerimus peccata, et dicimus, Sive volentes, sive nolentes peccavimus, indulge; hoc est mentionem eorum lacimus primum, et tunc remissionem petimus: sic etiam et hic factum est. Et ubi hoc fecit Christus? Audi eum dicentem: *Et pro illis ego sanctifico meipsum*. Ecce obtulit peccata, sumpsit ea ab hominibus, et obtulit illa sursum Patri, non ut aliquid decernat adversus eos, sed ut ea dimittat. *In secundo sine peccato videbitur*, inquit, *expectantibus se in salutem*. Quid est, *Sine peccato*? Veluti non peccat. Non enim debitor mortis mortuus est, neque propter peccatum. Sed quomodo videbitur? Puniens, inquit. Sed non hoc dixit, sed quod festivum et gratum est, *Sine peccato videbitur expectantibus se in salutem*. Ut jam de cætero non opus habeant sacrificio, ut salventur, sed ipsis hoc facient operibus. *Umbra enim habens*, inquit, *lex bonorum futurorum, non ipsam imaginem rerum*; hoc est, non ipsam veritatem. Usquequo enim veluti in pictura imponat quis colores, umbra quædam est; cum vero flores ipsos quis colorum inunxerit et imposuerit, tunc imago efficitur. Tale quiddam etiam erit lex. *Umbra*, inquit, *habens lex bonorum futurorum, non ipsam imaginem rerum*; hoc est, sacrificium remissionis. *Per singulos annos eisdem ipsis hostiis, quas offerunt indesinenter, numquam potest accedentes perfectos facere: alioqui cessassent offerri, ideo quod nullam habent ultra conscientiam peccati, cultores semel mundati: sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit. Impossibile enim est sanguine taurorum et hircorum auferri peccata. Ideo ingrediens mundum, dicit: Hostiam et oblationem noluit, corpus autem aptasti mihi: holocaustata et pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce venio (in capite libri scriptum est de me), ut faciam, Deus, voluntatem tuam. Superius dicens, quia hostias et oblationes et holocaustata et pro peccato noluit, nec placita sunt tibi quæ secundum legem offeruntur; tunc dixi: Ecce venio, ut faciam, Deus, voluntatem tuam. Aufert primum, ut sequens statuatur. Intuere iterum abundantiam. Una est, inquit, ista hostia, illæ autem multæ sunt: propterea enim nec fortes erant, quia multæ.*

Quid autem opus erat multis, dic mihi, una sufficiente? Proinde quod multæ et semper offerebantur, ostendit numquam eos purgari. Sicut enim medicamentum quando fuerit forte et salutis efficax, et valens cunctam valetudinem repellere, semel impositum totum operatur: si ergo semel impositum totum operatum fuerit, ostendit suam virtutem, ut non ulterius apponatur; et hoc est ejus opus, ut jam non apponatur: si vero semper apponitur, manifestum iudicium est, nihil illud prævaluisse; medicamenti quippe illa virtus est, ut semel imponatur, et non frequenter: sic etiam hic: qua ratione eisdem sacrificiis semper curabantur? Si enim ab omnibus essent liberati peccatis, nequaquam per singulos dies offerrentur sacrificia. Etenim erant definita, ut semper offerrentur pro omni populo et vespera et in die. Proinde accusatio peccatorum fuit, non solutio: quia fiebat accusatio infirmitatis, non virtutis ostensio. Quoniam quippe prima hostia nihil valebat, etiam secunda offerebatur: quia etiam ipsa nihil proficiebat, altera item: proinde redargutio peccatorum istud est. In eo enim quod offerebantur, redargutio peccatorum; in eo autem quod semper

redargutio infirmitatis. In Christo autem e contrario semel oblata est. Nam quæ formam habent alicujus, tantum exemplar ostendunt, non autem virtutem: sicut in imaginibus, exemplar hominis habet imago, non etiam virtutem. Proinde veritas et exemplar communicant invicem: exemplar enim æquale est, virtus autem nequaquam. Sic etiam in cælo et in tabernaculo, quippe æquale exemplar est, sancta enim erant; virtus autem et cætera non eadem. Quid autem est, *Ad destructionem peccati, per sacrificium manifestatus est?* Quid est destructio? Hoc est contemptus. Non jam fiduciam habet; reprobatum est enim peccatum, debens quidem recipere ultionem, non accipiens autem; hoc est, violentiam passum est: quando sperabat omnes absumere, tunc absumptum est. Per sacrificium suum manifestatus est: hoc est, manifestus est effectus Deo et adstitit. Nec enim quia sacerdos sæpius hoc efficiebat in anno, propterea vano jam hoc efficitur, ac si sit: quid enim opus erat medicamentis, non exstantibus vulneribus? Propter hoc imperavit, inquis, semper offerri propter infirmitatem, ut et memoria peccatorum fieret. Quid ergo nos? nonne per singulos dies offerimus? Offerimus quidem, sed ad recordationem facientes mortis ejus: et una est hæc hostia, non multæ. Quomodo una est, et non multæ? Et quia semel oblata est illa, oblata est in sancta sanctorum: hoc autem sacrificium exemplar est illius. Idipsum semper offerimus, nec nunc quidem alium agnum, crastina alium, sed semper idipsum. Proinde unum est hoc sacrificium: alioquin hac ratione, quoniam in multis locis offertur, multi Christi sunt? Nequaquam, sed unus ubique est Christus, et hic plenus existens, et illic plenus, unum corpus. Sicut enim qui ubique offertur, unum corpus est, et non multa corpora: ita etiam et unum sacrificium. Pontifex autem noster ille est, qui hostiam mundantem nos obtulit. Ipsam offerimus et nunc, quæ tunc oblata quidem, consumi non potest. Hoc autem quod nos facimus, in commemorationem quidem fit ejus quod factum est: *Hoc enim facite*, inquit, *in meam commemorationem*. Non aliud sacrificium, sicut pontifex, sed idipsum semper facimus; magis autem recordationem sacrificii operamur.

Sed quia sacrificii hujus mentionem feci, volo pauca ad vos dicere, quæ recordamini: pauca quidem mensura, magna autem habentia virtutem et utilitatem: non enim nostra sunt, sed divini Spiritus, quæ dicuntur. Quæ ergo sunt? Plurimi ex hoc sacrificio semel accipiunt in toto anno, alii his, alii sæpius. Ad omnes ergo nobis sermo est, non ad eos qui hic sunt tantum, sed etiam ad eos qui in cremo sedent: illi enim semel in anno participantur; fortassis enim et post duos annos. Quid ergo est? quos magis acceptamus? eosne qui semel, an eos qui sæpius, an illos qui raro accipiunt? Neque illos qui semel, neque qui sæpius, neque qui raro, sed eos qui cum munda conscientia, qui cum mundo corde, cum vita irreprehensibili: isti semper accedant; qui vero tales non sunt, neque semel. Quid ita? Quia judicium sibi accipiunt et damnationem et supplicium. Et non mireris: sicut enim cibus naturaliter nutritorius exstans, si in eum qui pravis cibis corruptus est incidat, omnia perdit et corrumpit, et efficitur occasio morbi: sic etiam ista quæ ad hæc terribilia pertinent sacramenta. Frueris mensa spiritali, mensa regali, et iterum polluis cæno os tuum? perungis unguento pretioso, et iterum fœtoribus illud implet? Dic mihi, rogo, post annum perceptionem participaris [i. e. participans]: quadraginta dies putas tibi sufficere ad mundationem peccatorum totius temporis, et iterum septimana transeunte trades teipsum sordibus primis? Dic enim mihi, si salvus factus quadraginta diebus ab ægritudine longa, iterum te illis mortificatoribus cibis tradas, nonne et primum laborem perdes? Si enim naturalia sic mutantur, quanto amplius voluntaria? Utpote veluti quid dico: Naturaliter videmus, et sanos habemus oculos secundum naturam; sed aliquando ex mala quadam affectione læditur noster obtutus. Si igitur naturalia mutantur, quanto amplius quæ ad voluntatem pertinent? Quadraginta dies tantum tribuis salutis animæ tuæ: arbitrator autem, quia neque quadraginta dies, et speras propitiari Deum? Jocaris magis. Dic mihi, hæc dicens non ab una in anno perceptione nos veto, sed volo semper vos accedere: sanctis hæc concessa sunt. Hoc etiam diaconus insonat in illa hora sanctos vocans, et per hanc vocem veluti maculas inspiciens. Sicut enim in grege, ubi multæ quidem salvæ sunt pecudes, multæ autem scabie plenæ sunt, necesse est ut hæc prohibeantur a sanis: sic etiam in ecclesia, quoniam aliæ quidem sunt salvæ pecudes, aliæ autem viliatæ, per hanc vocem prohibentur hæ ab illis, penetrans ubique per vocem illam tremendam sacerdos sanctos vocans et attrahens. Quia enim impossibile est hominem scire interiora sacerdotis: *Quis enim scit hominum*, inquit, *quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est?* hanc emittit vocem postquam sacrificium perficitur, ut nullus simpliciter et quomodolibet ad fontem spiritualem veniat. Etenim in grege (nihil prohibet eodem iterum exemplo uti) morbidas quidem intro recludimus, et in tenebris habemus, et altera nutrimenta tribuimus, neque ex aere mundo, neque ex pascuis puris, neque ex fonte qui foris est, eas permittimus sumere. Et hic igitur ipsa vox pro vinculis quibusdam est. Non potes dicere: Nesciebam, ignorabam quia periculum sequitur hanc causam. Maxime autem et Paulus testificatus est hanc causam. Sed dicis, Non legi. Non est hæc excusatio, sed crimen. Per singulos dies intras ecclesiam, et adhuc istud ignoras?

Verumtamen et neque hanc tibi excusationem invenias, propterea in altiori loco stans magna voce et trementi conclamat, veluti quidam præco, manus sustollens in altum, altius etiam ipse stans omnibus manifestus efficitur; et manu illa tremenda, et continua voce reclamans, alios quidem vocat, alios autem prohibet: non manu hoc faciens, sed lingua clarius quam si manu hoc faceret. Vox enim illa in auditum irruens nostram, veluti manus

alios quidem expellit et excludit, alios autem introducit et repræsentat. Dic enim rogo, in Olympiacis certaminibus, nonne stabat præco, et magnum atque altum clamans, et dicens: Si quis hunc accusat, ne forte servus est, ne forte fur, ne forte morum malignorum? quamvis certamina illa non sint animæ neque morum, sed fortitudinis corporalis. Si itaque ubi corporum versatur studium, multa ecstasis efficitur voluntatis: quanto magis hic, ubi totum certamen gerit anima? Stat igitur nunc etiam præco noster, non caput uniuscujusque continens et producens, sed omnium simul capita interiora continens, et non eis constituit alios accusatores, sed ipsos sibi. Non enim dicit, Si quis forte hunc accusat; sed quid? Si quis seipsum accusat. Quando enim dicit, Sancta sanctis, hoc dicit: Si quis non est sanctus, non accedat. Non simpliciter dicit, A peccatis mundus, sed, Sanctus: sanctum enim non mundatio peccati tantum facit, sed etiam præsentia spiritus, et bonorum operum opulentia. Non enim, inquit, volo a cæno vos mundos esse, sed etiam albos esse et pulchros. Si enim rex Babylonius ex captivitate eligens juvenes honestos forma, et decoros facie elegit: multo amplius et nos adstantes mensæ regali, honestos specie animæ esse oportet, ornatum habentes aureum, stolam mundam, calceamenta regalia, vultum animæ formosum; oportet eam ornatu aureo circumdatam esse, cingulum veritatis habere. Talis accedat, et calicem tangat regalem. Si autem quis pannis est sordidis obsitus et illuvie plenus, et ingredi ad mensam regalem voluerit: attende quanta patietur, non sufficientibus quadraginta diebus mundare illum ab his, quæ in toto tempore deliquit. Si enim gehennam dicas, non ei sufficit, quamvis æterna est: propterea enim æterna est, quanto magis breve istud tempus. Neque enim pœnitentiam validam demonstravimus, sed debilem. Eunuchos maxime oportet adstare regi: eunuchos dico albos mente, nullam habentes sordem neque maculam, excelsos intelligentia, oculum animæ mansuetum habentes, et acutum videntes, circumspectum et agilem, sed non somnolentum, neque supinum, honestate multa plenum, longe ab impudentia et a supinitate, vigilem, sanum, neque tristem valde et mœrore dejectum, neque diffusum et humidum. Hunc nos domini sumus fabricare oculum, et ad videndum aciem facere, et pulchrum, quando eum non ad fumum adducimus neque ad pulverem (tales quippe sunt cunctæ res humanæ), sed ad auram tenuem, ad levem aerem et conspicuum et excelsum; et silentio multo plenum et munditia et multa delectatione recreamus illum velociter, et confortamus ex deliciis tantæ contemplationis. Vides opulentias et divitias multas? non adducas illuc oculum tuum: cœnum est hæc res, fumus est, vapor malignus, tenebræ, et angustia multæ, et curarum præfocatio. Vides hominem colore justitiæ sufficientem suis rebus, et multam habentem latitudinem et remissionem, nihil curantem, nullas sollicitudines hujus vitæ habentem? constitue illum, et in hoc exspectaculo pœnæ multo meliorem illum facis et clariorem: non terræ floribus ei delicias faciens, sed virtutis, hoc est, temperantia, mansuetudine, et cæteris omnibus. Nihil enim sic perturbat oculum, sicut conscientia mala: *Turbatus est, inquit, in ira oculus meus: nihil sic tenebrosum facit.* Ex hujus eum libera oppressione, et facis eum festinum et fortem, qui semper nutriatur rebus bonis. Contingat autem omnes nos et istum eundem oculum et alias animæ nostræ operationes tales præparare et habere, quales vult Christus, ut supposito nobis capite nostro digni efficiamur, et ambulemus quo tempore voluerit, qui dixit: *Volo ut ubi ego eum, et isti sint mecum, ut gloriam meam videant: qua cunctos nos contingat perfrui, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri una cum S. Spiritu gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.*

HOMILIA XVIII.

*Supra dicens, quia sacrificium et oblationem et holocaustomata et pro peccato noluisti. neque placita sunt tibi quæ secundum legem offeruntur, tunc dixi: Ecce venio, ut faciam voluntatem tuam, Deus. Excludit primum, ut secundum confirmet. In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Jesu Christi semel oblatam. Et omnis quidem sacerdos adstabat quotidie ministrans, et easdem ipsas hostias frequenter offerens, quæ numquam possunt auferre peccatum: ipse autem unam pro peccatis offerens hostiam, in perpetuum sedet in dextra Dei, de cætero exspectans donec ponantur inimici ejus scabellum pedum ejus, etc. Anterioribus quidem ostendit inutiles esse hostias ad integram mundationem; et formam magis eas esse, et multo minus habere: sed quia occurrebat ei hoc, id est, Si formæ erant, quomodo veritate veniente, universæ non cessaverunt neque discesserunt, sed adhuc celebrantur? hoc ergo his ait, ostendens quia jam non celebrantur, neque velut formæ: non enim eas acceptabiles habet Deus. Et hoc non ex Novo iterum Testamento, sed ex prophetis ostendit, ex superioribus temporibus proferens testimonium, quia cessatura erant et sopienda, et vane cuncta hæc agunt, qui semper Spiritui sancto resistunt. Et ostendit ex abundanti non nunc eas quievisse, sed statim ex ipsa præsentia Christi; et quomodo in novissimis non eas solvit Christus, sed primo solutæ sunt, et tunc venit. Ne forte enim dicerent, Quia et sine hoc sacrificio possumus placere per illa, expectavit eas redargui, et tunc advenit. *Sacrificium, inquit, et oblationem noluisti.* Omnia quippe abstulit per hoc: et generaliter dicens, dixit etiam et specialiter: *Et holocaustomata et pro peccato non placuit tibi.* Oblatio autem iterum erat, quæ extra sacrificium erat. *Tunc dixi, Ecce venio.* De quo illud dictum est? De nullo alio, nisi de Christo. Hic nihil causatur de*

offerentibus, ostendens quia hæc non propter malignitates eorum non suscepit, [sed] sicut alibi dixit; sed quia redarguta erat hæc res et reprehensa erat, nullam habens virtutem, neque tempus aliquod opportunum. Quid ergo hoc sibi vult ad illud, quod sæpius offerentur sacrificia? Non solum ex eo quod sæpius, manifestum est, inquit, quia debiles sunt et quia nihil profecerunt, sed etiam ex eo, quod non eas acceptabiles habeat Deus, veluti infructuosas et inutiles. Et alibi inquit: *Quia si velles sacrificium, dedissem utique.* Ergo et propter [f. per] hoc manifestat quia non vult. Proinde non sacrificia sunt voluntatis Dei, sed oblatio [f. ablatio] sacrificiorum: ergo præter voluntatem Dei sacrificant. Quid est, *Ut faciam voluntatem tuam?* Meipsum, inquit, tradere, hoc est Dei voluntas. *In qua voluntate sanctificati sumus.* Ac etiam aliud dixit, quoniam non sacrificia hominis mundant, sed voluntas Dei. Proinde igitur sacrificare non est voluntas Dei. Et quid miraris, si nunc non est voluntas Dei, cum quidem neque ex initio voluntas erat? *Quis enim inquisivit,* inquit, *ista de manibus vestris?* Quomodo ergo ipse imperavit? Condescendens. Sicut enim [f. etiam] dixit Paulus, *Volo omnes homines esse, sicut et meipsum, in continentia;* et iterum inquit, *Volo juvenes nubere, filios procreare.* Et duas voluntates constituit, sed non ambæ ejus sunt, ac si imperet; sed illa quidem ejus est, idcirco etiam sine cautione eam constituit: illa autem non est ejus, ac si ipse velit: propterea et cum excusatione proponitur. Primum enim accusans eos, quia luxuriabantur adversus Christum, tunc dixit: *Volo juvenes nubere, filios procreare.* Sic etiam hic non erat ejus voluntas præcedens, ut sacrificia fierent. Sicut enim [f. etiam] dicit, *Non volo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat;* et alibi dicit quia non solum voluit, sed etiam desideravit hoc: quamvis contra sit [f. suppl. desideratio], quæ superdisposita est voluntas. Quomodo ergo non vis, et quomodo desideras, quod validæ voluntatis est indicium? Sic et hic. *In qua voluntate,* inquit, *salvi facti sumus.* Quomodo salvi facti sumus? *Per oblationem corporis Jesu semel. Et omnis quidem sacerdos stat per singulos dies ministrans, et easdem ipsas hostias frequenter offerens.* Nam stare signum est ministracionis: ergo sedere signum est ut ei ministretur. *Iste autem unam pro peccatis offerens hostiam, in perpetuum sedet in dextera Patris, de cætero expectans donec ponantur inimici ejus scabellum pedum ejus. Una quippe oblatio perficit in perpetuum eos, qui sanctificantur. Testificatur autem nobis et Spiritus sanctus.* Dixit quia illæ non offeruntur; et argumentatus est et ex Scripturis et sine Scripturis; sed etiam dictum propheticum adhibuit, dicens: *Quia sacrificium et oblationem noluit.* Dicit quidem, *Dimisit peccata.* Iterum et hoc ex scripto testimonio approbat: *Testificatur quippe nobis, inquit, Spiritus sanctus.* Postquam enim dixit, *Hoc testamentum, quod testabor ad eos post dies illos, dicit Dominus, dans legem meam in cordibus eorum, et in mentibus eorum scribam eam: et peccatorum eorum et iniquitatum jam non ero memor amplius, ubi remissio horum, necdum jam oblatio pro peccato.* Ergo dimisit peccata quando testamentum dedit: testamentum autem per sacrificium dedit. Si igitur dimisit peccata per unam hostiam, necdum jam opus est secunda. *Sedet, inquit, in dextera Dei, de cætero expectans.* Pro qua causa est ista dilatio? *Ut ponantur, inquit, inimici ejus sub pedibus ejus. Una quippe oblatio perficit in perpetuum eos, qui sanctificantur.* Sed fortassis dicit aliquis, *Quare non confestim posuit?* Propter fideles nascituros. Unde ergo certum quia ponentur? Propter quod dixit quia sedet. Mentionem iterum facit testamenti illius, dicentis: *Donec ponam inimicos ejus sub pedibus ejus.* Inimici autem ejus Judæi sunt. Deinde quoniam dixit, *Donec ponantur inimici ejus sub pedibus ejus,* satis autem festinabant: pro hac re quæ sequuntur ponit, quæcumque de fide loquitur. Qui sunt autem inimici? Infideles omnes. Et hic nimietatem et potentiam subjectionis significans, non dixit, *Ut subjiciantur, sed, Ut ponantur sub pedibus ejus.* Non igitur efficiamur ex numero inimicorum: non enim soli illi inimici, qui infideles sunt, sed etiam isti, qui vita immunda pleni sunt. *Prudentia autem carnis inimica est in Deum: legi enim Dei non subjicitur, neque potest.* Quid ergo, inquit? num est hoc crimen? et valde quidem crimen est: malus enim usquequo est malus, non subjicitur quidem, mutari autem et fieri bonus potest.

Abjiciamus igitur intelligentias carnales. Quæ sunt autem carnalia? Quæcumque corpus quidem florere faciunt et luxuriari, vitiant autem animam: utputa, veluti quid dico: divitiæ, deliciæ, gloria: cuncta hæc carnis sunt: amor corporum. Non igitur amemus ampliora, sed paupertatem semper consectemur: ista enim magnum bonum est. Sed humilem facit, inquit, et infirmum. Hoc quippe nobis opus est: multum namque nobis hoc conducit. *Paupertas quippe, inquit, humiliat virum.* Et iterum Christus dixit: *Beati pauperes spiritu.* Propter hoc ergo dicis, quia habemus viam ad virtutem ducentem? nescis quia ista multam fiduciam nobis tribuit? *Sed sapientia, inquit, pauperis pro nihilo habetur.* Et iterum alter quidam dixit: *Divitias et paupertatem ne dederis mihi; et, Ex camino paupertatis libera me.* Quomodo autem iterum, si divitiæ et paupertas ex Deo sunt, malum est paupertas, aut divitiæ? Quare ergo hæc dicta sunt? Hæc dicebantur in Veteri Testamento, ubi multa ratio divitiarum habebatur, ubi paupertatis plurimus erat contemptus, ubi hoc quidem maledictum erat, illud benedictio. Sed nunc nequaquam ita est: sed vis audire paupertatis prædicamenta? ipsam professus est Christus et dixit: *Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet.* Et iterum discipulis dicebat, *Nolite possidere aurum, neque argentum, nec duas tunicas.* Et Paulus scribens, dicebat: *Tamquam nihil habentes, et omnia possidentes.* Et Petrus dicebat ei, qui ex nativitate sua claudus erat: *Argentum et aurum non est mihi.* Et in ipso Veteri Testamento, ubi in admiratione habebantur, et erant quidem mirabiles? nonne Elias præter me-

lotidem nihil habebat? Nonne Elisæus, nonne Joannes? Nemo igitur sit humilis propter paupertatem: non est paupertas quæ facit humilem, sed divitiæ quæ cogunt quemque opus habere plurimis, multas grates debere compellentes. Quid Jacob erat pauperius, dic mihi? qui dicebat: *Si dederit mihi Dominus panem comedere, et amictum indui*. Numquid sine fiducia erant Helias, et Joannes? nonne ille quidem Achab redarguebat, ille autem Herodem? Ille quidem dicebat, *Non enim tibi licet habere uxorem fratris tui*: Helias vero ad Achab cum fiducia dicebat, *Non ego perverto Israel, sed tu et domus patris tui*. Vides quia hoc maxime facit fiduciam, hoc est paupertas? Nam dives servus est, obnoxius exstans damnis, et tribuens omni volenti eum nocere: ille autem nihil habens, proscriptionem non timet neque condemnationem. Nequaquam ergo paupertas facit sine fiducia esse: Christus autem cum paupertate mittebat apostolos in causam fiducia opus habentem multa. Valde enim fortis est pauper, et non habet unde injuriam patiat, vel lædatur. Dives undique facilis est ad captivandum: contingit eidem veluti si aliquis funes trahat multos et longos, et facile sit eum apprehendere. Sic etiam in divite contingit: sunt enim servi, aurum, argentum, et decem millia rerum, et decem millia curæ, et discrimina multa, necessitates plurimæ, quæ omnibus eum captivabilem faciunt.

Nullus igitur jam paupertatem calamitatis causam esse putet: si enim virtus adsit, omnes divitiæ mundi neque ut lusus, neque ut stipula, erunt apud eum. Hanc igitur consecutemur, si volumus intrare regnum cælorum. *Vende enim omnia tua*, inquit, *et da pauperibus, et habebis thesaurum in celo*; et iterum, *Difficile est divitem intrare in regnum cælorum*. Intueris quia et si non adsit tempore, et eam arripere bonum est. Paupertas est manufactrix quædam in via, quæ ducit ad cælum, unctio athletica, exercitatio quædam magna et admirabilis, portus tranquillus. Sed opus habeo plurimis, et volo ab aliquo gratiam accipere. Sed et hoc dives te miserius est: tu quidem fortassis gratiam pro cibo postulas, ille autem pro decem millibus causis impudens existit, ut plura habeat. Proinde divites magis sunt qui multos postulant, et sæpius etiam indignos: utputa veluti quid dico, sæpius eos, qui in ordine militari sunt, et servos necessarios habent. Pauper autem neque ipso Imperatore indiget; ac si opus habeat, magis in admirationem erit, quoniam ad hoc semetipsum deposuit, cum possit etiam dives fieri. Nemo igitur causetur de paupertate, tamquam causa sit multorum malorum, neque obloquatur Christo, qui perfectionem illam dixit esse virtutis, dicens: *Si vis perfectus esse*. Hoc enim ipse et verbis dixit, et operibus ipsis ostendit, et per discipulos suos docuit. Sectemur ergo paupertatem: maximum quippe bonum est paupertas vigilantioribus. Fortasse sic enim nonnulli ex audientibus augurantur; et non est mihi incredibile. Multus quippe est morbus apud plurimos hominum, et tanta pecuniarum tyrannis, ut nec vel verbis patiantur ei renuntiare, sed et omne putant adversum, si vel verbo repudient pecunias. Longe absit hoc ab anima Christiana; nihil enim opulentius eo, qui paupertatem sponte deligit et cum alacritate suscipit. Quomodo autem hoc, inquit? Dicam, et si vultis ipso Imperatore ditiores esse pronuntio. Quis potius assumpsit paupertatem? Ille quidem opus habet pluribus, et in curis est constitutus, et veretur ne minus ei fiat ad ea quæ necessaria sunt stipendiis militaribus: iste autem omnia affluenter habet, et de nulla re timet, ac si timet, non pro tantis. Quis, dic mihi, ditior est: qui per singulos dies exigit, et festinat plura colligere, et timet ne aliquid ei deficiat: an ille, qui nihil colligens affluentia multa sibi sufficiente consistit, et nullum postulans? Fiduciam quippe virtus tribuit et Dei timor, non pecuniæ: illæ namque et in servitutem redigunt. *Munera, inquit, et dona excæcant oculos, et sicut mutus in ore versat redargutiones eorum*. Considera quantum pauper Petrus Anniam divitem ultus est: nonne ille quidem dives erat, iste autem pauper? sed vide illum quidem cum auctoritate loquentem et dicentem, *Dic mihi, si tanti vendidisti agrum*: illum autem cum subjectione dicentem, *Ita est, tanti*. Sed quis dabit, inquis, mihi esse sicut Petrus? Licet tibi, sicut et ille esse, si volueris: jacta quæ possides, distribue, da pauperibus, sequere Christum, et eris talis. Quomodo, inquit? ille signa faciebat. Hoc namque est, dic mihi, quod Petrus fecit operari miracula? annon fiducia, quæ erat ex conversatione? non advertis Christum dicentem, *Nolite gaudere, quia dæmones vobis subjecti sunt? Si volueris perfectus esse****. Audi quid dixit Petrus, *Argentum et aurum non est mihi: quod autem habeo, tibi do*. Si quis habet argentum et aurum, illa non habet. Quid ergo? inquis: plurimi neque illa, neque ista habent. Quanti habentes [scilicet quando lubentes] pauperes sunt, omnia bona habent. Si enim mortuos non resuscitant, neque claudos curant; sed, quod omnibus majus est, fiduciam habent ad Deum: audient enim in die judicii, beatam illam vocem: *Venite, benedicti Patris mei*. Quid isto melius? *Hereditamini præparatum vobis regnum a constitutione mundi*. *Esurivi enim, et dedistis mihi manducare: sitivi, et dedistis mihi bibere: hospes eram, et collegistis me: nudus eram, et operuistis me: infirmus eram et in carcere, et visitastis me*. *Hereditamini præparatum vobis regnum a constitutione mundi*. Fugiamus igitur cupiditatem, ut adipiscamur regnum: nutriamus pauperes, ut nutriamus Christum, ut coheredes ejus efficiamur, in Jesu Christo Domino nostro, cum quo Patri una cum Spiritu sancto, gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XIX.

Habentes ergo, fratres, fiduciam in introitum sanctorum in sanguine Jesu Christi, quam nobis dedicavit viam novam et vivam per velamentum, hoc est carnis suae, et sacerdotem magnum in domo Dei: accedamus cum veraci corde in satisfactione fidei, aspersa habentes corda a conscientia mala; et lavatum corpus aqua munda; retineamus confessionem spei indeclinabilem. Habentes ergo, fratres, fiduciam in introitum sanctorum in sanguine Christi, quam nobis dedicavit viam novam et vivam. Ostendit distantiam pontificis, et hostiarum, et tabernacula, et testamenti, et re promissionis, et multam differentiam: siquidem illa quidem temporalia, hæc autem æterna; illa quidem de proximo percuntia, hæc autem permanentia; illa quidem infirma, hæc autem perfecta; illa quidem figuræ, hæc autem veritas: *Non enim juxta legem mandati, inquit, carnalis, sed juxta virtutem vitæ insolubilis; et, Tu es sacerdos in perpetuum* (ecce perpetuitas sacerdotis): et de Testamento illo dixit, quod vetustum est: *Quod autem veterascit atque senescit, proximum est iteritui: hoc autem Testamentum novum, et remissionem peccatorum habens; illud autem nihil hujusmodi: Nihil quippe perfecit lex, inquit; et iterum, Sacrificium et oblationem noluit: illud quidem manufactum, hoc autem non manufactum; illud quidem sanguinem hircorum habebat, hoc autem Deum; illud quidem stantem sacerdotem, hoc autem sedentem: quoniam igitur cuncta illa minora sunt, hæc autem majora, propterea inquit: Habentes igitur, fratres, fiduciam.* Unde? Sicut enim confusionem faciunt peccata, sic fiduciam omnium remissio peccatorum: et quod quidem coheredes facti sumus, et quod tanta dilectione fruimur. *In introitum, inquit, sanctorum.* Introitum hic cælum dixit, et accessum ad spiritualia. *Quam dedicavit.* Hoc est, quam construxit, quam præparavit, et quam initiavit: dedicatio quippe dicitur initium utendi. Quam præparavit, inquit, et per quam ipse perrexit. *Viam novam et vivam.* Et hic satisfactionem spei declarat, novam dicens. Conatur enim ostendere cuncta majora nos habere, siquidem nunc apertæ sunt portæ cæli, quod neque Abraham contigit. *Viam novam dixit vitæ: sed viam [f. vitæ... sed vivam] illam vocavit, hoc est præcepta dicit. Per velamentum, inquit, carnis suæ.* Hæc quippe caro secabat primo viam illam, ipse autem dedicavit novam: dedicavit autem illam hac ratione, quoniam ipse in ea perrexit. Velamentum autem merito vocavit: cum enim elevatus esset in cælum, tunc apparuerunt cælestia. *Accedamus itaque, inquit, cum veraci corde.* In quo accedamus? Sanctitate, fide, spiritali cultura. *In veraci corde, in satisfactione fidei;* quia nihil et visibile horum, neque sacerdos jam, neque sacrificium, neque altare: quamquam nec ille sacerdos visibilis esset, sed intus staret, illi autem foris, hoc est universus populus. Hic autem non solum hoc facit, quia sacerdos ingressus est in sancta, sed etiam quia nos intramus. Propterea, inquit, *In satisfactione fidei.* Potest quippe credi et simpliciter cum hæsitatione, quales sunt nunc plurimi, dicentes: Quoniam quorundam erit resurrectio, quorundam autem non. Hoc non est fides: *In satisfactione, inquit, fidei.* Sic oportet credere, quomodo certi sumus de visibilibus, et adhuc amplius. Hic enim aliquando erratur, hoc est, in iis quæ videntur; illic autem nequaquam: hic quidem sensu percipimus, illic autem spiritu. *Aspergit corda nostra a conscientia mala.* Ostendit quia non fides sola, sed etiam vita cum virtute quæritur, et ut nihil sibi quisque conscius sit malignitatis. Non enim suscipiunt cum satisfactione sancta eos, qui non ita afficiuntur: ut sancta enim sunt, et ut sancta sanctorum. Hic autem homo nullus profanus ingreditur. Illi autem corpus aspergebant, nos conscientiam: proinde possumus etiam nunc aspergi eadem ipsa virtute. *Et abluti, inquit, corpus aqua munda.* Lavacrum baptismatis in hoc loco dicit: baptismus enim corporum mundatio non est, sed animæ. *Fidelis enim est qui repromisit, quoniam oportet ire illuc, intrare in regnum.* Nihil igitur scruteris, neque rationes expelas: fide opus habent nostræ causæ. *Et intelligamus, inquit, invicem ad provocationem caritatis et bonorum operum, non derelinquentes congregationem nostram, sicut consuetudo est quibusdam, sed exhortantes, et tanto magis, quanto videtis appropinquantem diem.* Et iterum alibi dicit: *Dominus prope est, nihil solliciti sitis. Nunc autem propinquior est nobis salus. Tempus jam abbreviatum est.* Quid est, *Non derelinquentes congregationem nostram?* Scit ex cœtu et congregatione multam esse fortitudinem. *Ubi enim fuerint duo, vel tres, inquit, congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum; et iterum, Ut sint unum, sicut et nos; et iterum, Omnium erat cor unum et anima una.* Non autem hoc solum, sed quia etiam caritas incrementatur per congregationem: caritatem autem incrementatam necesse est etiam quæ Dei sunt consequi. *Oratio autem, inquit, intentata populo fiebat. Secundum quod consuetudo est quibusdam.* In hoc loco non solum admonuit, sed etiam culpavit. *Intelligamus, inquit, invicem ad provocationem caritatis, et bonorum operum.* Scit etiam hoc solere fieri ex congregatione. Sicut enim ferrum aliud ferrum reddit acutum, sic etiam cœtus caritatis facit augmentum. Lapis ad lapidem contritus ignem emittit: quanto magis anima animæ commixta? *Sed non ad æmulationem, inquit, sed ad provocationem caritatis.* Quid est, *Ad provocationem caritatis?* Et amplius diligere et diligi. *Et bonorum operum: ut in hoc habeant æmulationem.* Si enim facere quam dicere majoris virtutis est, quantum ad doctrinam pertinet, multos habetis etiam vos doctores in vestra multitudine per opera ipsa hoc facientes. Quid est, *Animadvertamus cum veraci corde?* Hoc est, sine simulatione. *Væ enim, inquit, timido cordi, et manibus dissolutis.* Nihil sit, inquit, falsum in nobis: non alia quidem dicamus, alia vero cogitemus; hoc enim mendacium est: neque simus pusillanimes;

hoc etiam est, non vericordes [*f. veri cordis*]: non credendo enim pusillanimitas efficitur. [Quid autem erat, pusillanimitas efficitur?] Quomodo autem erit hoc? Si satisfaciamus vobis per fidem. *Aspersi corda*. Quare non dixit, *Mundati*? Differentiam aspersionis volens ostendere, aliud quidem esse Dei, aliud autem nostrum. Abluere quippe et aspergere conscientiam, Dei est; cum veritate autem accedere et in satisfactione fidei, nostrum est. Deinde etiam fidei dat propriam virtutem ex veritate profitentis. Quid est, *Abluti corpus aqua munda*? Quæ mundos facit: an forte, quod non habeat sanguinem. Deinde subjungit jam quod perfectum est, hoc est caritatem. *Non derelinquentes*, inquit, *congregationem nostram*: quod facientes nonnulli, congregationes scindunt. *Frater quippe a fratre adjutus, sicut civitas munita est. Sed intelligamus invicem ad provocationem caritatis*. Quid est, *Intelligamus invicem*? Si quis fuerit virtute præditus, hunc imitemur, in eum intendamus, ut diligamus et diligamur: ex dilectione quippe bona opera fiunt.

Magnum quippe bonum est congregatio: ipsa namque caritatem operatur ferventiorum, et ex ea cuncta optima generantur: nihil namque bonum est, quod non per caritatem fit. Istam igitur confirmemus in invicem: *Plenitudo quippe legis caritas est*. Non enim labore opus habemus, aut sudoribus: si dilexerimus invicem, spontanea nobis via prosternitur, ducens ad virtutem. Sicut enim in itinere contingit, si quis initium comprehendat, recta via ducitur, et non oportet declinare: sic etiam in caritate; tantum arripe principium, et statim manum tibi præbens ipsa te deducit et dirigit. *Caritas proximi malum non operatur, non cogitat malum*. Consideret quisque semetipsum, quomodo afficitur erga seipsum: non sibi invidet, omnia in se continet bona, omnibus se præhonorat, omnia sub se vult constituere. Si igitur et circa alios sic afficiamur, omnia mala solvuntur: non erunt inimicitiae, non cupiditas: quis enim non [*f. del. non*] velit seipsum amplius habere? nullus; sed e contra habebimus communiter cuncta, et cessabimus congregantes nobis ipsis. Et hoc si fecerimus, retentio mali in corde locum non habebit. Quis autem velit retinere malum? quis velit sibi irasci? nonne maxime nobis ipsis, quam omnibus, ignoscimus? Si ergo sic in proximos afficiamur, numquam remanebit in corde mali retentio. Et quomodo possibile est hoc, inquis, diligere proximum sicut seipsum? Si non fecerunt etiam hoc alii, bene putas impossibile: si autem fecerunt, manifestum est, quia per negligentiam a nobis non efficitur. Sed et alias nihil impossibile imperat Christus, in tantum ut etiam multi supergrederentur ejus præcepta. Quis ergo, inquis, fecit hoc? Fecit hoc Paulus, Petrus, omnis chorus sanctorum. Sed si dicam quia proximos dilexerunt, nihil magnum dico: inimicos sic amaverunt quomodo non amavit quisquam suos unanimes. Quis enim suscipiat pro unanimis in gehennam ire, cum ire possit ad regnum? Nullus: at Paulus pro inimicis hoc susceptum habebat, pro lapidantibus et flagellantibus eum. Qualis ergo nobis erit venia, qualis excusatio, si vel minimæ parti caritatis similem, quam ostendit circa inimicos Paulus, non erga amicos ostenderimus? Et beatus item Moses ante istum pro inimicis voluit lapidantibus eum deleri de libro Dei. Et David rebellantes adversus se videns interemptos, dixit: *Ego pastor peccavi, et isti quid fecerunt?* et Saulem inter manus habens, occidere noluit; quin etiam salvavit, præsertim cum ipse in periculo esset constitutus. Si autem hæc in veteri Testamento, qualem veniam nos habebimus in novo Testamento conversantes, et neque ad mensuram illorum pervenientes? *Nisi enim abundaverit*, inquit, *justitia vestra plus quam scribarum et Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum*. Cum ergo etiam minus habemus ab illis, quomodo intrabimus? *Diligite*, inquit, *inimicos vestros*. Dilige igitur inimicum; non enim illi præstas, sed tibi. Quomodo? Similis efficieris Deo. Ille igitur si ametur a te, nihil lucratur; a conservo quippe dilectus est: tu autem si dilexeris conservum, magnum lucrum facies, et efficieris similis Deo. Vides quia nihil gratiæ illi præstas, sed tibi? ipsum meritum enim non illi, sed tibi comparas. Quid ergo, inquis, si sit malignus? Tanto amplius major eris et meritis: pro malignitate sua debes illi gratiam, et [*f. etsi*] multa millia beneficiorum suscipiens, adhuc malus permanes [*f. permanet*]. Si enim non esset valde malus, neque tibi merces valde cresceret. Proinde causa non amandi et dicendi, Quia malignus est, causa amandi. Aufer contrarium certatorem, et auferes occasiones coronarum. Non intueris præcones quomodo sacculos arena replentes, ita exercitantur? Tu autem opus non habes studium his impendere: plena est vita humana exercitantium te, et facientium fortiorum. Non vides quia et arbores quanto ventis commoventur, tanto amplius fortiores efficiuntur et densæ? Et nos igitur, si fuerimus longanimes, fortiores erimus. *Vir longanimis*, inquit, *multus est in sapientia: qui autem est pusillanimis, fortis stultus*. Intueris quanta hujus viri laus est, et quanta illius accusatio? *Fortis*, inquit, *stultus*, hoc est, valde stultus. Proinde non simus pusillanimes ad invicem: non enim hoc ex inimicitia contingit, sed ex pusillanimitate animæ. Si vero fuerit fortis, omnia facile tolerat, et nihil eam poterit demergere, sed ad tranquillos eam portus adducet: quos contingat nos omnes adipisci, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri una cum sancto Spiritu, gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XX.

Sponte namque peccantibus nobis postquam accepimus veritatis agnitionem, non relinquitur hostia pro peccatis. Terribilis autem est expectatio iudicii, et ignis zelus consumpturus adversarios, etc. Arborea quæ bene instituta sunt, et cæteram habuerint diligentiam, agricolarum adhibitam manibus atque laboribus, si nullam referant laborum vicissitudinem, radicibus evulsæ igni traduntur. Tale quiddam et in causa contigit baptismatis. Cum enim nos Christus instituerit, et irrigatione spiritali potiti fuerimus: si deinde nullum fructum afferamus, ignis nos expectabit gehennæ et flamma inexstinguibilis. Paulus igitur hortatur ad caritatem et fructificationem bonorum operum, ex utilibus invitans. Quæ sunt autem hæc utilia? Quoniam introitum habemus ad sancta, quam dedicavit nobis viam novam. Postquam ex utilibus invitavit ad opera bona, vult etiam nunc ex metuendis et tristibus idipsum facere. Postquam enim dixit: *Non derelinquentes congregationem nostram, quemadmodum quibusdam usus est, sed exhortantes, tanto amplius, quanto videtis appropinquantem diem; intulit dicens: Sponte namque peccantibus nobis, postquam accepimus veritatis agnitionem.* Opus est, inquit, bonis operibus, opus est, et valde opus. *Sponte namque peccantibus nobis postquam accepimus veritatis agnitionem, ultra non relinquitur hostia pro peccatis.* Mundatus es, liberatus es a criminibus, factus es filius. Si ad primum vomitum reversus fueris, iterum te reprobatio expectat et ignis, et hujusmodi alia: non enim est hostia secunda. Hic iterum exsurgunt qui pœnitentiam auferunt, et qui ad baptismum segnes sunt accedere: illi quidem dicentes, Quoniam non est tutum nos ad baptismum accedere, siquidem non est secunda remissio: isti autem dicentes, Non est tutum dare peccatoribus sacramenta, si quidem non est secunda remissio. Quid ergo ad utrosque dicemus? Quoniam in hoc non pœnitentiam excludit, neque propitiationem quæ fit per pœnitentiam, neque repellit et dejicit per desperationem delinquentem; non enim ita inimicus est salutis nostræ; sed quid? secundum excludit lavacrum. Non enim dixit, Non est ultra pœnitentia; neque enim dixit, Non est ultra remissio; sed, Hostia, inquit, ultra non est: hoc est, crux secunda ultra non est hostiam quippe hanc vocat. *Una namque hostia perficit in perpetuum eos qui sanctificantur, non sicut Judaica.* Propterea enim sursum atque deorsum tantum disputavit de hostiis, quoniam una est: non hoc solum volens ostendere, quoniam differt a Judaicis isto modo; sed etiam cautos nos volens efficere, ne speremus ultra secundum Judaicam legem aliam hostiam. *Sponte quippe peccantibus nobis, inquit, vide quomodo pronum se ostendit ad veniam tribuendam. Sponte, inquit, peccantibus nobis.* Proinde non sponte peccantibus datur venia. *Post agnitionem, inquit, veritatis, sive Christi, sive cunctorum dogmatum. Ultra non remanet hostia pro peccatis.* Sed quid? *Terribilis, inquit, expectatio est iudicii, et ignis zelus consumpturus contrarios.* Contrarios enim, non infideles dicit tantum, sed etiam fideles contraria virtuti agentes: sive quia et domesticos ac familiares idem ipse ignis accipiet, qui etiam contrarios. Deinde consumpturum eos ostendit, dicens, *Ignis zelus consumpturus est contrarios.* Sicut enim bestia provocata, quæ est valde sæva et agrestis, non cessat, donec apprehendat aliquem et devoret: sic etiam ille ignis tamquam aliquis zelo stimulatus alicujus, quemcumque apprehenderit, non dimittit, sed devorat et dilacerat. Deinde etiam sermonem infert comminationis, quia merito, quia juste: quod ad fidem proficit, cum ostenderimus quia juste aliquid fit. *Irritam namque quis faciens legem Mosi, inquit, sine miseratione coram duobus vel tribus testibus moritur. Sine miseratione, inquit, ut nulla sit venia, nulla misericordia, quamquam Mosi esset illa lex: plurima namque ipse disposuerat. Quid est, Coram duobus vel tribus? [et quomodo conculcat quisquam Filium Dei?] Si duo vel tres testificati fuerint, festum iudicium dant. Si enim in veteri Testamento, ubi lex Mosi irrita fit, tantum est ac tale supplicium: Quanto magis putatis quia pejus merebitur supplicium qui Filium Dei conculcavit, et sanguinem testamenti communem existimavit, et spiritum gratiæ injuriavit?*

Et quomodo conculcat quisquam Filium Dei? Quando enim ex eo participatur quisque per sacramenta, nonne [i. et] peccata committit? [,] nonne illum conculcat? nonne ipsum contemnit? Sicut enim ea quæ conculcamus, nullius momenti pendimus: sic et qui peccant in Christum, nullius momenti existimant, et sic peccant. Factus es corpus Christi, et tradis te ipsum diabolo, ut conculces Christum? *Et sanguinem, inquit, communem judicas.* Commune quid hoc est? Immundum, sive quod nihil amplius a cæteris habet. *Et spiritum gratiæ injurians, inquit.* Qui enim beneficium non suscepit, injuriavit beneficientem. Fecit te filium; tu autem vis fieri servus? venit ad habitandum apud te; tu autem adducis ei cogitationes malignas? Christus voluit solidari apud te; tu autem eum conculcas per crapulam, per ebrietatem? Audiamus qui indignæ sacramentis participamus, audiamus qui indigne ad mensam illam accedimus. *Nolite, inquit, sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis: hoc est, ne contemnant, ne respuant.* Sed non hoc dixit, sed quod terribilius est. Ex terribilioribus coarctat animas audientium: sufficiens enim erat etiam hoc ad convertendum eos, non minus a consolatione. Et simul et differentiam et supplicium ostendit, et iudicium ipsis relinquit, utpote de re clara et quæ manifesta constaret. *Quanto ergo arbitramini, inquit, pejus mereri supplicium.* In hoc loco videtur mihi et de sacramentis aliquid significare. Deinde et testimonium

subjungit, dicens : *Metuendum est incidere in manus Dei viventis. Scriptum est enim : Mihi vindictam, et ego retribuam; et iterum, Dominus judicabit populum suum.* Et incidam in manus Domini, et non in manus hominum. Sed si non pœnitueritis, in manus Domini incidetis. Cum viderimus igitur quemquam hic puniri, non contremiscamus ad pœnam præsentem, sed contremiscamus ad futuram. *Secundum misericordiam ejus et indignatio ejus est; et super peccatores requiescet furor ejus.* Simul etiam aliud significat in hoc loco. *Mihi, inquit, vindictam, et ego retribuam.* De inimicis hoc dictum est qui male faciunt, non de iis qui male patiuntur. Hic autem et consolatur eos benedicentes [*f. pene dicens*] : permanet in sempiternum Deus et vivit. Proinde ac si nunc non recipiunt postea recepturi sunt : illos oportet congemiscere, non nos : nos enim in illorum indicimus manus, illi autem in manus Dei. Neque enim qui patitur aliquid malum, patitur, sed qui facit; neque beneficium percipit, qui juvatur, sed qui beneficium præstat. Hæc igitur scientes, patientes efficiamur ad patienda mala, et prompti ad benefaciendum : hoc autem poterimus, si pecunias et gloriam contemnamus. Et qui has exposuerit passiones, omnibus hominibus erit liberior, et ab eo qui purpura induitur locupletior. Intueris quanta mala sunt mala propter pecunias? non dico quanta propter avaritiam, sed in eo quod affectione et passione quadam tenemur circa pecunias. Verbi gratia : si perdit aliquis pecunias, vitam ducit omni morte pejo rem. Quid dolens, o homo? quid lacrymas? quia te a cura custodiendi superflua liberavit Deus, quia non sedes tremens et metuens? Dic itaque, si te quisquam alliget ad thesaurum, præcipiens ut illi semper assideas, et vigilem curam alienis impendas : nonne doleres, et difficulter ferres? tu te ipsum alligaveras vinculis pessimis, et quia illa servitute liberatus es, dolens? Verum quippe est, quoniam ex opinione veniunt et mœrores et gaudia, veluti si aliena habeamus. Nunc ad mulieres mihi sermo est : habet quædam mulier forsitan vestimentum ex auro contextum, et hoc excutit et expulverat, involvit linteaminibus mundis, cum cautela custodit, tremit super illud, et non eo fruitur. Aut enim moritur, aut vidua facta est; aut, si horum nihil contingat, metuens ne assiduo usu atteratur, et eo fraudetur, alio modo seipsam eo fraudat, cum ei parcit. Sed dicis quia illud dimittit alii. Sed neque hoc certum est; at si et alii dimittat, et illa similiter eo ulitur. Et si quis scrutatur in domibus, inveniet ex maxima parte pretiosa vestimenta, quæ aliis excellunt, in majore honore haberi, et veluti si animam habeant ita curari : non enim ulitur eis assidue, sed veretur et tremit; tineas et alia hujusmodi rodere et comedere solentia removet; plurima in unguentis et aromatibus ponit, et neque permittit ut omnium aspectus digni fiant illa conspiciere, sed ipse fortassis cum viro suo diligenter ordinat et continet.

Nonne recte, dic mihi, idololatricam, avaritiam vocavit Paulus? Quantum enim illi honorem circa idola ostendunt, tantum et isti erga vestimenta sua, et circa ea quæ habent ex auro confecta. Usquequo non cœnum istud evacuamus? usquequo luto et lateribus adhærebimus? Sicut enim illi Ægyptiorum regi laborabant : sic et nos diabolo laboramus, et flagellamur per singulos dies, et non timemus curam gerentes et trementes. Sed si voluerimus ingemiscere ad Deum, si voluerimus ad eum respicere, mittet nobis non Mosen, neque Aaron, sed verbum suum, et compunctionem donabit : hoc autem verbum veniens, et continens animas nostras, liberabit nos a servitute amara, et educet nos de Ægypto infructuosa et inutili, et de studio nostro vanum habente laborem, et de servitute quæ nullum habet lucrum. Illi quidem saltem aurea plurima sumentes egressi sunt, mercedem laboris sui; nos autem nihil : atque utinam nihil ! Etenim etiam nos sumimus non aurea, sed Ægypti mala, hoc est, peccata et supplicia et pœnas. Discamus igitur quid nobis est utile, discamus injuriam pati; hoc enim est Christiani : contemnamus pecunias, ne salutem nostram contemnamus : contemnamus pecunias, et non contemnemus animam : ipsa est quæ subicietur suppliciis, ipsa est quæ afficietur tormentis : illa hic remanent, ista descendit illuc. Quare ergo, dic mihi, luges, et non sentis? Hæc ad avaros dico, et ad eos qui ab avaris læduntur, ut fortiter illorum avaritias tolerant : so ipsos interimunt illi, non vos : vos quidem privant pecuniis, semetipsos autem propitiatione Dei et adjutorio. Qui enim illa nudatur, et si circumdetur omnibus mundi divitiis, omnibus erit egentior : sicut et qui omnibus pauperior est, si istam habeat, omnibus erit opulentior. *Dominus, inquit, pascit me, et nihil mihi deerit.* Dic autem mihi, si haberes aliquem virum magnum atque mirabilem, et valde te amantem, et curam gerentem; deinde cognosceres quoniam semper victurus esset, et quod non eum morte prævenires, et cuncta tibi impertiens, cum fiducia suis rebus frui permetteret : num velles aliquid possidere? num si omnibus nuda esses, nonne ditio rem te esse putares, illum habendo? Quid ergo luges, quia pecunias non habes, et non magis consideras, quia ablatae tibi sunt occasiones peccandi? Sed dicis, quia quod habebam amisi. Sed acquisisti propitiationem Dei. Et quomodo acquisivi, inquires? Quia dictum est : *Quare non injuriam magis patimini?* dictum est, *Quia beati qui omnia grate suscipiunt.* Intellige igitur quanto Dei favore perfruitur quæ ista operibus ipsis ostendit. Unum quippe tantum a nobis quæritur, ut in omnibus gratias agamus Deo, et omnia habebimus abundanter. Utpote, veluti quid dico : perdidisti auri libras decem millia? age gratias confestim Deo, et centum millia acquisisti per vocem illam, et gratiarum actionem. Dic enim mihi, quando beatum judicasti Job? quando habuit illos multos camelos et pecudum greges et armenta boum : an quando illam vocem emisit : *Dominus dedit. Dominus abstulit?* Etenim diabolus propterea nobis damna facit, non solum ut pecunias nobis auferat; scit enim quia nihil est; sed ut per hoc cogat nos dicere aliquid

blasphemum. Sic etiam in causa beati Job, non hoc festinabat tantum, ut eum pauperem faceret, sed ut blasphemiam ore proferret. Cum ergo omnibus eum nudaret, attende quid dixit ad eum per mulierem : *Dic verbum in Deum, et morieris.* Iniquissime, omnibus eum nudasti : quid amplius quaeris ? Sed non hoc festinabam, inquit : aliud est propter quod ista feci omnia, nondum ad quod volebam profeci : festinabam enim nudare eum divino auxilio : propterea eum pecuniis nudavi. Hoc est quod volo ; illud autem nihil est, si hoc non fecerit : non solum nihil laesus est, sed etiam iustior effectus.

Intueris quia scit etiam malignus daemon ille, quantum damnum est hujus rei. Et adhuc vide illum per mulierem insidias consuentem. Advertite omnes viri, qui uxores habetis amatrices pecuniarum, et cogentes vos blasphemare Deum, recordamini Job. Sed videamus, si placet, ejus etiam multam mausuetudinem, quomodo eam obmutescere fecit. *Et quid, inquit, velut una ex insipientibus mulieribus loquuta es.* Vere *Corrumpunt mores bonos colloquia mala* : semper quidem, sed maxime in ærumnis et in cladibus ; tunc qui mala suadent, habent virtutem. Si enim etiam a seipsa anima prona est ad mœrores et anxietates : quanto magis cum consultor et suasor affuerit ? nonne ad ipsum infernum demergitur ? Magnum quippe bonum est mulier, sed etiam malum magnum. Quia vero malum magnum est attende ex qua parte vult suffodere murum tam fortem. Non eum domuit, inquit, ablatio pecuniarum, nihil magnum operatum est hoc damnum ; propterea, inquit, *Nisi in faciem tibi benedixerit.* Intendis ad quid festinabat, ad quam rem aspirabat ? Si igitur grate feramus, et hæc recipiemus : ad si non recipiamus, major erit merces. Cum enim certasset fortiter, tunc ei et hæc restituta sunt : cum ostendisset diabolo, quoniam non propter hæc eum coleret, tunc et ista ei tribuit. Talis enim est Deus noster : cum nos viderit non affixos rebus sæcularibus et caducis, tunc nobis ea largitur : cum nos viderit spiritualia preponentes, tunc et carnalia donat ; ante autem nequaquam, ne quando defluamus a spiritualibus. Custodiens autem nos, non dat carnalia, ut vel nolentes ab eis sepatet. Non, inquis, sed si accepero, saturabor, et magis gratias agam. Falsum est, o homo : tunc enim maxime eris negligens. Quid ergo est, inquit, quod plurimis tribuit ? Unde certum est quia ipso tribuit ? Et quis, inquit, alius tribuit ? Avaritia eorum. Et quomodo, inquit, permittit hæc fieri ? Sicut et homicidia et furta et violentias cæteras. Quid ergo, inquit, dicimus de iis, qui ex parentibus suscipiunt hereditates, et ipsi multis malis pleni sunt ? quid hoc est, inquit ? quomodo eos permittit Deus iis perfrui ? Permittit eos sicut et fures et homicidas et cæteros male facientes : non enim est tempus iudicii nunc, sed conversationis bonæ. Sicut jam dixi, et nunc iterum dico, quia amplius luent supplicium, quando cunctis perfruuntur bonis, neque meliores efficiuntur. Non enim omnes æqualiter puniuntur, sed ii qui etiam post beneficium mali permanserunt, amplius puniuntur ; qui autem cum pauperlate vixerunt, non ita. Et quia hoc ita est, audi quid dixit ad David : *Nonne dedi tibi omnia domini tui ?* Cum ergo videris juvenem sine laboribus hereditatem paternam suscipientem, et in malitia perseverantem, certe scito quia supplicium ei adjicietur et pœna crescit. Non ergo hos æmulemur, sed eos potius qui virtutem suscipiunt, qui divitias spirituales possident. *Væ enim, inquit, qui confidunt in divitiis suis. Beati omnes qui tinent Dominum.* Ex quibus esse vis, dic mihi ? Utique ex iis qui beatificantur. Ergo eos æmulare noli [i. non illos], ut possis etiam illa bona quæ eis reposita sunt, nancisci : quæ contingat nos omnes participari in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri una cum sancto Spiritu gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXI.

Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis passionum : et nunc opprobriis et tribulationibus spectaculum facti, nunc autem socii taliter patientium, vinctis compassi estis, et rapinas substantiarum vestrarum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem in caelis substantiam et permanentem. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulumque qui venturus est veniet, et non tardabit : justus autem meus ex fide vivit : quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. Nos autem non sumus subtractionis filii in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ. Optimi medicorum cum alle secuerint, et per incisionem fecerint doloris augmentum, solatium statim afferunt et remedium illi loco, ubi dolor inest, et perturbatam refovent animam : postquam autem recreaverint, alteram jam non adjiciunt sectionem ; quin etiam illa quæ facta sunt, medicaminibus mitioribus, et valentibus amplitudinem mitigare doloris, confovent. Hoc etiam Paulus fecit : postquam autem concussit animas eorum, et compunxit mentione gehennæ ; et fidem faciens, quia omnibus modis oportet perire injuriantem Dei gratiam ; et hoc ex lege Mosi docens, quia perirent, et aliis testimoniis amplius hoc affirmans, et dicens : Metuendum est incidere in manus Dei viventis : proinde, ne multo timore desperantem animam absorberi faceret, consolatur eos per laudes et hortationes, et æmulationem domesticam eis proferens. *Rememoramini, inquit, pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis passionum.* Multa namque est consolatio vel hortatio, quæ ipsis fit operibus. Eum enim qui aggressurus est rem aliquam, processu temporis promoveri et profiteri [i. proficere] oportet. Tamquam si diceret, Quando

introducti estis, quando in ordine discipulorum eratis, tantam alacritatem demonstrastis, fortitudinem, nunc autem minime: et qui consolatur vel hortatur, ex domesticis ac familiaribus rebus maxime hoc agit. Et non simpliciter dixit, *Certamen sustinulistis*, sed addidit, *Magnum*. Et non dixit, Tentationes, sed, Certamen, quod est maximus titulus laudis, et maximarum prædicatio laudum. Deinde et exsequitur minutatim, dilatans sermonem suum et laudes plurimas proferens. Quomodo hoc? *Nunc quidem*, inquit, *opprobriis tribulationibus spectaculum facti*. Gravis quippe res opprobrium, et idonea ad animam subvertendam, et ad excæcandam mentem: nam audi quid dicit propheta, *Cum dicunt mihi, inquit, per singulos dies, Ubi est Deus tuus?* et iterum, *Si inimicus experiret mihi, sustinerem*. Quoniam enim valde appetens est gloriæ genus humanum, propter quod etiam facile opprobriis captivatur. Et non simpliciter dixit, *Opprobriis*, sed etiam hic augmentum fecit dicens, *Spectaculum facti*. Cum enim quis secretim exprobat, contristatur quidem, sed multo amplius, cum coram omnibus. Dic enim mihi, quantum erat malum descendentes ab infirmitate Judaica, et ad optimam vitam transeuntes, et paternas traditiones contemnentem, ut ab ipsis domesticis paterentur multa mala, et nullam haberent defensionem? Non habeo, inquit, quod dicam quia hæc passi quidem estis, et forte doluistis, imo magis gaudebatis. Hoc significavit, dicens: *Socii taliter patientium facti*: et ipsos apostolos producens in medium. Non solum, inquit, in propriis passionibus non erubescitis, quin etiam aliis taliter patientibus socii facti estis. Hoc et consolantis est et hortantis. Non dixit, sustinete tribulationes meas, efficimini socii mihi; sed, Verecundamini passiones vestras. *Et vinctis*, inquit, *compassi estis*. Vides quia de seipso dicit et de aliis vinctis? Non enim putastis vincula esse illa vincula, sed sicut athletæ fortes, sic stelistis quia non solum in vestris opus non habuistis hortatione vel consolatione, verum etiam aliis hortatio et consolatio facti estis. *Et rapinas substantiarum vestrarum cum gaudio suscepistis*. Mirabiliter satisfacit et comprobatur. Deinde causam quoque ponit non solum ad certamina eos exhortans, sed etiam ut non commoverentur in fide. *Vestras, inquit, divitias futuras videntes, sustinulistis: quod necdum apparet, tamquam præsens appareret, cernebatis: quod sinceræ fidei est; et ea in ipsis operibus ostendistis*. Nam rapina illa fortassis violentiæ raptorum adscribitur; nullus enim posset violentos forsitan prohibere. Proinde necdum hoc certum est, utrum propter fidem illam rapinam sustinulistis. Quamvis hoc quoque certum sit: possit quippe, si velitis, non esse rapina, abnegantes fidem: sed quod isto multo amplius, hoc fecistis, ut cum gaudio ista toleraretis. Quod erat totum apostolicum opus, et dignum illis fortibus animabus, ut flagellati gauderent. *Revertentur enim, inquit, a facie concilii gaudentes, quia digni facti erant pro nomine Jesu inhonorari*. Qui enim cum gaudio fert, ostendit quia habet mercedem; et quia patitur damnum fructus illi magnus sit illa res. Sed etiam quod dixit, *Suscipistis*, ultroneam eorum patientiam declaravit. *Quoniam suscepistis, inquit, cognoscentes vos habere meliorem substantiam in cælis et permanentem*. Ac si diceret, firmam et stabilem, et quæ perire non possit, sicut ista terrena perit.

Deinde laudans eos, dicit: *Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem*. Quia dicis? Non dixit, Quia amisistis, sed recuperate; amittit quid dixit? Quod magis eos faceret fortiores: Quid habetis illam, inquit. Quod enim amittitur, ut iterum acquiratur, labore multo indiget: quod autem tenetur non amittere, non sic se habet. Ad Galatas autem e contrario dicit: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus*; et merito. Illi enim suppliciis affligebantur; propterea opus illis erat increpativo sermone: isti autem aliquantulum frigidiores erant; unde meliore magis sermone opus habebant. Nolite itaque amittere, inquit, confidentiam vestram. Apparet ergo, quia in confidentia multa erant ad Deum. *Quæ magnam, inquit, habet remunerationem*. Et quando eam sumemus, inquit? Ecce quæ ex nobis erant omnia facta sunt. Propterea ante [*f. ante cap.*] eorum cogitationem pene dicens: Si in cælis intelligitis vos habere substantiam meliorem, nihil requiratis, sed tantum hic patientia opus est; et non ut addatis, sed ut in eisdem ipsis permaneat, ut non abiciatis quod vobis impertitum est. Nullo vobis alio opus est, nisi ut stetis sicut stabatis, ut ad finem venientes, participetis repromissionem. *Patientia, inquit, vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes, reportetis repromissionem*. Unum opus habetis tantum, ut perseveretis, et expectetis futura, non ut iterum certetis: ad ipsam jam coronam proximi facti estis: certamina cuncta sustinulistis, vincula, tribulationes, substantiæ vestræ direptæ sunt: quid est ergo, nisi quia de cætero ad hoc statis, ut coronemini? hoc solum tolerate, adventum coronæ. O quanta magnitudo exhortationis et consolationis! veluti si quis ad atletam hoc diceret, qui cunctos superasset ac dejiceret, et nullum reliquum haberet qui sibi concertaret; et deinde futurum non nisi ut coronaretur, et dilationem pati non ferentem, dum arbiter certaminis adveniret qui coronam daret: ille autem impatienter ferens, vellet exire et fugere, non tolerans sitim et flammam æstuationis. Hoc igitur et ipse significavit, dicens: *Adhuc enim modicum aliquantulumque, qui venturus est veniet, et non tardabit*. Et ne forte dicerent, Quando veniet? ex Scripturis eos consolatur. Etenim, inquit, *Prope est salus nostra*. Ergo hoc dicit, consolatur [*f. — turus*] eos tamquam parvum sit tempus ut remaneat. Hoc non ex seipso dicit, sed ex Scripturis. Si enim jam diu est, ex quo dicitur: *Adhuc enim modicum aliquantulum, qui venturus est veniet, et non tardabit*: manifestum est, quia nunc multo propior est. Proinde et perseverare et expectare non minima merces est. *Justus autem meus, inquit, ex fide vivit: quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ*. Magna est ista consolatio et exhortatio, quando

quisque perseverat : quia qui in omnibus correcti sunt, si modicam negligentiam habuerint, totum amittunt. *Nos autem, inquit, non sumus filii subtractionis ad perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ. Est autem fides sperandarum substantiarum rerum, conjunctio eorum quæ non videntur : in hac antiqui testimonium consequuti sunt.* O quam mirabili verbo usus est, dicens, *Conjunctio eorum, quæ non videntur.* Conjunctio (a) quippe est in rebus admodum manifestis. Fides igitur visio est, inquit, non apparentium, et ad eandem satisfactionem ducit, ad quam etiam quæ videntur. Proinde neque circa ea quæ videntur credulitas, vel incredulitas dici potest; neque iterum fides dici potest, nisi cum circa ea quæ non videntur, amplius, quam circa ea quæ videntur, satisfactionem quisquam habuerit. Quoniam ea quæ sunt in spe, sine substantia esse putantur, fides eis tribuit substantiam; magis autem eis non tribuit, sed ipsa est essentia eorum. Utpote, resurrectio necdum facta est, et necdum est in substantia, sed spes facit eam subsistere in anima nostra. Hoc est, quod dixit, substantia. Si igitur est conjunctio eorum quæ non videntur, quid est quod ea vultis jam videre, ut excidatis a fide, et desinat is justi esse? siquidem justus ex fide vivit, vos autem si volueritis ea videre, jam non eritis fideles. Laborastis, inquit, certamina plurima sustinistis : etiam ego hoc dico, inquit; sed exspectate : hoc est, nolite hic quærere quæ speratis.

Hæc dicta quidem sunt ad Hebræos; communis est autem admonitio, etiam ad plurimos eorum, qui hic congregati sunt. Qualiter, inquit, et quali modo? Ad pusillanimes et impatientes ista dicuntur. Cum enim viderint malignos prosperitatem habere temporalem, semetipsos autem adversitatem, affliguntur et impatienter ferunt, et desiderant ultionem eorum et vindictam, et sibi mercedem laborum suorum jam reddi cupiunt. *Adhuc enim modicum, inquit, et aliquantulum, qui venturus est veniet.* Et nos igitur ad negligentes ista dicimus, Quia omnibus modis erit ultio, omnibus modis ventura est, in januis est jam resurrectio. Unde hoc dicit, inquit? Non dico ex prophetis; neque enim ad Christianos solos nunc sermo est, sed etiam si paganus ait, confido valde, et approbationes assero, et eum doceo. Quomodo, inquit? Multa nanque prædixit Christus : si non evererunt illa, neque istis credamus; si autem evererunt omnia illa, quid de reliquis dubitas? Esset fortassis difficile ad credendum, cum adhuc nihil evenisset illorum; nunc autem cum illa evererint universa, his reliquis non credere, irrationabile est. Magis autem sub exemplo hanc rem faciam clariorem. Dixit Christus quia Hierosolyma ad captivitatem ventura est, et captivabitur captivitate, qualis non fuit antea, et quia nunquam resurget vel instaurabitur : hoc jam evenit, et ipso opere percepit effectum. Dixit item quia tribulatio erit magna : et similiter evenit. Dixit, quia sicut granum sinapis seminatum, ita dilatabitur verbi prædicatio : et hoc videmus per singulos dies, per totum mundum discurrere. Dixit quia qui derelinquunt patrem, aut matrem, aut fratres, aut sorores, habebunt et patres et matres : hoc ipsis operibus intuemur impleri. Dixit, *Quia tribulationem habebitis, sed confidite, quia ego vici mundum;* hoc est, nemo prævalet : et hoc rebus ipsis evenisse conspiciamus. Dixit, *Quia portæ inferni non prævalebunt adversus Ecclesiam,* licet persecutionem patiatur; et quia nullus extinguere poterit ejus prædicationem : hinc prophetiæ testificatur experimentum ipsarum rerum, et tamen valde erat hoc incredibile, cum diceretur. Quare? Quia sermones erant tantum et verba, et necdum ulla demonstratio prolata erat dictorum. Proinde valde credibilia nunc facta sunt. Dixit quia cum prædicatum fuerit hoc Evangelium in omnibus gentibus, tunc veniet finis, ecce jam ad finem pervenimus : maxima quippe pars mundi evangelizata est : jam ergo finis instat et imminet. Metuamus igitur, dilectissimi. Quid autem est, dic mihi? de fine tu sollicitus es? Et ecce finis prope est, sed et vitæ finis uniuscujusque prope est. *Dies, inquit, annorum nostrorum in mæroribus septuaginta anni; si vero in potentatibus, octuaginta anni.* Prope est dies judicii; timeamus itaque, fratres dilectissimi. *Frater non liberat, liberat homo?* Multum pœnis arsuri sumus, illic, sed in morte nullus confitebitur illi. Idcirco dicit : *Præoccupemus faciem ejus in confessione,* hoc est, adventum ejus et præsentiam. Hic enim quodcumque fecerimus, prævalet; illic autem nequaquam. Si quis nos, dic mihi, in camino flammante vel parvulo constituat tempore, nonne cuncta tolerabimus, ut liberemur, sive pecunias proferimus, sive servitutem toleramus? Quanti in morbos acerrimos inciderunt, et omnia dare prompti fuerunt, ut salvarentur, si eis optio proponeretur? Si igitur in hac vita morbus parvi temporis ita nos afficit et contristat, quid faciemus illic, ubi nulla erit utilitas pœnitentiæ? Quantis nunc repleti sumus omnes malis, et non sentimus? invicem mordemus, invicem consumimus, injuriantes, accusantes, incusantes, mordemur gloria proximorum. Et attende, quod pejus est : cum voluerit quispiam suffodere opinionem, et famam proximi, dicit : Hoc dixit ille de illo; Deus, ignosce mihi, noli me de hoc discutere, auditionis debeo rationem. Quid ergo dicis? quid dicis omnino, si non credis? quid dicis, ut incredibile [imo credibile] facias multa de seminatione [f. multa disseminatione] famæ? quid deportas ubique sermonem qui verus non est? tu ipse non credis, et Deum postulas, ut te non de hoc discutiat? Noli ergo dicere, sed potius tace, et omnino timore liberaberis.

* Sed nescio unde morbus hic in homines incidit : verbosi namque et susurrone facti sumus, nihil nobis remanet in animo. Audi sapientem quendam monentem, et dicentem : *Audisti verbum, in te moriatur, confide, non te dirumpet;* et iterum, *Audivit verbum stultus,*

(a) Hic conjunctio pro convictio positum videtur.

et parturivit sicut a facie nascentis mulier quæ generat. Parati sumus ad maliloquia, ad condemnationes instructi : ac si nihil aliud mali operaremur, hoc idoneum esset ad perdendos nos, et in gehennam mittendos, et decem millibus malis nos obruere. Et ut integro cognoscas, adverte prophetam dicentem : *Sedebas, inquit, et loquebaris adversus fratrem tuum.* Sed non ego, inquis, sed ille. Imo quidem tu : si enim tu non diceres, alius non audiret : at si posset audire, sed tu illius peccati non esses occasio. Oportet quippe obumbrare et contegere delicta proximorum : tu autem in pompam deducis sub prætextu bonitatis, et non efficeris accusator, sed susurro, et delirus et stultus. Ore vitiato teipsum confundis cum illo, et non sentis. Intuere autem quanta mala ex hoc propagantur : ad indignationem provocas Deum. Nonne advertis Paulum dicentem de viduis et mulieribus ? *Non solum otiosæ discurrunt, inquit, sed et verbosæ, et curiosæ circumeunt domos, et loquentes quæ non oportet.* Proinde et quando credideris eis, quæ dicuntur adversus fratrem tuum, nec sic ea dicere oportet, ne dicam dum [f. dum non] credis. Sed ubique quæ tua sunt inspicias, metuis examinari a Deo ? Metuo ergo, ne etiam pro verbositate discutiaris ; hic enim non potes dicere, Quia non me discutiet Deus pro verbositate : hæc enim res verbositas est. Quid publicasti malum ? quid augmentasti ? hoc enim exterminaturum est nos : propterea dicebat Christus : *Nolite iudicare, ne judicemini.* Sed de hoc nobis nulla ratio est, neque nobis Pharisæi parabola illa imponit moderationem. Et ille veram rem dicebat, *Quia non sum sicut et hic publicanus,* et dicebat nullo audiente, et tamen damnatus est. Si ille verum dicebat, et nullo audiente, et tamen damnatus est : qui falsa dicit, et quæ nec ipse credit, ubique deportat sicut verbosæ mulieres, quid mali non patietur ? quid mali non sustinebit ? Imponamus jam ori nostro ostium atque custodiam. Decem millia enim mala ex verbositate sæpius acciderunt : domus eversæ sunt, amicitia dissipatæ : et alia decem millia pessima contigerunt. Noli scrutari, o homo, causas proximi tui, sed si loquax es, et hoc vitio detineris, loquere quæ tua sunt ad Deum : sic enim non erit vitium illud vitium, sed virtus : loquere quæ tua sunt ad amicos, qui tibi valde amici sunt et iusti, in quos habes confidentiam, ut orent pro peccatis tuis. Si enim alienas causas dicas, nihil tibi proderit, neque aliquid lucraris, quin etiam damnificaberis : si vero quæ tua sunt pronunties, a Domino tuo multam habebis mercedem. *Dixi enim, inquit, pronuntiabo adversum me iniquitatem meam Domino, et tu abstulisti impetatem cordis mei.* Vis iudicare ? quæ tua sunt iudica : nullus te culpabit, si te condemnaveris : culpaberis autem, si non te condemnes ; culpaberis, si non te redarguas ; culpaberis, si non dolueris. Vidisti illum irascentem, considera confestim etiam tu, quæ tua sunt. Et sic neque tu illum valide condemnabis, et teipsum liberabis pondere peccatorum. Si sic nostra vitia moderemur, si sic negotiemur vitam nostram, si condemnemus nosipsos, non peccabimus. Fortassis etiam plurima bona operabimur in mansuetudine ac modestia constituti, et omnibus fruemur quæ promissa sunt diligentibus Deum : quæ contingat nos omnes adipisci gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri, una cum sancto Spiritu, gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXII.

Fide intelligimus perfecta esse sæcula verbo Dei, ut ex non apparentibus visibilia fierent Fide ampliore hostiam Abel quam Cain obtulit Deo, per quam testimonium consequutus est esse justus, testimonium perhibente muneribus ejus Deo : et per illam defunctus adhuc loquitur. Fides forti anima et virili opus habet, et omnia supergrediente sensibilia, et infirmitatem ratiocinationum hominum transeunte. Non enim potest aliter quisquam fidelis fieri, nisi seipsum a consuetudine communi abducat. Quia ergo animæ Hebræorum debiles erant, et a fide quidem initium sumpserant, ex passionibus autem tribulationum pusillanimes efficiebantur, et minus patienter ferebant et concutiebantur, primo eos ex eis ipsis adhortatus est, dicens, *Rememoramini dies pristinos :* deinde ex Scriptura divina dicente, *Justus ex fide vivit :* deinde ex ratiocinationibus dicens, *Fides est sperandarum substantiarum rerum, conjunctio eorum quæ non videntur.* Nunc autem ex progenitoribus incipit loqui, magnis viris et mirabilibus illis, pene dicens : Si illic ubi ante pedes erant bona, omnes fide salvati sunt, multo amplius nos. Cum enim invenerit anima in eisdem passionibus socium, requiescit et respirat. Hoc et in fide, hoc et in tribulatione solet accidere. *Proinde sit in vobis consolatio, inquit, per mutuam fidem.* Valde enim incredulum est genus humanum, et neque de seipso confidens, et timens pro iis, quæ se habere iudicat ; sed multam habet curam gloriæ quæ ex plurimis defertur. Quid ergo Paulus fecit ? Ex patribus eos hortatur, et primo ex communi intellectu. Dic enim mihi, inquit, quia fides accusatur veluti res quæ non possit ostendi, et quæ deceptio magis sit : propterea ostendit, quia maximæ res per fidem, et non per ratiocinationes perfectæ sunt. Et quomodo hoc ostendit, dic mihi ? Manifestum, inquit, est, quia ex non exstantibus quæ sunt Deus effecit, et ex non apparentibus apparentia, et ex non subsistentibus subsistentia. Et unde hoc ? Quia et verbo hæc fecit. Ratiocinatio quidem in hoc nihil nobis suffragatur, sed et contra, veluti ex apparentibus apparentia putet esse facta. Propterea maxime philosophi nihil dicunt ex nullis exstantibus esse, animales exsistentes, et nihil fide percipientes : reprehenduntur autem etiam ipsi ; quando magnum aliquid et validum dixerint, fide dicunt percipiendum, veluti quod Deus sine initio dicitur et ingenuus : ratiocinatio quippe in hoc nobis non suffragatur, sed et contra se habet. Attende

nunc mihi multam vanitatem ipsorum : Deum sine initio dicunt, et ex nullis exstantibus. Multum autem hoc mirabilius est, quam dicere quia ex nullis exstantibus quæ sunt Deus fecit. Nam dicere, sine principio est Deus, quia ingenuus, quia neque a seipso, neque ab alio genitus est, amplius est hæsitabile, quantum ad ratiocinationem attinet, quam dicere, Ex nullis exstantibus Deus fecit quæ sunt. Hic enim multa sunt credibilia : hoc est, quia fecit aliquis, quia initium habuit quod factum est : illic autem, sponte ingenitus, neque initium habuit neque tempus, nonne magis hæc fide indigent, dic mihi? Sed non posuit hoc, quod multo erat amplius, sed et contra. Unde, inquit, habemus quia Deus hæc fecit? ratiocinatio non suffragatur, aliquis quando hæc fiebant non aderat. Unde ergo certum est? Manifestum est? quod fidei res sit. *Fide intelligimus*, inquit, *perfecta sæcula esse verbo Dei* Qua fide? Quia ex non apparentibus facta sunt quæ videntur; hoc autem est fidei. Postquam autem dixit quod commune est, deinde et in personis hoc enucleat. Etenim vir gloriosus mundo æquandus est : hoc autem et postea significavit. Quia ergo in personis centum, vel ducentis hanc causam constituit; deinde videns parvam numeri quantitatem, subjunxit : *Quibus dignus non erat mundus*. Et contemplare quem primum ponit : eum, qui mala passus est, et hoc a fratre. Propria istorum erat hæc passio : *Etenim vos*, inquit, *eadem passi estis a contri- bulibus vestris*. Abel occisus est a fratre nihil injuriato, sed propter Deum invidente; ostendens quia et ipsi invidiam patiebantur. Honorabat ille quidem Deum, et mortuus est pro honore Dei, et necdum resurrectionem adeptus est; sed desiderium quidem ejus manifestum est, et quæ ab illo fieri debebant, facta sunt : quæ vero a Deo donari sperabantur, necdum illi collata sunt. Hostiam in hoc loco dicit honorabiliorem et clariorem et necessariam. Et non possumus dicere, inquit, quia non est suscepta : suscepit quidem Deus, et dixit ad Cain. *Si recte offeras, recte autem non divides*. Ergo Abel et recte obtulit, et recte divisit. Sed pro his quam retributionem accepit? Interemptus est manu fraterna, et condemnationem, quam pater propter peccatum promeruit, hanc ipse primus excepit, rectus existens : et in tantum crudelia passus est, in quantum etiam a fratre, et primus occisus : et tam probabiliter et recte vivens, nullius exemplum habens, quem imitaretur. Ad quem enim attendens imitatus est hic, ut sic honoraret Deum? ad patrem et matrem? sed illi magis injuriaverunt Deum pro tantis beneficiis. Num ad fratrem attendit? etiam ipse injuriavit. Proinde ex seipso hoc bonum invenit. Qui ergo tanto dignus erat honore, quid palitur? Interimitur. Qualiter autem etiam aliud testimonium consequutus est, quod esset justus? Dicitur ignis descendisse et assumpsisse hostias ejus. *In Abel*, inquit, *inspexit, et in hostias ejus*. In Syrorum autem lingua, *Et ignivit*, habet. Cum et in verbis et in operibus ejus testificatus sit de justitia, et cum eum propter se extinctum videret, necdum ei retribuit, sed adhuc sic dimisit.

Nostræ autem res non tales sunt. Quomodo, inquit? qui enim et exempla multa habemus, et hortamenta atque consolationes, decem millia et signa et miracula facta. Proinde illud erat vera fides. Quæ enim miracula ille vidit, ut crederet quia erit a Deo aliquando retributio honorum? nonne ex fide sola habuit hanc virtutem? Quid est, *Et propterea mortuus adhuc loquitur*? Ne in multam eos desperationem adduceret, ostendit eum ex parte perfruitum retributione. Quomodo? Speculatio quippe ejus multa est, *Et adhuc loquitur* : hoc est, interemit quidem eum, sed non cum eo interemit ejus gloriam atque memoriam : non est ille mortuus : ergo nec vos moriemini. Quanto enim quis acerbiora passus fuerit, tanto magis gloria ejus excrescit. Quomodo adhuc loquitur? Hoc enim indicium est quod vivat, quod in ore omnium versatur, quod omnes eum admirantur et beatificant. Qui enim admonet alios ut justii sint, loquitur : non enim tantum proficit sermo, quantum passio illius. Sicut enim cælum tantum apparet loquitur, sic et ille dum in memoriam venit. Numquam enim in tanta esset admiratione, si mille linguas haberet, si viveret, in quanta nunc admiratione est. Hæc gloria non acquiritur sine periculis aut simpliciter, neque periet. *Fide Enoch translatus est, non ut videret mortem*. Fide quam Abel ostendit. Qua ratione? Ac si post illum fuit, sed illa, quæ circa illum provenerunt, idonea erant ad revocandum eum et dehortandum. Quomodo, inquit? Prævidebat Deus, quoniam periturus erat : dixit enim ad Cain, *Peccasti, non adjicias adhuc*. Honoratus quidem est ab eo, sed necdum ei retribuit. Neque hoc eum ad segnitiam adduxit... apud seipsum, quid opus est laboribus et periculis? ecce Abel honoravit Deum, et non ei retribuit? quid ei utilitatis est discedenti? pœnas [f. quod pœnas] a fratre percepit? quid illi ex hoc proderit? Ponamus quia frater acerbam recipiet ultionem : quid ad occisum? Nihil tale apud seipsum dixit, neque cogitavit; sed hæc hujusmodi cuncta pertransiens, intellexit quoniam si est Deus, omnibus modis etiam retributio erit, cum nihil adhuc de resurrectione scirent. Si autem illi qui de resurrectione nihil sciebant, et in hac vita contraria videbant, sic placuerunt Deo : quanto magis nos? Illi enim neque de resurrectione aliquid sciebant, neque exempla quæ intenderent habebant. Et hoc ipsum magis eum placere fecit, quia nihil retributum illi erat. Sciebat enim quoniam mercedis retributor est Deus. Unde hoc? Abel enim retribuit, inquit. Proinde ratiocinatio alia suggerebat; fides autem, contraria his quæ videntur. Et vos igitur, inquit, attendite vobis, et si videtis nihil vos hic recipere, non perturbemini. Quomodo hoc? Fide translatus est Enoch. Ut enim transferretur causa fuit, quod placuerat : ut autem placeret Deo, causa erat fides : nisi enim sciret, quia receptorus esset retributionem, quomodo placeret Deo? *Sine fide enim impossibile est placere Deo*. Quomodo hoc? Credebat enim quia si quis crediderit esse Deum, etiam retributionem habebit. Unde ergo placetur Deo? *Credere*, inquit, *opus est quia est*, non quid est. Si autem quia est, fide, non ratiocinationibus opus habet : ita nec

quid sit ratiocinatione comprehendi potest. Si quia retributio mercedis est, fide opus habet, et non ratiocinationibus: quomodo ea, quæ ad essentiam ejus attinent, ratiocinatione poterunt comprehendi? qualis enim est ratiocinatio quæ poterit ad ista pertingere? quidam enim casu et sponte dicunt omnia, quæ sunt, exstitisse. Vides quia nisi crederemus de omnibus, non tantum retributionem, sed etiam de eo ipso quid sit Deus, labuntur nobis omnia, et non stant? Multi autem quærunt, quo translatus sit Enoch, et quare translatus sit, et quare non fuerit mortuus, neque ipse, neque Helias; et si adhuc vivunt, quomodo vivunt, et in quali habitu. Sed supervacaneum est ista requirere. Quia vero translatus est iste, et quia assumptus est ille, Scripturæ dixerunt; ubi autem sint et quomodo, non addiderunt. Nihil autem amplius, quam quæ necessaria sunt, dicunt. Hoc enim factum est, hoc est, quod de translatione dicitur, ipsis initiis statim, ut anima humana spem acciperet, et quia solveretur mors, et damnaretur diabolica tyrannis: translatus est enim non mortuus, sed ut non videret mortem. Propterea addidit, Vivus translatus est, quia placuit Deo. Sicut enim pater quisquam comminatus filio, volens confestim quando comminatus est, remissioem facere comminationem: sic et Deus sustinet ac patienter tolerat, ut interim illum corrigat, et moneat, permittens firmam permanere comminationem. Sic et Deus, ut pene dicam humano more, non sustinuit, sed continuo ostendit quia soluta est mors. Et primum permittit fieri mortem, terrere volens per filium patrem. Volens quippe ostendere, quia revera permanet firma sententia, non malos statim, sed etiam eum qui placuerat subjecit supplicio, beatum illum Abel dico, et pene post illum confestim transtulit Enoch, et non resuscitavit illum, ne præsumerent, nec confidentes efficerentur, sed transtulit illum vivum; per Abel quidem perterrens, per istum autem excitaus ad æmulationem placendi sibi. Proinde qui casu regi ac ferri cuncta dicunt, et non sperant retributionem, non placent Deo, sicuti pagani. Inquirentibus namque opera bona, et per intellectum mercedis retributor efficitur.

Quia ergo habemus mercedis retributorem, sic cuncta geramus, ut non privemur mercedibus, quæ virtuti sunt constitutæ. Etenim multis lacrymis est dignum, ut talis vicissitudo despiciatur, talis retributio contemnatur. Sicut enim eum inquirentibus mercedis retributor efficitur: ita etiam non inquirentibus Deum e contra eveniet: *Quærite, inquit, et invenietis.* Quomodo autem Dominus potest inveniri? Intellige quomodo invenitur aurum, cum multo labore. *Manibus meis quæsi, inquit, nocte in conspectu ejus, et non sum fraudatus.* Hoc est, sicut quærimus quod perierat, sic Deum requiramus. Nonne cum aliquid perdiderimus, mentem nostram illuc convertimus? nonne omnes examinamus? nonne, si opus fuerit per itinera longa pergere, vadimus? nonne pecunias promittimus? Verbi gratia, pone filium nobis perisse, quid non agimus? quam terram, quod mare non pererramus? nonne et pecunias erogamus, et cuncta postremo facimus ut illum inveniamus? At si invenerimus, confinemus, constringimus, amplexamur, non dereinquimus. Et inquisituri omnia negotiamur, ut inveniamus quod quærimus, et invenientes plurimum gaudemus: quanto magis ergo in inveniendo Deo hoc facere convenit? sicut cum aliquid necessariorum requirimus, magis autem nec sic, sed multo amplius. Verumtamen quia infirmi sumus, saltem sicut pecunias tuas inquiris vel filium, ita require Deum. Pro hoc in itinera prolixa non commees? Rogo, num aliquando pro hac causa aliqua itinera perrexisti? Nempe pro pecuniis cuncta curiose perquiris, nempe cum eas inveneris, tunc confidens ac præsumptior efficeris. *Quærite, inquit, et invenietis.* Quæ quæruntur enim, multa cura opus habent, maxime in causa Dei: multa quippe sunt impediencia, multa prohibentia, multa obumbrantia intellectum nostrum. Sicut enim sol est quidem clarus, et in medium cunctis propositus, et non opus habemus cum quærere: si vero nosmetipsos in inferioribus obumbramus, ac si ubique nos circumversemus, multo labore opus habebimus, ut solem videre possimus: sic et in hac causa, si in profundo cupiditatum malarum, si in tenebris passionum, et sæcularibus rebus obruamus nosmetipsos, vix poterimus oculos aperire, vix respicimus, vix intuemur. Qui in inferioribus obrutus fuerit, quanto ad superiora quisquis intendit, tanto appropinquat ad solem. Excutiamus igitur pulverem, dirumpamus superjacentem et imprimentem nos nebulam: densa quidem est et arcta, et non nos permittit inspicere. Et quomodo dirumpitur, inquis, hæc nubes? Si ad nos attrahamus radios solis justitiæ. *Elevatio, inquit, manuum mearum sacrificium vespertinum.* Cum manibus etiam mentem elevemus. Scitis qui imbuti estis, quidnam arbitrator, quod agnoscat quod dicitur, et videtis quid significavi. Elevemus in altum mentem nostram. Novi plures viros ego, pene pendentes ex terra supra modum, et manus extendentes, et exanimatos, quia non possunt in aerem suspendi, et cum tanta alacritate orantes. Ita et vos esse desidero semper; et si non semper, saltem sæpius; si non sæpius vel plerumque, vel in matutinis, vel in vespertinis. Dic enim mihi, extendere manus non potes? extendere voluntatem: quantum vis istam extende: si vis usque ad ipsum cælum, si vis usque ad verticem perlingere, ac si adhuc desuper volueris intendere. licet tibi: omni namque penna altior et sublimior mens nostra est. Cum autem et a sancto Spiritu acceperit gratiam, et [*f. hei*] quantum efficitur velox et pernix, quomodo cuncta circuit; quomodo non fertur deorsum, neque ad solum decidit! Has nobis pennas preparemus; per istas et pelagus pervolare poterimus, et fluctuationes hujus vitæ evadere. Avium celerrimæ et montes et colles et maria et scopulos in parvo momento temporis sine ullo impedimento transvolant. Talis est etiam mens, cum pennas acceperit, cum a sæcularibus abscesserit, nihil eam apprehendere poterit, omnibus erit eminentior jaculis ignitis diaboli. Non est

ita perfectus sagittator diabolus, ut possit ad illam altitudinem pertingere, sed dimittit quidem jacula, est enim impudens; non autem attingit, sed revertitur ad cum inane jaculum, et non solum inane, verum etiam in ejus caput revertitur: oportet quippe ut jaculum, quod ab eo emittitur omnibus percutiat modis. Sicut enim ab hominibus jaculum emissum aut illum, adversus quem emittitur, percutit, aut avem fortassis, aut vestimentum, aut lignum, aut aerem ipsum secat: sic etiam diaboli jaculum oportet quidem omnibus modis percutere; et si illum ad quem dirigitur non percusserit, omnibus modis percutit dirigentem. Et licet hoc ex multis agnoscere, quia quando nos non fuerimus percussi, omnibus modis ille percutitur. Ut puta veluti quid dico, insidiatus est Job; non eum vulneravit, sed vulneratus est ipse: insidiatus est Paulo; non vulneravit illum, sed vulneratus est ipse. Ubique sic est, si evigilemus, si respiscamus ad videndum quod fit: quando quidem percusserit, percutietur, et multo amplius tunc. Convertamus igitur in illum gladios, et scuto fidei nosmetipsos armantes atque munientes, cum cautela observemus ne captivi efficiamur. Jaculum autem diaboli est cupiditas mala: maxime iracundia ignis est, flamma est, corripit, consumit, comburit. Nos autem longanimitate et sustinentia eam extinguimus. Sicut enim ferrum ignitum cum in aqua tingitur, amittit ignem: sic iracundus in longanimitate incurrens nihil eum lædit, sed etiam juvat, sed etiam ipse retinetur amplius. Nihil enim longanimitati simile est: numquam injuriatur hujusmodi homo, sed sicut adamantina corpora non vulnerantur, sic etiam animæ tales; superiores quippe jaculis inveniuntur. Eminentior namque est, et tantum eminentior longanimis, ut non percipiat vulnerantes. Cum ille exacerbatur, ride: ridere autem noli palam, ne illum excites amplius, sed ride apud te ipsum tui gratia. Etenim pueri cum nos percusserint cum indignatione, tamquam ulciscentes se ipsos, ridemus. Si igitur rideas, tantum erit inter te et illum, quantum inter puerum et virum: si autem et tu exacerbaris, factus es puer. Et revera, stultiore sunt pueris qui irascuntur: si enim attendat aliquis ad puerum exacerbatum, nonne irridet? *Puillantimis*, inquit, *sortis insensatus*. Qui igitur insensatus est, parvulus est. *Et longanimis*, inquit, *multus in sapientia*. Hanc igitur multam sapientiam consequamur, ut adispiscamur bona, quæ promissa sunt nobis, in Christo Jesu Domino nostro cum quo Patri una cum sancto Spiritu gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXIII.

Fide Noe, oraculo accepto de his quæ adhuc non videbantur, metuens construxit arcam ad salutem domus suæ, per quam damnavit mundum: et justitiæ quæ per fidem est, factus est heres. Fide, inquit, *Noe oraculo accepto*, sicut et Filius Dei de adventu suo loquens dicebat: *In diebus Noe nubebant, et nuptum dabant*. Idcirco etiam Apostolus ex familiari exemplo eos rememoravit. Exemplum enim Enoch fidei tantum fuit, exemplum autem hoc Noe et infidelitatis. Hæc est perfecta consolatio et exhortatio, quando non solum qui crediderunt inveniuntur approbati esse, sed etiam infideles contraria passi. Quid ergo inquit? *Fide Noe oraculo accepto*. Quid est, *Oraculo accepto*? Hoc est, prædictum est ei. Oraculum autem pro qua causa dicitur? Etenim alibi dixit, *Oraculum illi datum erat a Spiritu*; et iterum, *Et quid dixit oraculum divinum*? Contemplaris æqualitatem honoris in Spiritu sancto? sicut enim Deus dat oracula, sic etiam Spiritus sanctus. Quare autem sic dixit? Prophetia enim dicitur oraculum. *De his quæ adhuc non videbantur*, inquit: hoc est, de imbris: *timens construxit sibi arcam*. Ratiocinatio quippe nihil in hac causa suggestit: nubebant, inquit, et nuptum dabant; aer mundus et serenus, signa nulla erant; verumtamen timuit ille. *Fide*, inquit, *Noe, oraculo accepto de his quæ adhuc nobis debebantur* [i. non videb.], *timens construxit arcam ad salutem domus suæ, per quam damnavit mundum*. Quomodo? Ostendit enim eos dignos hoc supplicio qui neque per illam constructionem corripiebantur. *Et justitiæ, quæ per fidem est, factus est heres*. Ex hoc enim apparuit justus, ex eo quod credidit Deo: hoc enim animæ est quæ se germane habet ad Deum, et verbis illius nihil fidelius judicat: sicut etiam infidelitas contra se habet. Fides autem certum est quia justitiam operatur. Sicut enim oraculum nos accepimus de gehenna, sic et ille. Tametsi irridebatur, tametsi exprobrabatur, sed tamen ad nihil tale attendit. *Fide qui vocabatur Abraham obedivit Deo ut exiret in locum, quem accepturus erat in hereditatem; et exiit nesciens quo iret. Fide demoratus est in terra repromissionis, tamquam in aliena, in tabernaculis habitando cum Isaac et Jacob coheredibus repromissionis ejusdem*. Quem enim vidit, dic mihi, ut æmulareretur? nam patrem paganum habuit et idololatram, prophetas non audierat, neque sciebat quo pergebat. Quoniam enim istos intuebantur qui crediderant ex Hebræis veluti decem millia [i. millibus] bonis potitos: ostendit quoniam nullus adhuc aliquid recepit, omnes sunt sine præmio, nullus adhuc vicissitudines accepit. A patria sua ille et a domo excidit, et egressus est nesciens quo iret. Et quid mirum, si ipse ita, cum etiam semen ejus sic habitaret? Videns ergo redargui repromissionem*** dictum enim erat, *Tibi dabo terram hanc et semini tuo*. Vidit filium ibi ut peregrinum habitantem: nepos item ejus vidit semetipsum in aliena terra peregrinantem, et nihil turbatus est. Et circa Abraham fortassis merito sic actum est, utpote quod postea ad effectum repromissio esset perducenda: in prole autem ejus satis erat mirum, quamquam etiam ad ipsum dictum esset, quia *Tibi dabo et semini tuo*: non, Per

semen tibi, sed, *Tibi et semini tuo*: et tamen neque ipse, neque Isaac, neque Jacob potiti sunt hoc promisso. Ille quidem servivit mercenaria servitute, hic autem exagilabatur, iste vero pene exciderat timens: et alias quidem interemit hostes in bello, alias autem, nisi Dei adesset præsidium, fortassis etiam periisset. Propterea dixit: *Quia cum coheredibus repositionis ejusdem*. Non ipse solus, inquit, sed etiam heredes. *Secundum fidem mortui sunt*, inquit, *hi omnes, non reportantes repromissiones*. Duo quædam hic dignum est quærere, quomodo cum supra dixisset, *Translatus est Enoch, et non inventebatur, ne videret mortem*. hic dicit, *Secundum fidem mortui sunt hi omnes*. Et iterum cum dixisset supra, *Non reportantes repromissiones*, dicit Noe recepisse mercedem ad salutem domus suæ, et Enoch translatus esse, et Abel adhuc loqui, et Abraham accepisse terram: et dixit, *Secundum fidem mortui sunt hi omnes, non reportantes repromissionem*. Quid ergo est? Necessarium itaque videtur, primum primo solvere, deinde secundum. *Juxta fidem*, inquit, *mortui sunt hi omnes*. Hoc in loco omnes dicit, non quia omnes mortui sunt, sed quia præter illum solum hi omnes mortui sunt, quos scimus mortuos fuisse. Quod autem dixit, *Non reportantes repromissiones*, verum est: non enim hæc promissio erat Noe.

Isaac enim et Jacob fortassis, inquit, acceperunt repromissionis terram; Noe vero et Abel et Enoch quid retributionis acceperunt? Aut igitur de tribus istis dixit, aut si etiam de illis. non erat repromissio, ut in admiratione esset Abel, ut transferretur Enoch, aut salvaretur Noe: et [f. sed et] hæc quidem illis propter virtutem provenerunt, libamina vero quædam erant et primæ degustationes futurorum. Deus enim ex initio sciens genus humanum multa humilitate et descensione opus habens, non solum quæ futura sunt nobis largitur, sed etiam quæ hujus vitæ sunt nobis præstat: sicut et discipulis suis dicebat: *Qui dimiserit domos, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, centuplum accipiet, et vitam æternam hereditabit*: et iterum: *Quærite primum regnum Dei, et hæc omnia adjicientur vobis*. Intueris quia hæc adjectionis et additamenti loco ab eo dantur, ut non defatigemur. Sicut enim athletæ perfruuntur quidem omni curatione, et eo tempore quando sunt in certamine constituti; sed non omni quiete nec plena remissione perfruuntur, sub legibus viventes, sed postea omni plenaque fruuntur: sic et Deus non ita præstat, ut omnem hic quietem percipiamus; tribuit quidem etiam hic. *De longe*, inquit, *eas videntes, et salutantes*. In hoc loco quiddam mysticum significat, quoniam omnia antecesserunt quæ illic de futuris dicta sunt, de resurrectione, de regno cælorum, de aliis, quæ veniens Christus prædicavit: repromissiones enim has qui [f. quidem] dicit. Aut ergo hoc dicit, aut certe quia non quidem eas acceperunt, sed confidentes pro eis hinc discesserunt: confidebant enim sola fide. *De longe eas videntes*, ante quatuor generationes: post tantas quippe generationes reversi sunt de Ægypto. *Et salutantes*, inquit, *et gaudentes*. Ita confidebant de illis, ut etiam salutarent eas. Ex metaphora navigantium hoc dixit, qui a longe prospiciunt civitates desideratas, quas antequam ingrediantur, salutatione præveniunt et eas sibi familiares efficiunt. *Expectabant enim fundamenta habentem civitatem, cujus artifex et opifex Deus est*. Contemplare quia hac re acceperunt repromissiones, hoc est, expectando atque confidendo quod acciperent. Si igitur confidere accipere est, possumus sic accipere. Isti enim etsi nihil potiti sunt horum, tamen desiderio intuebantur ea. Quare hoc fiebat? Ut nos erubescamus, quia illi quidem repromissionibus in terra factis non attendebant, sed futuram civitatem requirebant: nobis autem sursum atque deorsum Deus de superna loquitur civitate, nos tamen terrenam quærimus. Dixit eis, *Quia dabo vobis præsentia*: quoniam videbat eos: magis autem quia ostenderunt ei seipsum majoribus esse dignos, non eos permisit hæc accipere, sed illa majora eis tribuit: nobis volens ostendere, quia majoribus digni sunt, nolentes alligari ad ista terrena: sicuti quispiam puerulo sapienti promittat puerilia, non ut accipiat, sed ut ostendat ejus philosophiam, dum ille majora postulat. Hoc enim est ostendentis quia cum tanto studio abducebant animos suos a terra, quia neque quæ dabantur accipiebant. Etenim propterea nepotes eorum accipiunt: illi quippe erant terra digni. Quid est, *Civitatem fundamenta habentem?* isti enim non erant fundamenta? Qui [f. Quia] ad comparisonem illorum non sunt. *Cujus artifex et opifex Deus est*. O qualis laus illius civitatis! *Fide*, inquit, *et ipsa Sara sterilis*. In hoc loco verecundiam eius excitans dicit, siquidem super mulierem pusillanimes apparuerunt. Sed fortassis dicat aliquis, Quomodo fide, quæ risit? Risus quidem est ex infidelitate, timor autem ex fide: quod enim dixit, *Non risi*, ex fide factum est. Proinde evacuata infidelitate introducta est fides. *Fide*, inquit, *et ipsa Sara virtutem ad suscipiendum ac retinendum semen suscepit*. Virtutem accepit quæ jam mortificata erat et sterilis. Duplex enim erat præclusio, una ex tempore; senuerat quippe jam: alia vero ex natura sterilis etenim erat. *Idcirco etiam ex uno geniti sunt omnes, sicut stellæ cæli et sicut arena quæ est ad oram maris*. *Idcirco ergo*, inquit, *ex uno geniti sunt omnes*: non hoc solum volens significare quia genuit, sed etiam quia tantorum mater effecta est, quantorum neque fecundæ. *Sicut stellæ, inquit, cæli*. Quomodo ergo sæpius eos enumerat, cum dixerit: Quemadmodum non numerantur stellæ cæli, sic neque semen vestrum. Aut igitur hyperbolice dixit, aut certe omnes significavit, qui semper ex illa origine procreantur. Unius autem domus progenitores numerare facile est: Ille illius pater aut filius, et ille illius ...

Si in hac vita tales repromissiones Dei sic facile implentur, si quæ in additionis loco promisit ita mirabilia sunt et gloriosa, et ita magnifica: qualia erunt illa, quorum ista additamenta sunt, quibus hæc ex abundantia dantur ad cumulum? Quid igitur aut adipiscentibus beatius, aut non adipiscentibus infelicius? Si enim patria quis expulsus, ab hominibus mi-

serabilis iudicatur; et quisquis hereditatem amiserit, videtur omnibus esse dolendus: qui cælo privatur, qui illis repositis bonis, quantis lacrymis iste plangendus est? magis autem [l. neque plang.] plangendus: plangitur enim quisquam cum passus fuerit aliquid, cuius ipse causa non est; cum autem ex propria voluntate senetipsum quisquam infligit iniquitati, neque lacrymis dignus, sed lamentationibus, magis autem luctu. Nam et Dominus noster Jesus Christus Jerosolymam, licet impie agentem, luxit et lacrymatu est. Revera decem millibus lacrymis digni sumus, decem millibus lamentationibus. Si omnis habitatio terræ extollat vocem suam, et lapides, et ligna, et arbores, et bestiae, et volatilia, et pisces, et ut simul dicam, totus mundus si vocem extollat ad lamentandum nos, qui ab illis bonis excidimus, nihil dignum lamentabuntur. Qualis enim sermo exprimere poterit, qualis mens illam beatitudinem illamque virtutem, illam delectationem, illam gloriam, illam jucunditatem, illam claritatem? *Quæ oculus, inquit, non vidit, nec auris audivit, et in cor hominis non ascendit.* Non dixit quia transcendit cor hominis, sed quia neque intellexit quisquam aliquando, quæ præparavit Deus diligentibus se. Quorum bonorum præparator et opifex Deus est, qualia esse possunt? Si enim faciens nos, statim adhuc nobis nihil agentibus tanta bona largitus est, paradisum, confabulationem suam, immortalitatem, promisit vitam beatam et a curis liberam: eis qui tanta fecerint et qui certaverint et qui pro eo sustinuerint, quid non præstaturus est? Unigenito Filio suo non pepercit, propter nos Filium suum proprium in mortem tradidit, propter nos inimicos dum inimici essemus: quibus rebus non nos dignabitur, si amici fuerimus effecti? quid nobis non tribuet? Est enim dives, et infinitus, et desiderat et festinat nostram amicitiam habere, nos autem non festinamus: et quid dico, non festinamus? neque volumus adipisci ejus bona, sicut ille vult, et amplius vult: nam ex iis quæ fecit ostendit. Nos enim pro nobisipsis vix paucos contemnimus aureos: ipse autem pro nobis etiam Filium suum tradidit. Utamur igitur ad commodum nostrum caritate Dei, fruamur ejus amicitia. *Vos enim, inquit, amici mei estis, si feceritis quæ dico vobis.* O inenarrabilis misericordia! inimicos et infinito intervallo ab eo distantes, a quibus incomparabili eminentia in omnibus differebat, hos amicos et facit et vocat amicos. Quid igitur pati non debemus? quid non libenter tolerare pro hac amicitia? Pro amicitia etenim hominum sæpe periclitamur, pro Dei amicitia nec pecunias patienter amittimus. Luctu vero dignæ res nostræ sunt, luctu et lacrymis et lamentationibus et ululationibus magnis. Humiliati sumus de sublimitate nostra, indigni honore Dei claruimus, ingrati tanto beneficio facti sumus et sine gratia, nudavit nos omnibus bonis diabolus: qui dignitatem filiorum acceperamus, qui fratres, qui heredes eramus, ab inimicis ejus nihil differimus injuriantibus eum. Quod nobis erit solatium de cætero? Ipse nos vocavit ad cælum, nos autem nosipsos in gehennam impulimus. Mendacium et adulterium et furtum diffusa sunt super terram: alii quidem sanguinem super sanguinem fundunt, alii causas agunt sanguine peiores. Plurimi vero eorum qui injuriantur, plurimi eorum quorum res auferuntur, decem millia mortes imprecantur, quam illa pati; et si non timore Dei revocarentur, seipsos interimerent. Hæc igitur non sanguine pejora sunt? *Heu mihi anima, quoniam perit justus de terra, et rectum agens in hominibus non est.* Nunc etiam nos clamemus de nobisipsis primum. Sed mihi consociamini ad luctum. Fortassis enim quidam augurantur et irrident. Propterea oportet magis extendere luctum, quia ita insanimus et dementes facti sumus; et ne que quia ita insanimus, agnoscimus, sed in quibus oportebat gemere, ridemus. *Revelabitur, o homo, ira Dei de cælo super omnem impietatem et iniquitatem. Omnibus Deus manifestus veniet, et ignis ante ipsum præcedet, et circa eum tempestas valida. Ignis in conspectu ejus consumet et conflagrabit inimicos in gyrum. Dies Domini veniet, ut cilibanus ardens. Et nemo hæc in mentem suam mittit, sed veluti fabulas contemnimus hæc terribilia et metuenda decreta.* Nullus audiens obstupescit vel congelascit, omnes irrisores et illusores facti sunt. Quis nobis crit aditus, unde salutem reperiemus? Perivimus, consumpti sumus, facti sumus irrisio inimicorum nostrorum, et illusio paganorum, simul et dæmoniorum.

Quantum exsultat nunc et diabolus, et gestiens lætatur: angeli vero quibus commisi sumus, in confusione sunt. Omnes in proclivo sumus, nullus convertitur, superfluo cuncta nobis expensa sunt, nos quoque videmur vobis delirare. Opportunum est etiam nunc advocare cælum, quoniam nullus est audiens, testificari elementa: *Audi, cælum, et auribus percipe, terra, quia loquutus est Dominus.* Date manum, porrigite qui necdum dimersi estis cum iis qui in ebrietate iniquitatis perierunt, vos qui sani estis laborantibus, qui sobrii estis furentibus et bacchantibus. Nemo, obsecro, gratiam salutis amicorum præponat: et injuria et increpatio ad unum tantum attendat, hoc est, ad utilitatem proximi. Cum febris occupaverit quemquam, etiam servi dominantur dominis. Cum enim ille incenditur, anima ejus confunditur. Adstat ergo ordo servorum, nulli obsequuntur, neque cognoscunt jura domini ad læsionem domini. Convertant vos igitur, obsecro, bella quotidiana, dimersiones, perdiciones decem millia circumcirca: undique ira Dei nos circumsepsit. Nos vero veluti complacentes Deo, summa cum confidentia manus ad avaritiam præparamus; nemo ad juvandum: omnes ad rapinam, nullus ad patrocinandum: unusquisque festinat quomodo substantiam suam faciat ampliorem; nullus quemadmodum adjuvet indigentem: unusquisque quomodo addat pecuniis suis excogitat, et multam habet sollicitudinem; nullus qualiter animam suam salvet: timor continuit omnes, ne ad pauperiem redigantur; ut autem non incidamus in gehennam, nullus laborat, nullus tremit. Hæc luctibus digna sunt, hæc accusatione, hæc incusatione. Non hæc dicerem, sed dolore compellor. Ignoscite, nimio luctu

compellor : multa etiam quæ nolo, cogor ore proferre : sævissimam intueor plagam, et sine remedio video cladem consolatione vel exhortatione superiorem : majora mala sunt, quæ nos occupaverunt : perivimus. *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum, ut luceam?* Ploremus igitur, dilectissimi, ploremus et ingemiscamus. Fortassis enim sunt hic modo aliqui dicentes, Semper iste nobis luctum nominat, semper lamentationes, semper lacrymas. Credite mihi, nollem quidem hæc, sed prædicationes vestras et laudes percurrere; nunc autem tempus hæc expetit. Non lamentari, dilectissimi, nialum est, sed lamentationibus digna facere; non deploratio evitanda est, sed deploratione digna facere : non tradaris suppliciis, et non lugeo; non moriaris, et non deploro. Si enim corpus jaceat mortuum, omnes conrogas, ut congregentur, et sine compassione reputas qui forte non luxerint : anima vero perit, et dicis, Non luceas? Sed non valeo pater esse, et non lacrymari : pater sum affectu circa vos et amore conlectus. Audite qualia clamat Paulus : *Filioli mei, quos iterum parturio*. Veluti mater parturiens, ita amaras voces emittit : sicut enim illa, et ego. Atque utinam possibile esset ipsum experimentum mentis vobis innotescere, ut agnosceretis quia ab omni muliere et puella vidua immature viduata amplius ardeo. Non sic illa virum suum luget, neque pater filium, sicut ego populum istum nostrum. Nullum video profectum, omnia in crimina et accusationes conversa sunt : nullus propositum habet placere Deo; sed illum, inquit, et illum male loquamur; ille indignus est clero, ille turpiter vivit. Qui debebamus mala nostra lugere, alios judicamus : at si mundi essemus a peccatis, non deberemus hoc facere. *Quis enim te discernit?* inquit, *quid enim habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti?* Tu autem quid judicas fratrem tuum, malis decem millibus cumulatus? Cum dixeris, Ille malignus est et prodigus et pessimus, intellige teipsum et examina cum diligentia quæ tua sunt, et pœniteat te de dictis tuis. Non enim est omnino, non est ad virtutem ulla talis exhortatio, qualis peccatorum recordatio. Si hæc duo in mente nostra versemus, poterimus adipisci bona quæ promissa sunt, poterimus mundari et dilui : tantum constituamus in mentem, dilectissimi, sollicitudinem hujus rei habendam esse : doleamus hic animo, ne doleamus illic supplicio, sed potius ut fruamur sempiternis bonis, ubi nullus erit dolor, nulla tristitia, nullus gemitus, ut percipiamus illa bona, quæ excedunt humanam mentem, in Christo Jesu Domino nostro, quoniam ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXIV.

*Juxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientes et salutantes, et confitentes quia peregrini sunt et hospites in terra. Talia enim dicentes significabant quoniam quærebant patriam. Et siquidem illius meminissent de qua exierunt, habebant utique tempus revertendi : nunc autem meliorem appetunt, id est cælestem. Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum : paravit enim illis civitatem. Prima virtus est, et tota virtus, peregrinum esse mundi hujus et hospitem, et nihil commune habere cum rebus hujus sæculi, sed removeri ab eis sicut peregrinum, sicut etiam illi beati de quibus dicit: *Circumibunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, tribulati, afflicti quibus dignus non erat mundus*. Illi enim peregrinos seipso esse dicebant. Paulus autem aliquid amplius dixit : non peregrinum seipsum dixit, sed mortuum mundo, et mundum sibi : *Mihi, inquit, mundus crucifixus est, et ego mundo*. Nos vero sicut hujus mundi cives viventes, ita cuncta in hac vita negotiamur : et quod erant isti mundo, hoc est, peregrini et mortui, hoc sumus nos cælo; quod autem erant illi cælo, hoc est viventes et cives, hoc sumus nos mundo. Propterea mortui sumus, quia vitam quæ vere vita est abnegavimus, et istam temporalem elegimus : propterea irritamus Deum, quia propositum nobis cælesti fructu et gaudio, nos terrenis inhiamus, et a terrenis nolumus abscindi; sed veluti vermes quidam ex terra in terram, et iterum ex ipsa in ipsam convertuntur : sic et nos penitus, nec modicum respicere volumus, nec auferre nos a causis hominum; sed veluti quadam satietate et ebrietate demersi ac percussi, obstupemus imaginantes : et sicut qui gravi et dulci somno detinentur, non solum nocte, sed etiam ipsa luce veniente, et claro die facto jacent in lecto, et non erubescunt voluptati suæ indulgentes, et tempus operationis et festinationis, tempus somni et segnitiei facientes : sic etiam nos die appropinquante, nocte discedente, magis autem die exstante. *Operamini, inquit, donec dies est*. Die ergo exstante, cuncta quæ noctis sunt operamur, dormientes, somnia vident, s, imaginationis [*f. nibus*] delicias, et clausis oculis mentis et corporis insanimus, aliena loquimur; ac si nos quisquam alto confodiat vulnere, neque sic sentimus, ac si omnem nobis diripiat quisquam substantiam, ac si ipsam nobis incendat domum : magis autem non expectamus alios qui hoc faciant, sed nosipsi hoc facimus, stimulantes nosmetipsos per singulos dies, et percutientes, turpiter jacentes, et nudati omni gloria, omni honore; et opera nostra turpia neque nos celamus, neque alios ut ea obcelent postulamus. sed in media turpitudine transeuntibus et videntibus propositi sumus ad risum et crimen. An putatis, quia et ipsi maligni non irrident similes morum suorum [*f. culpant eos*] et culpantes? Ostendit quippe nobis Deus, et iniecit judicium inviolabile, quod numquam corrumpi valeat, si ad fundum iniquitatis veniamus. Idcirco et si maligni sunt, condemnant seipso; et si eos aliquis vocet hoc ipsum quod sunt, erubescunt, indignantur, injuriam putant : tametsi non operibus, sed verbis condemnant. quæ agunt in conscientia sua, magis autem et ipsis operibus. Cum enim latent et*

abscōse faciunt, magnum iudicium proferunt sententiæ suæ, quam de illa re habeant. Sic enim manifesta est malitia, et omnes accusatores ejus exstant, etiam ii qui eam aggredduntur, et in ea versantur. Talis autem est virtus, ut ea apud illos, qui eam non sectantur, in admiratione sit. Etenim fornicator laudat pudicum, et avarus accusat iniquitatem, et fracundus admiratur patientiam et culpam pusillanimitatem, et luxuriosus luxuriam. Quomodo ergo ista gerit delicta aliquis? Non quia bonum iudicat esse, sed ex negligentia multa: alias non erubesceret, non se commisisse negaret, cum accusatur ab alio. Plurimi autem præoccupati confusionem non ferentes, laqueo se suspenderunt. Tantum nobis inest boni honestique testimonium, sicut honesta clariora sunt etiam sole, et contraria eorum deformia.

Peregrini, inquit, et hospites erant sancti. Qualiter et quali modo? ubi autem constitetur Abraham, quod peregrinus et hospes sit? Fortassis enim etiam ipsum hoc confessum esse reperiemus; confessus est tamen David: *Quia peregrinus sum*, inquit, *sicut et omnes patres mei*, qui in tabernaculis habitabant, qui sepulcra pecuniis comparabant: certum quoniam peregrini erant, ut etiam nec ubi sepelirent suos haberent. Quid ergo est? num illius terræ, quæ in Palæstina est, dicebant se peregrinos esse? Nequaquam, sed totius mundi; et merito: nihil quippe conspiciabant in eo eorum quæ volebant, sed omnia peregrina et aliena. Ipsi quidem virtutem colere desiderabant, in hoc autem mundo erat iniquitas multa, et peregrina eis erant omnia: nullum amicū, nullum familiarem habebant præter paucos. Quomodo, inquit, peregrini erant? Non erat diligentia eorum circa ea quæ hujus mundi sunt: et hoc non verbis solum, sed etiam rebus ipsis et operibus demonstrabant. Quomodo? Dixit Deus Abraham, *Dimitte patriam, quæ putabatur esse patria, et veni ad aliam terram: et non est retentus amore propriorum, sed sicut peregrinus egressus de aliena terra, sic sine aliqua compassione illam patriam dereliquit. Dixit ei, Offer mihi filium tuum: et veluti non habens filium, sic eum obtulit: tamquam si non haberet humanam naturam, sic eum obtulit. Pecunias cum transeuntibus communiter possidebat, pro nihilo eas existimabat: primatum aliis cedebat, in pericula seipsum dabat, decem millia mala patiebatur: non domos construebat claras, non deliciabatur, nec circa vestimenta diligens erat, quæ omnia in hac vita esse solent; sed cuncta, quæ ad supernam pertinent civitatem, gerebat: hospitalitatem demonstrabat, fraternam dilectionem, elemosynas, patientiam, contemptum pecuniarum, contemptum præsentis gloriæ et cæterorum omnium, quæ in hoc mundo sunt. Filius etiam ejus talis erat: exagitabatur, persecutiones patiebatur, debellabatur, et cedebat et obsequabatur, ut in peregrinis constitutus. Peregrini quippe quæcumque patiuntur tolerant, utpote qui in patria non sunt. Et uxore ablata, et hoc toleravit, utpote in peregrinis. Omnia vero, quæ gerebat, ad supernam patriam pertinebant, pudicitiam, honestatem demonstrans. Etenim postquam desponsavit, non est conversatus cum illa muliere, sed transeunte vigore juventutis, tunc eam accepit: ostendens quoniam non libidinis causa hoc fecit, sed ministrans et deserviens promissioni divinæ. Quid autem Jacob? nonne panem tantum quærebat et vestimentum, quæ pertinent ad peregrinos, qui in paupertatem deveniunt multam? nonne persecutionem patiens discessit, sicut peregrinus? nonne mercenarius erat? nonne decem millia ubique patiebatur mala, sicut peregrini? Hæc autem, inquit, dicebant patriam quærentes. O quanta differentia! illi quidem parturientem per singulos dies, liberari volentes de hac vita et ad suam patriam remeare: nos autem contra tacimus: si febris accedat, omnia relinquimus, sicut pueruli planctuosi mortem timemus. Et merito hoc patimur: quasi peregrini conversamur in hac vita, et non veluti qui festinant ad patriam, sed veluti ad pœnas ituri. Propterea dolemus et timemus, quoniam istis rebus non sumus usi sicut oportet, sed pervertimus ordinem: propterea lamentamur, quando magis gaudere nos oportebat: idcirco pertimescimus veluti homicidæ quidam et duces latronum, cum perducendi sunt ad tribunal, et omnia mala considerantes quæ gesserunt, et propterea timent et tremunt. Illi vero patres non erant tales, sed festinabant: Paulus autem et congemiscebat: *Nos ipsi*, inquit, *in hoc mundo congemiscimus gravati*. Tales erant Abraham, et illi alii: peregrini quippe erant in hoc mundo universo, et patriam quærebant. Quamnam istam vel qualem? num illam, quam reliquerant? Nequaquam: quid enim illos prohibebat, si vellent iterum reverti, et effici cives? sed illam quærebant quæ in cælis est, et sic festinabant, ut hinc discederent: sic placuerunt Deo. Unde non erubescit Deus vocari Deus eorum. O quanta dignitas, ut dignaretur vocari Deus eorum. Quid dicis? Deus terræ vocatur, et Deus cæli, et veluti magnum aliquid posuit quod dixit: Non confunditur Deus vocari Deus eorum. Magnum est hoc, et revera magnum, et multæ beatitudinis indicium. Quomodo? Quia terræ quidem et cæli vocatur Deus, sicut vocatur et paganorum Deus, quia ipse condidit et construxit omnia: sanctorum vero illorum non sic dicitur Deus, sed sicut amicus aliquis germanus. Sub exemplo vobis hoc, quod dico, clarum faciam. Verbi gratia: tamquam in magnis domibus, cum aliqui probabiles fuerint eorum qui in domo primi sunt, et admodum fuerint approbati, et omnia ipsis credita fuerint, et multam circa dominos suos fiduciam habuerint, tamen [f. tum] dominus eorum dicitur: et multos quis inveniet ita vocatos. Quid autem dico? sicut enim dici potest Deus, non gentium solum, sed totius mundi: ita posset dici Deus Abraham. Sed nescitis quanta est ista dignitas, quia neque adipiscimur illam. Sicut enim nunc Dominus Deus Christianorum dicitur, et tamen excedit hoc nomen dignitatem nostram: quanto magis, si unius vocatur Deus? Intellige quanta est magnitudo, qui [f. cum qui] mundi vocatur Deus, non erubescat trium*

vocari Deus. Non solum mundo æquales, sed mille talibus æquiparant meritum momenta sanctorum : *Melior quippe unus faciens voluntatem Domini, quam decem millia iniqui.* Quod vero sic se peregrinos vocabant manifestum est. Sed esto, isti forte propter peregrinationem dicebant se ipsos peregrinos : quid autem etiam David ? nonne rex erat ? nonne propheta ? nonne in sua patria degebat ? quare ergo dixit : *Peregrinus et hospes sum ?* Dic, sancte David, quomodo es peregrinus ? *Sicut patres, inquit, mei, quia et illi peregrini erant.* Habemus, inquit, patriam, revera patriam. Quomodo ergo tu peregrinus es ? In terra, inquit. Proinde etiam illi in terra. Sicut illi, inquit, sic etiam ego. Sicut ergo iste, sic etiam illi.

Efficiamur itaque etiam nos peregrini, ne confundatur Deus vocari Deus noster. Confusio quippe illi est, quando malignorum hominum vocatur, et confundit illos etiam ipse : sicut etiam glorificatur, quando benignorum et optimorum hominum vocatur et colentium virtutem. Si enim nos vitamus vocari domini malorum servorum, et relinquimus eos ; et si nos appellans aliquis dicat, quia multa mala operatur, num servus tuus est ? nonne confestim dicimus quia nequaquam, repellentes opprobrium ? habitudo enim quædam est servo ad dominum, et transit ignominia ab illo ad illum. Sed illi erant clari, ita confidentia pleni, ut non solum non confunderetur, cum ab illis vocabatur Deus, sed etiam ipse ad ipsos dicebat : *Quia ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob.* Efficiamur igitur nos, o dilectissimi, efficiamur peregrini, ut non confundatur de nobis Deus, et nos gehennæ contradat. Tales quippe erant illi, qui dicebant : *Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus ? nonne in nomine tuo virtutes multas fecimus ?* Sed attendite quid dicit ad eos Christus : *Non novi vos* : quod faciunt utique domini servis malignis concurrentibus ad se, volentes a se opprobrium amoliri : Nescio vos, inquit. Quid ergo punis quos nescis ? Nescio aliter dixit : hoc est, abnego vos et evito. Sed absit a nobis, ut hanc audiamus vocem abnegatoriam et peremptricem et tremendam. Si enim qui dæmones excluderant, et prophetias operabantur, quia vitam non habebant convenientem, abnegati sunt : quanto magis nos. Quomodo possibile est, dicit aliquis, ut qui prophetias et signa fecerunt et dæmones excluderant, abnegentur ? Fortassis fideles erant, et postea mutati sunt et facti sunt pravi : propter quod nihil eis profuit de prima virtute. Non enim exordia sola oportet habere clara, sed etiam et finem clariorem. Dic enim mihi, nonne rhetor circa finem orationis festinat clarior apparere, ut cum plausibus discedat ? nonne perfunctor circa finem perfunctionis suæ opera sua clariora demonstrat ? nonne athleta, nisi finem ostendat clariorem, et usque ad consummationem semper exsuperet, ac si omnes vicerit, vincatur autem a novissimo, nonne omnia illi infructuosa sient ? nonne gubernator, si pelagus totum pertranseat, circa portum autem confringat ratem, omnem perdidit anteriorem laborem ? Quid etiam medicus ? nonne si liberavit ægotantem morbo, cum autem ad perfectionem salutis pervertitur erat ægrotus, tunc ejus corrumpat valetudinem, nonne, inquam, totum opus corrumpit et perdit ? Sic etiam in virtute contingit. Quotquot exordiis finem non posuerunt competentem et consequentem et concinentem, perierunt et corrupti sunt. Tales namque sunt qui ex carceribus ipsis clari et gestientes prosiliunt, postea vero dissolutius læxiusque moventur : idcirco palma fraudantur, a Domino non agnoscuntur. Audiamus igitur hæc, qui amamus pecunias : major quippe est cupiditatis iniquitas : *Radix enim omnium malorum est avaritia.* Advertamus qui volumus majorem substantiam nostram facere, advertamus et quiescamus ab avaritia, ne audiamus quod illi quoque audierunt. Nunc ea audiamus et contremiscamus, ne tunc ea male audiamus : nunc advertamus cum timore, ne tunc cum supplicii advertamus : *Discedite a me, numquam agnovi vos, nec tunc, inquit, quando prophetias ostendebatis et dæmones effugabatis.* Fortassis etiam in loco et aliud quiddam significat, et quia et tunc vitæ erant pessimæ : in ipsis quippe iniitiis et per indignos operabatur gratia. Si enim per Balaam operata est, multo magis et per indignos, propter alios lucrandos. Si autem signa et prodigia non valuerunt a supplicii liberare, multo amplius, si in sacerdotali dignitate quisquam sit constitutus, ac si ad superiorem honorem pertingat, ac si in ordinatione ejus operetur gratia, propter eos qui præpositis opus habent : audiet tamen etiam ipse, Numquam te cognovi, neque tunc, neque quando in eo operabatur gratia. O quanta est vitæ munditialis quantum quæritur apud Deum ! quomodo ipsa sufficit in regnum nos introducere ? Absens autem prodet virum, ac si decem millia possit signa et prodigia demonstrare. Nihil ita lætificat Deum, sicut optima conversatio. *Si enim diligitis me, inquit, non dixit, Signa facite, sed inquit, Mandata mea servate ;* et iterum, *Amici mei eritis, non si dæmones excluderitis, sed, si custoditis verba mea.* Illa quidem divini sunt muneris, hæc autem post Dei donum nostri sunt studii. Festinemus itaque fieri amici Dei, et non permaneamus inimici. Tempus hæc dicimus, semper hæc monemus et vos et nosmetipsos ; sed amplius nihil fit : ob quam rem etiam timeo. Et vellem quidem tacere, ne vobis periculum crescat : sæpius quippe audiendo, et neque sic faciendo, exacerbatur Dominus. Sed timeo etiam ipse aliud periculum : hoc est, silentii mei, si quidem tacero in verbi ministerium constitutus. Quid ergo faciemus, ut salvemur ? Aggrediamur virtutem cum tempus habemus, distribuamus virtutes nobis, sicut sibi distribuunt agriculturam agricolæ : in hoc mense vincamus detractiones, injurias, iracundiam, injustitiam ; et dicamus, Hodie ab hoc nos vitio corrigamus : in illo autem mense patientiam doceamus, et in alio aliam virtutem : et cum hanc virtutem in habitu perceperimus, ad aliam transeamus : sicut volent discipuli, qui quæ acquisierunt, custodiunt ; quæ vero necum didicerunt, discendo acquirunt, discamus etiam nos. Post istam virtutem veniamus ad contemptum pecuniarum. Ac primo

abrahamam manus a cupiditate ampliora habendi, et tunc faciamus eleemosynam. Non omnia passim confundamus, ut eisdem manibus et occidamus, et eisdem iterum misereamur. Post hanc etiam virtutem ad aliam transeamus, et ab illa ad aliam. *Turpitude et vaniloquium et scurrilitas neque nominetur in vobis.* In his interim nos corrigamus: non sunt negotia laboribus aut expensis aut sudoribus indigentia: sufficit velle tantum, et omnia promoveantur. Non opus est longam viam pergere, neque pertransire pelagus infinitum, sed festinare tantum, alacritatem exhibere, et frenum imponere linguæ. Injurias vanas, iracundias, cupiditates, absurdas delicias, elegantiam circa corporalia repellamus; cupiditatem pecuniarum, perjuriam, juramenta frequentia ex animis nostris abjiciamus. Si tali nos ipsos agricultura colamus, et priores spinas extirpantes, et semen cæleste jactantes, poterimus adipisci bona quæ promissa sunt. Veniet quippe verus agricola, et nos recondet in horreis, et merebimur omnia: quæ nos omnes contingat percipere, gratia et clementia Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri una cum Spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXV.

Fide obtulit Abraham Isaac cum tentaretur, et unigenitum offerebat, quem repromissione susceperat, ad quem dictum: In Isaac vocabitur tibi semen: existimans quia et a mortuis resuscitare potens est Deus: unde et eum in parabolis accepit. Vere magna erat fides Abraham. In Abel quippe et in Noe et in Enoch ratiocinationum erat rixantium [f. rixa tantum], et opus erat humanas ratiocinationes superare: hic autem non solum opus habet humanas ratiocinationes excedere, sed etiam quiddam amplius demonstrare: nam præcepta quippe Dei cum præceptis Dei litigare videbantur, et fides fidei repugnabat, et mandatum Dei erat repromissioni contrarium. Ut puta veluti quid dico: dixit Deus, *Exi de terra tua, et de generatione tua, et dabo tibi terram hanc;* et non ei dedit illam terram hereditatem, nec gressum pedis. Intueris qualiter quæ præcipiebantur, repromissionibus videbantur esse contraria? Iterum dixit, *Quoniam in Isaac vocabitur tibi semen;* et credidit: et iterum dicit, *Sacrifica mihi illum, ex cujus semine totus mundus erat replendus.* Contemplaris litem præceptorum et repromissionum? contraria quippe repromissionibus imperabat; et neque sic obstupuit justus ille, et neque se deceptum dicebat. Vos enim non potestis, inquit, hæc dicere, quia requiem vobis et repromissionem promisit, et tribulationem intulit: hic enim quæ promisit, hæc etiam operabatur. Quomodo hoc? *In mundo, inquit, tribulationem habet. Qui non acceperit crucem suam, et sequutus fuerit me, non est me dignus. Qui non oderit animam suam, non inveniet eam;* et, *Qui non abnegaverit omnia sua, et sequutus me fuerit, non est me dignus;* et iterum, *Ante reges et præsides inducent vos propter me;* et iterum, *Inimici hominis domestici ejus.* Quæ vero ad remissionem pertinent et quietem, illic promissa sunt. Abraham vero econtra factum est: contraria quippe promissionum ei imperabantur, ut faceret; et neque sic turbatus est neque obstupuit, nec se deceptum arbitrabatur. Vos autem nihil extra repromissionem patimini, et turbamini: ille vero contraria repromissionum audiebat ab eodem ipso, qui illa promiserat, et non turbabatur, sed veluti concinentia gerebat: et revera concinentia erant: contraria quidem humanis ratiocinationibus videbantur, concinentia vero erant fidei. Et quomodo, inquis? Ipse nos docuit Apostolus. Cum enim dixisset, *Existimans quod et a mortuis resuscitare potens est Deus:* ut ostenderet ex eadem ipsa fide, ex qua crediderat quoniam non exstantem ei donaret, ex hac etiam credere quod et mortuum resuscitare posset, adjecit, *Quia eadem ipsa fide etiam occisum resuscitari credidit.* Similiter quippe dubium erat humanæ ratiocinationi, ut ex vulva emortua et senili et ineptajam facta ad generandum donaret filium, et interemptum iterum suscitaret. Sed dux et viatrix est fides præcedens ad futura. Et intueri: quæ prospera enim erant, prima illius fuerunt, adversa vero posteriora circa senectutem. Nobis autem econtra promisit: quæ tristitia namque sunt, prima erunt; novissime prospera et felicia. Hoc dictum est propter eos, qui dicere audent, quia post mortem nobis bona promisit: Fortassis enim, inquiunt, etiam fefellerit nos. Ostendit quippe quia etiam ex mortuis suscitare potens est Deus: si enim ex mortuis suscitare potens est, utique cuncta restituet quæ repromisit. Si enim Abraham credidit primus ante tot annos quia ex mortuis suscitare potens est Deus: multo amplius nos credere debemus. Contemplaris quia, sicut jam dixi, necdum intraverat mors, et jam eos ad spem resurrectionis adduxerat; et ad tantam eos satisfactionem perduxit, ut etiam interimere suos filios jussi, ex quibus sperabant repleri mundum, propter eum offerrent. Hic etiam aliud ostendit in eo quod dixit: *Tentabat Deus Abraham.* Quid ergo? ignorabat Deus, quia fortis erat ille vir et probabilis? quare ergo eum tentabat? Non ut ipse cognosceret, sed ut aliis demonstraret, et manifestam ejus fortitudinem constitueret universis. In hoc loco etiam ostendit causam tentationum, ne putarent tanquam derelicti a Deo illa se perpeti. Nunc enim necesse est tentari, propter quod multi sunt persecutores, multi insidiatores: tunc autem quæ necessitas erat? et tamen non exstantibus tentationibus aliæ adinveniebantur. Et ista quidem tentatio manifesta fuit, quoniam Deo præcipiente ei facta est: aliæ vero tentationes ipso permittente eveniebant, ista vero etiam ipso jubente. Si igitur ita probatos tentationes reddunt, ut etiam non exstante causa, Deus tamen exerceat suos athletas: multo magis nos cuncta oportet fortiter tolerare. Hic autem significans etiam aliud dixit,

quia fide obtulit Isaac, cum tentaretur : nulla quippe altera causa fuit oblationis illius. nisi hæc. Deinde exsequitur omnem sensum. Ne enim posset quisquam dicere quia alium filium habuit, et ex illo sperabat repromissionem impleri, et propterea confidens istum obtulit : *Etiā unigenitum, inquit, offerebat, qui repromissiones acceperat. Quid dicis unigenitum? quid? Ismael ex quo erat? Unigenitum, inquit, dico quantum attinet ad rationem repromissionis. Propterea cum dixisset: Unigenitum, addidit, Isaac; volens ostendere unigenitum illum esse, de quo dictum est: Quia in Isaac vocabitur tibi semen, hoc est, ex eo. Intueris quomodo admiratur illum quod a patriarcha factum est? In Isaac, inquit, vocabitur tibi semen; et offerebat occidendū filium. Deinde, ne quis putaret quoniam desperans hoc fecit et per hoc præceptum fidem illius repromissionis amiserit, cognoscat quoniam revera et hoc, inquit, fidei fuit; sed etiam illam habuit fidem, licet videretur huic repugnare; sed non repugnabat: non enim humanis ratiocinationibus virtutem Dei pensabat, sed fide cuncta gerebat. Propterea non veretur dicere: Quia et ex mortuis potens est Deus suscitare. Unde eum et in parabolis recepit, hoc est, in exemplo: in ariete, inquit. Quomodo hoc? Ariete quippe occiso, iste salvatus est. Proinde per arietem eum accepit, illum pro isto occidens. Hæc autem formæ quædam erant: hic enim Filius Dei est qui occiditur. Et contemplare mihi clementiam Dei quanta est. Quoniam enim magna quædam danda erat hominibus gratia: volens hoc non gratiæ attribuere, sed veluti debitum facere, persuasit primo homini, ut filium suum traderet pro præcepto Dei, ut nihil magnum videatur facere Filium suum tradendo, si quidem homo ante ipsum hoc fecerit: ut hoc non a gratia faceret, sed debito recompensaret. Quos enim diligimus, et hoc eis donare volumus, ut putetur quod ab eis primum aliquid acceperimus, et sic illis nos cuncta donaverimus: et gloriamur ex illo magis quod accepimus, quam ex illo quod donamus; et non dicimus, Quia hoc ei donavimus, sed, Hoc ab eo accepimus. Unde eum in parabola, inquit, recepit: hoc est, veluti in similitudine. Veluti enim in parabola erat aries Isaac et typus. Quia perfectum est sacrificium et occisus est Isaac, quantum ad voluntatem illius attinet, propterea illum redonavit patriarchæ.*

Intueris quia quod semper dico, hoc etiam nunc ostenditur? Cum enim constituerimus mentem nostram perfectam, et ostenderimus quoniam contemnimus res terrenas, tunc nobis etiam terrena donantur; ante autem nequaquam, ne accipiendo qui jam colligati eramus terrenis rebus amplius illigemur. Solve teipsum, inquit, primo servitate, et tunc accipe: ne sicut servus accipias, sed sicut dominus: contemne divitias, et eris locuples; contemne gloriam, et eris gloriosus; contemne supplicia inimicorum, et tunc eos superas; contemne remissionem et quietem, et tunc eam accipies, ut cum eam acceperis, non ligatus accipias, neque sicut servus, sed sicut liber: sicut etiam infantulis parvulis fieri cernimus. Infantulus quippe cum aliquid puerile desiderat, cum omni festinatione abscondimus, utputa sphæram, et quæcumque talia, ne impediatur a necessariis: cum autem ea contempserit, et non jam eorum desiderio detinetur, sine sollicitudine ei damus, scientes quoniam nulla læsio de cætero ei continget, illa cupiditate cessante, quæ eum a necessariis poterat avocare. Sic etiam Deus, cum viderit non nos ea cupientes quæ terrena sunt, tunc iam ipsa nobis ad utendum largitur: et sicut liberi et viri ea possidebimus, non sicut pueri. Quia enim, si contempseris supplicia inimicorum, tunc eos superas, audi quid dixit: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitierit, potum da illi; et intulit, Hoc enim faciens, carbonis ignis congregabis circa caput ejus. Et iterum quia si contempseris divitias, tunc eas adipisceris, audi Christum dicentem: Non est qui dimittat patrem et matrem, aut fratres, et non centuplum accipiet, et vitam æternam hereditabit. Et quia, si contempseris gloriam, tunc eam adipisceris, audi eundem ipsum Christum dicentem: Qui vult in vobis primus esse, erit vester novissimus; et iterum: Qui enim se humiliaverit, exaltabitur. Quid dicis? si dederō potum inimico meo, tunc eum magis punio? si dimiserō quæ habeo, tunc ea habeo? si me humiliaverō, tunc sublimis efficior? Ita est, inquit: talis est enim mea virtus: per contraria, quæ contraria sunt præsto. Valde dives sum et industrius; non verearis: meæ quippe voluntati obsequitur rerum natura, non ego obsequor naturæ: ego cuncta operor, non ego ab illis regor. Idecirco et transformare et transmutare et transordinare ea possum. Et quid miraris, si in istis hoc possum? hoc idem et in aliis cunctis invenies. Si aliquem læseris, etiam ipse læderis: si autem læsus fueris, tunc nequaquam læderis si te vindicaveris, tunc ego te non vindico, sed meipsum vindico. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Contemplaris quoniam læsus es: sed magis tu lædis. Propterea etiam Paulus inquit: *Quare non magis injuriam patimini? Vides quia non est hoc lædi, sed cum injurias, tunc magis injuriaris. Et hoc etiam ex parte norunt plurimi, utputa, cum dicunt ad invicem. Discedamus hinc, noli teipsum injuriare. Quare? Quia multum interest inter te et illum: quantumcumque enim injurias, ille gloriam arbitrabitur. Hoc in omnibus intelligamus, et efficiamur altiores injuriis. Quomodo hoc, inquis? Ego dico: si enim ad ipsum, qui purpura induitur, litem habebimus, illum injuriare, nos ipsos injuriari putemus. Quid enim, dic mihi, qui cælorum civis es, et superiorem philosophiam colis, cum eis qui terrena sapiunt te commisceas? Ac si decem millia pecuniarum possidet, et in potestate ac potentia sit, necdum scit bonum tuum. Noli ergo injuriare teipsum, dum illum injurias: tibi ipsi parce, non illi; teipsum honora, non illum. Nonne proverbium tale est? Quia qui alium honorat, seipsum honorat: et merito; non enim honorat illum, sed seipsum. Audi Sapientem quendam dicentem: *Fac animæ tuæ honorem secundum dignitatem ejus. Quid est hoc? Si tua di-***

ripuit, inquit, noli ejus velle diripere : injuriavit, non injurias. Dic mihi, obsecro, si quisquam pauper lutum jacens in atrio tuo tolleret, num propterea eum ad judicium traheres? Nequaquam. Quare? Ne te ipsum injurias, nec te omnes inculparent. Hoc etiam fac : pauper quippe est ille dives, et quanto dilior sit, tanto pauperior existit, paupertate quæ revera paupertas est. Lutum est aurum in atrio projectum, non in domo tua : domus quippe tua cælum est. Propterea itaque, si moves judicia, putas quod non te culpabunt cives superioris patriæ? non te excludent a sua patria, te tam humilem, tam sordidum, tam infirmum, tam abjectum. ut etiam pro modico luto eligas litigare? Si enim mundus ipse tuus esset, deinde quisquam tibi illum auferret, converti te magis oportebat, quam litigare.

Ignoras quia si decuplum mundi hujus, vel centuplum, vel decies millies tantum, et adhuc eo amplius assumas, neque minimo bono cælesti comparandum est? Qui igitur res hujus sæculi miratur, illas injuriat, siquidem ista appetenda esse arbitraris, quæ plurimum inferiora illis sunt : magis autem neque mirari illa poteris : quomodo quippe qui ad ista sic expavescis? Abscindamus igitur funes, quibus ligati sumus et implicamenta : hoc quippe sunt omnes res terrenæ. Usquequo deorsum intenti sumus? usquequo invicem insidiamur sicut bestię, sicut pisces maris? Magis autem bestię non insidiantur invicem, sed alienigenis : utputa ursa ursam non facile interimit, neque serpens serpentem, cognationem generis reverentur : tu autem cum indigena etiam decem millia habens jura naturæ, cognationem, rationem, cognitionem Dei, et alia decem millia, interimis eum, qui eandem tecum cognationem habet naturæ, et in omnibus quæ naturæ sunt, tecum communicat ; eum tu interimis, et involvis decem millibus malis. Quid enim fit? tu quidem gladium non mergis, neque tingis in jugulo, et in sanguine ejus dexteram tuam; alia vero sæviora committis. Illud enim si operaris, simul eum curis omnibus liberares ; nunc autem fame, servitute, dejectione et aliis multis iniquitatibus affligis. Hæc dico, et non cesso, non ad homicidia vos provocans, veluti ad minima mala descendere vos exhortans ; sed ut non dicatis quia minora sunt ista quæ facitis, velut si exinde non sitis sumpturi supplicia. *Qui amittit, gubernationem, et panem petit, affligitur.* Contineamus itaque manus nostras aliquando ; magis autem non contineamus, sed extendamus eas bene, non ad aliena auferenda, sed ad eleemosynam faciendam : non habeamus manum infructuosam, neque aridam. Manus quippe non faciens eleemosynam arida est : quæ vero etiam aliena aufert, scelestæ est et impura. Nullus cum talibus manibus cibumumat ; injuria quippe est hæc discumbentium. Dic enim mihi, si quis in tapetis et straminibus mollibus et auro textis linteaminibus discumbere nos faciat in domo ampla et splendida, et multitudinem ministrantium ante nos constituat, deinde vas aureum vel argenteum præparans, et cibus plurimis et opiparibus cumulans, et facultatem nobis vescendi tribuat : si modo patiamur eum manus cæno vel fimo perungere, et sic nobiscum ad comedendum simul discumbere, numquid hoc supplicium sustineret, et injuriam non judicaret? Ego enim existimo quia statim exsiliret et effugeret. Nunc autem cæno non solum manus vides repletas, sed etiam ipsos cibos, et non exsilis, non refugis, non increpas ; sed si in potestate vel potentia fuerit, etiam magnum aliquid arbitraris, et animam tuam deliciari existimas talia vescens, quæ omni cæno pejora sunt. Animam quippe, non corpus, polluit, et facit eam ut difficile diluatur. Vides ex hoc cæno discumbentem perunctum et manus et vultum, et repletam ejus domum, et repletam etiam mensam stercore ; et quidquid aliud adhuc immundius, et spurcius dici potest, illi cibi pollutiores et scelestiores sunt. Tu autem veluti honoratus sic afficeris, et veluti deliciaturus ; et neque Paulum revereris, ad mensam quidem paganorum si volueris ire, sine ulla prohibitione permittentem, ad mensam autem avarorum et aliena auferentium, neque volentem permittere. *Si enim quis frater, inquit, nominatur inter vos.* Fratrem in hoc loco omnem fidelem simpliciter intellige, non monachum tantum. Quid autem est quod facit fraternitatem, nisi lavacrum regenerationis, quod facit posse vocari Deum Patrem? Proinde, inquit, catechumenus, ac si monachus sit, non est frater : qui vero fidelis est, ac si sæcularis sit, frater est. *Si quis, inquit, frater nominatur.* Neque vestigium tunc monachi erat, sed omnia ad sæculares tunc loquebatur beatus Paulus. *Si quis, inquit, frater nominatus fuerit fornicator, aut avarus, aut ebriosus, cum hujusmodi nec cibum sumere.* Cum autem de paganis ageret, non ita ; sed, *Si quis vos vocaverit ex infidelibus, paganos significans : si vultis ire, omne quod apponitur vobis comedite. Si quis frater, inquit, nominatur ebriosus.*

O quanta integritas! Nos autem non solum non fugimus ebriosos, sed etiam imus ad eos, participantibus cum eis. Ob hoc universa mala fiunt, cuncta confusa sunt et perversa, omnia perierunt. Dic enim mihi, si te vocaverit talium quisquam ad convivium, et pauperem et qui putaris infirmus ; deinde si a te audiat quia hæc quæ apposuisti ex avaritia sunt acquisita, non patiar ex illis contaminari animam meam : nonne reveretur? nonne erubescit? nonne confunditur? Hoc solum sufficiens erat corrigere, et facere illum quidem cum divitiis suis infelicem seipsum judicare, admirari autem te illa paupertate. Si enim videret seipsum cum tanto studio a te contemni, quomodo putas corrigi potuisset? Sed facti sumus servi hominum, ignoro qua ratione, cum Paulus sursum atque deorsum clamet : *Non efficiamini servi hominum.* Quare ergo nos effecti sumus hominum servi? Quia primum ventris servi facti sumus et pecuniarum et gloriæ et aliarum similium rerum, et perdidimus libertatem, quam nobis largitus est Christus. Quid ergo expectat eum, qui servus factus est, dic mihi? Audi Christum dicentem : *Servus non manet in domo in sempiternum.* Habes sententiam plenam atque perfectam, quoniam numquam intrabit in regnum : domus quippe hoc est. *In domo,*

inquit, *Patris mei multæ mansiones sunt. Servus igitur non manet in domo in sempiternum : servum illum dicit, qui peccati servus est : qui vero non manet in domo in sempiternum, in gehenna permanet in sempiternum, et ex nulla parte habebit solatium. Ad tam malum habitum humanæ res deveniunt, ut etiam ex iis quæ rapiunt elemosynas faciant et multos suscipiant. Propter hoc fiducia nostra cecidit, neque jam in aliquem increpare possumus. Saltem et nunc fugiamus læsionem, quæ ex hoc nascitur. Vos autem qui in hoc cæno involvimini aliquando quiescite, cessate a tali morbo, et abstinete impetum vestrum a talibus conviviis, si quo modo vel nunc valeamus propitiare Dominum, et adipisci bona quæ promissa sunt : quæ nos contingat omnes percipere in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri, una cum sancto Spiritu gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.*

HOMILIA XXVI.

*Fide et de futuris benedixit Isaac Jacob et Esau. Fide Jacob moriens benedixit unumquemque filiorum Joseph, et adoravit fastigium virgæ ejus. Fide Joseph mortens de exitu filiorum Israel memoratus est, et de ossibus suis mandavit. Fide Moses natus, occultatus est mensibus tribus a parentibus suis, eo quod vidissent elegantem infantem, et non timuerunt regis edictum. Fide Moses grandis factus negavit se esse filium filia Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem, majores divitias existimans thesauris Egyptiorum improprium Christi : aspiciebat enim in remunerationem. Fide reliquit Egyptum, non veritus animositatem regis : invisibilem enim tamquam videns sustinuit. Multi, inquit, prophetae et justi desideraverunt videre quæ videtis, et non viderunt. Quid dicimus? num omnia futura sciebant justi? Et valde. Si enim propterea non revelabatur Filius quibusdam propter infirmitatem eorum, quia eum non possunt excipere; sed illis, qui virtutis claritate fulgebant, merito revelabatur. Et hoc etiam Paulus dicit, quia futura sciebant, hoc est, resurrectionem Jesu Christi. Annon hoc dicit? sed [f. Aut non h. dicit, sed] fide de futuris dicit, non futurum sæculum significans, sed futura hujus sæculi. Quomodo quippe homo sedens in peregrinis tales benedictiones daret? Sed iterum adeptus est benedictionem, et non eam sumpsit. Intueris quoniam quod dixit de Abraham, et de Jacob dici potest? quoniam non receperunt benedictiones, sed nepotibus eorum redditæ sunt illæ benedictiones, ipse autem futura adeptus est. Invenimus autem fratrem ejus magis potitum esse sæculo. Ille autem in servitute mercenaria et periculis et insidiis et deceptionibus et timoribus omne transegit tempus : interrogatus etiam a Pharaone, *Modici, inquit, et mali facti sunt dies mei : ille autem in primatu et fiducia fuit multa, et postea fuit illi terribilis. Ubi ergo ei provenerunt bona nisi in futuro? Vides quia quidam ab initio mali rebus sæcularibus perfruuntur, justi autem econtra? non quidem omnes. Ecce enim Abraham justus erat, et potitus est rebus sæcularibus, veruntamen cum tribulatione, cum tentationibus : etenim divitiarum tantum erant illi, cæterum plena illi erant tribulationibus omnia. Non potest justus non tribulari, ac si dives sit. Cum enim paratus sit damna perpeti, injuriari, multa alia pati, necesse est eum tribulari. Proinde ac si perfruatur divitiis, non tamen est sine justitia. Quid ita? Quia in tribulatione est et dolore. Si autem in tribulatione tunc erant justi, multo amplius nunc sunt. Fide de futuris benedixit, inquit, Isaac Jacob et Esau. Licet major sit Esau, tamen præponit Jacob propter virtutem. Intueris quanta erat fides, et unde promittebantur filiis eorum tanta bona? Utique ex fide, hoc est, credendo Deo. Fide Jacob moriens unumquemque filiorum Joseph benedixit. In hoc loco necessarium est ponere benedictiones omnes, ut etiam fides et prophetia ejus manifesta fiat. Et adoravit, inquit, fastigium virgæ ejus. Hic non solum, inquit, pronuntiavit, sed etiam ita confidebat de futuris, tamquam si ea opere demonstraret. Quoniam enim surrecturus erat ex Ægypto rex alius, propterea dixit? Et adoravit fastigium virgæ ejus. Ecce cum jam esset senex, adorabant Joseph universi populi : adorationem significans, quæ illi erat futura. Et hoc jam sumpsit effectum, quando eum adoraverunt fratres ejus : futurum autem erat iterum postea per decem tribus. Intendis quomodo futura prædixit? vides quantam habuit fidem? quomodo de futuris credebat? Quædam enim in hac vita patientiæ sunt solius exempla, et qualiter patienda sunt mala, et quia non hic recipiuntur bona, sicut contigit in Abraham, sicut in Abel : quædam autem fidei sunt exempla, sicut contigit in Noe : quoniam est Deus, quoniam est retributio. Fides quippe multimoda est in hac vita, quoniam est retributio, et quia non eodem modo sustinenda est, et ante munera vel coronas certandum est. Illud autem, quod circa Jacob contigit, solius est fidei : quoniam promisit Abraham, *Quia tibi dabo et semini tuo terram hanc.* Audivit Joseph etiam in aliena patria constitutus, et necdum videns jam processisse repositionem, et neque sic concidit animus ejus ; sed sic credidit, ut etiam de exitu eorum loqueretur, et de ossibus suis mandatum daret. Et non tantum solus credidit, sed etiam alios ad fidem introducebat, ut semper memores essent, quia nequaquam de suis ossibus delegaret, nisi plena fide speraret reditum eorum. Proinde quando quidam dicunt : Ecce justi jam curam gerebant sepulcrorum : dicamus ad illos, quia non propter hoc : nam sciebant quia *Domini est terra et plenitudo ejus.* Nequaquam igitur in tanta conversatus philosophia hoc ignoraret, qui tantum tempus vivens in Ægypto, cum etiam liceret illi, si vellet, ad patriam repedare, et non lugere, non inæquanimiter affici,**

sed etiam patrem inde revocaret. Quid ergo sibi vult, quod sua ossa inde revocari debere consideravit? Incertum igitur est quapropter hoc.

Quid autem, dic mihi? num ipsius Mosi ossa? nonne in peregrinis jacent, et Aaron et Danielis et Jeremiae? Apostolorum autem plurimorum ossa necimus vel ubi jacent. Petri et Pauli quidem, et Joannis, et Thomae, manifesta sunt sepulcra; aliorum vero cum lauti sint, minime cognitum est ubi sint. Nihil igitur pro hac re lugeamus, neque pusillanimiter feramus: ubicumque enim sepeliamur, *Domini est terra et plenitudo ejus*: scilicet, quod oportet fieri efficitur. Lugere autem et deplorare et lamentari eos qui de hac vita discedunt, ex pusillanimitate contingit. *Fide*, inquit, *Moses natus, absconditus est tribus mensibus a parentibus suis*. Contemplaris quia haec post mortem sperabant impleri in terra, et multa quidem effecta sunt post mortem ipsorum. Hoc autem dictum est propter aliquos qui dicunt: Post mortem implentur ista circa illos, quae non sunt adepti viventes: illi autem neque post mortem se credebant adipisci. Non enim dixit Joseph quia me vivente hanc terram non dedit neque patri meo, neque avunculo meo, quorum virtutem magni pendebat. Non istos malignos dignos facturum est, ut percipiant quae illi non sunt digni facti percipere? Nihil horum dixit, sed fide cuncta et superavit et transcendit. Itaque percurrit Abel, Noe, Abraham, Isaac, Jacob, Joseph, et omnes gloriosos et admirabiles viros: deinde augmentum facit consolationi et exhortationi suae, ad personas infirmas deponens orationem. Ut enim admirabiles personae haec fortiter paterentur, mirum nihil est, et inferiores illis claris viris [add. esse], non ita grave est: ut autem minorum inferiores fierent, hoc est grave. Et incipit a parentibus Mosis, ignobilibus quibusdam viris, et nihil tale habentibus quale filius eorum. Propterea et procedens augmentum facit quasi absurditati, et meretrices mulieres et viduas enumerans. *Fide*, inquit, *Rahab meretrix non periit simul cum infidelibus, suscipiens exploratores cum pace*. Et non solum fidei, sed etiam infidelitatis ponit vicissitudines, sicut in persona Noe. Interim de parentibus Mosis necessarium est dicere. Omnes quippe infantulos masculos interim Pharaeo jusserat, et nullus effugit hoc periculum. Unde igitur speraverunt isti, ut salvarent puerum? Ex fide, inquit. Quali fide? Quia viderunt elegantem infantulum, et ipse vultus ad fidem eos attraxit. Sic jam inde ab initio ex ipsis incunahulis multa erat illi justo infusa gratia, natura hoc non operante. Incisus est [f. intueri] enim: statim ut genitus est, honestus apparebat infantulus, non erat despectus. Cujus ergo erat hoc opus? Non naturae, sed gratiae divinae, quae etiam barbaram illam mulierem Aegyptiam excitavit, ut amaret, ut sumeret, ut arriperet, et tamen fides in istis non habuit idoneum argumentum. Quid hoc et quantum erat, ut ex ipso vultu crederent? Sed vos, inquit, ex rebus ipsis credite, et multa habebitis fidei pignora. Ut enim cum gaudio rapinam rerum vestrarum suscipiatis, et quaecumque talia passi estis, fide actum est et patientia. Sed quoniam et isti crediderunt, deinde pusillanimiter afficiebantur, ostendit quia et fides illorum per multa tempora tendebatur, sicut contigit in Abraham, quamvis videretur sibi res ipsae repugnare. Non timuerunt, inquit, praecipuum regis, quamquam illud quidem opere exercebatur, hoc autem suspicio est et timor nudus, et hoc quidem parentum erat. Ipse autem Moses quid attulit? Deinde familiare illis et domesticum profert exemplum, magis autem ab illo majus et amplius. *Fide*, inquit, *Moses magnus factus, abnegavit dici filius filiae Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalem habere jucunditatem peccati, majores divitias existimans thesauris Aegyptiorum improprium Christi: respiciebat quippe in remissionem*. Tamquam si diceret ad eos, Nullus vestrum dimisit aulam regalem amplam et claram, neque tales thesauros, neque cum posset filius regis esse, contempsit, sicut Moses fecit. Et quia non simpliciter dimisit, significavit dicens: *Abnegavit*. Hoc est, horruit, aversatus est. Caelo quippe proposito, superfluum erat aulam admirari Aegyptiaci regni.

Et vide quam mirabiliter illud posuit Paulus. Non dixit, Majores divitias existimavit thesauris Aegypti caelum, et ea quae in caelis sunt; sed quid dixit? *Improprium Christi*. Pro Christo enim improprium sustinere melius judicavit, quam in deliciis esse: sic etiam hoc per se solum merces erat. *Eligens magis affligi cum populo Dei*. Vos enim pro vobisipsis patimini, ille autem pro aliis hoc elegit, et ultro seipsum projecit in tanta pericula, cum ei liceret et pie vivere, et saecularibus perfrui bonis, quam temporalem habere peccati jucunditatem. Peccatum duxit, nolle affligi cum aliis; hoc peccatum esse putavit. Si igitur ille, non alacriter affligi cum ceteris, peccatum esse judicavit: magnum ergo bonum est afflictio, ad quam ex fastigio regali seipsum projecit. Haec enim faciebat, magna quaedam praeveniens. *Majores, inquit, divitias existimans thesauris Aegyptiorum improprium Christi*. Quid est, *Improprium Christi*? Hoc est, impropria talia sustinere, qualia nunc vos: quale Christus etiam sustinuit improprium. Et quomodo pro Christo sustinuit Moses? *Petra enim erat Christus?* Sic etenim et ille improprium sustinuit, sicut et vos. Quid autem est, *Improprium Christi*? Quia respuimus paternos errores, improprium sustinemus, quia patimur mala concurrentes ad Deum. Sic etiam ille improprium Christi sustinebat, quando audiebat: *Numquid interimere me vis, sicut interfecisti heri Aegyptium?* Hoc est improprium Christi, usque in finem et novissimum spiritum pati mala: sicut etiam ipse impropria sustinebat, et audiebat, *Si Filius Dei es, et ab eis audiebat pro quibus crucifigebatur, id est a contribulibus*. Hoc est improprium Christi, quando quisquam a domesticis, quando quisquam ab his, quibus beneficium praestitit, sustinet improprium: etenim ille quoque pro beneficio suo haec patiebatur. Hic eos excitavit, ostendens quia et Christus eadem passus est et Moses, duae personae clarae et divulgatae. Proinde Christi magis est im-

properium istud, quam Mosis, quoniam a propriis ista passus est. Sed neque ille fulgorem emittebat, neque iste passus est aliquid, sed improprium sustinebat et patienter cuncta forebat, illis moventibus capita sua. Quia ergo poterunt fortasse his auditis desiderare etiam ipsi retributionem, dicit : Quia et Christus et Moses talia passi sunt. Proinde deliciae, inquit, et remissio ad partem peccati pertinent, impropria vero sustinere, ad Christum. Quid enim vis, improprium Christi an remissionem et delicias? *Fide reliquit Aegyptum, non veritus, animositatem regis: invisibilem enim tamquam videns sustinuit.* Quid dicis quia non timuit? et tamen Scriptura hoc dicit, quia audiens veritus est, et propterea fuga salutem acquisivit et in fugam versus est et furatus seipsum de medio, et post hæc in timore erat. Intende igitur diligenter in hoc dicto : quod dicit : *Non veritus animositatem regis*, et ad instandum iterum, dixit. Timentis quippe erat, non reverti iterum ad patrocinium, neque rem aggredi : sed tamen quod reversus est iterum, animi erat Deo se committentis. Non enim dixit, Quia quærent me et scrutantur, non me igitur iterum eisdem ipsis committam. Proinde etiam quod a fuga reversus est, fidei fuit. Quid ergo? Non permansit, inquit, ne se in apertum præcipitaret periculum : quia hoc jam tentantis esset, insilire in media pericula, et dicere : Videamus si me liberet Deus. Hoc etiam Christo dixit diabolus : *Mitte te deorsum.* Intueris quia hoc diabolicum est, ut supervacue ac superflue se quisquam in periculum jactet, tentare Deum si salvet? Etenim præesse jam illis ad regimen eorum non poterat, ita ingratis affectis illis, quibus tanta præstiterat. Stultum itaque erat et insensatum permanere illic. Hæc autem omnia facta sunt, quia veluti videns invisibilem sic sustinebat. Si igitur videmus mente semper Deum, si semper in recordationem ejus convertimus mentem nostram, omnia nobis facilia apparebunt, omnia portabilia, omnia leviter sustinemus, omnibus superiores efficitur. Si enim quisquam dilectum videt, magis autem recordatus illius, erigit animam suam et mente sublimis efficitur, ut omnia facile toleret, delicias ex memoria illius. Qui enim in mente habuerit eum, qui nos diligere vere dignatus est, et recordatus fuerit ejus : quando poterit aliquam sentire tristitiam, aut terribile aliquid, aut periculosum timere? quando pusillanimitate afficiatur? Numquam scilicet. Omnia quippe nobis difficilia videntur, quia Dei memoriam non habemus, sicut oportet habere quia non eum semper in mente nostra portamus. Juste quippe nobis dixerit : Oblitus es mei, obliviscar et ego tui. Et duplum efficitur malum : quia et nos ejus obliviscimur, et ille nostri : hæc quippe duo colligata sunt ex invicem, duo namque duo sunt. Magnum quippe operatur memoria Dei, id est, cum nostri Deus recordatur : magnum autem etiam, cum et nos ejus habeamus memoriam : hoc quippe facit eligere bona, illud autem impetrare et ad effectum perducere. Propterea dixit propheta : *Recordabor tui de terra Jordanis, et Hermoniim de monte parvo.* Hæc dixit populus in Babylonia constitutus, *Recordabor tui.*

Et nos igitur tamquam in Babylonia constituti *** ac si non in medio hostium considemus, verumtamen inter inimicos sumus. Alii quidem tamquam captivi sedebant, alii autem neque sentiebant captivitatem, sicut Daniel, sicut tres pueri, qui in captivitate quoque constituti, ab ipso rege qui eos captivos habebat clariores erant effecti : in ipsa illa provincia, qua captivi erant, adorabantur. Vides quantum virtus est? in ipsa captivitate constitutos curabat ut dominos, ita ut putares illum magis, quam illos esse captivum. Nempe mirabile erat, cum, si in sua patria essent constituti et regnarent, veniens adoraret eos? Quod autem adhuc mirabile erat, quia ligans eos et suuens ut captivos et habens in sua potestate, omnibus videntibus non erubuit eos adorare, et agnum immolare. Intuemini quia revera res illæ veræ sunt, quæ ad Deum pertinent; res vero humanæ umbræ sunt. Ignorabat igitur quod sibi dominos adducebant, et quos adoraturus erat; misit eos quippe in caminum : sed sicut somnium hoc illis erat. Timeamus itaque, dilectissimi, Dominum, timeamus, ac si etiam in captivitate simus, omnibus erimus clariores : timor adsit Dei, et nihil erit triste. Tametsi paupertatem dicas, tametsi ægritudinem, tametsi captivitatem, tametsi servitutem, et si quid aliud tristem, non solum gravia non erunt, sed imo magis adjumenta nobis erunt in adversis. Captivi erant justi, et adoravit eos rex : tabernaculorum erat factor Paulus, et sacrificabant illi sicuti Deo. In hoc loco quæstio occurrit, cur apostoli sacrificia prohibuerunt, et vestimenta sua scindentes, abduxerunt eos a disposito et molimine suo, et cum fletu clamabant, dicentes : *Viri, quid hæc facitis? similiter enim et nos homines passibiles sumus.* Daniel enim [f. autem] nihil tale fecit. Quia enim et ipse humilis erat, et non minus ab istis Deo offerebat gloriam, ex multis causis manifestum est; maxime autem ex eo, quod amabatur a Deo, certum est : non enim sibi assumentem honorem Dei permitteret saltem vivere, non dicam etiam probabilem demonstrare. Secundum est, quia cum multa fiducia dicebat : *O rex! non in sapientia mea mihi revelatum est mysterium istud; et iterum, In lacu erat propter Deum; et quia cibum ei attulit propheta, dixit, Recordatus est mei Deus.* Ita erat humilis corde, et contritus circa Deum. In lacu enim erat propter Deum, et indignum se judicabat ut recordaretur ejus vel ut exaudiretur ab eo : nos autem decem millia scelesti cum præsumptione committimus, et omnibus scelestiores exstantes, nisi in prima oratione exauditi fuerimus, discedimus. Revera multum inter illos et nos, et quantum inter cælum et terram est, et si quid amplius? Quid dicis? cum tantis meritis postquam factum est illud in lacu miraculum, sic seipsum humilem existimabat. Ita est, inquit : Quæ tacumque operati fuerimus, inutiles servi sumus. Sic et ille antecedens evangelicum præceptum implebat, et nihil seipsum judicabat. *Recordatus est, inquit, mei Deus.* Sed oratio ejus quanta humilitate plena est? Et iterum tres pueri sic dicebant : *Peccavimus, iniquitatem fecimus.* Et ubique humilitatem suam demonstrant : cum haberet Daniel decem millia occa-

siones, quibus in superbiam offerretur; sed sciebat quoniam ipsæ causæ pro quibus posset extolli, propterea illi erant, quia non extollebatur, et quia non corrumpere thesaurum suum. Apud omnes enim homines, et in toto mundo non jucundabatur [f. incantabatur] quia jactabat se ipsum rex in faciem, et immolavit ei, et deum illum esse putabat, qui ubique terrarum sicut deus honorabatur: omnem enim terram ipse oblinebat: et manifestum hoc est ex Jeremia: *Complicans, inquit, terram sicut vestimentum*; et iterum, *Ego dedi eum Nabuchodonosor servomeo*. Et ex his quæ omnibus scribebat, hoc approbatur: et quia non ibi solum, ubi erat, admirabilis habebatur, sed ubique, et adhuc amplius existimabatur. Sicut enim præsentibus videbant cum cæteræ gentes, in tantum ut etiam per literas confiterentur propriam servitatem: et quod mireris, quia etiam in sapientia admirabilis erat: *Nec sapientior es, inquit, tu Daniele*. Et post hæc omnia tamen admodum erat humilis: decies millies propter Deum mortificatus est.

Quid ergo, quod cum ita humilis esset, non prohibuit neque adorari se a rege, neque immolationes? Hoc non dico; sufficit enim mihi quæstionem proposuisse, cætera vero præmitto, ut vel sic excitem mentem vestram. Illud autem moneo, ut omnia pro timore Domini suscipiatis. Exempla quippe habemus talia, quia revera etiam in hac vita adipiscimur bona, si de futuris germane et integre curam gesserimus. Quia vero non hoc superbia, vel arrogantia fecit, manifestum est ex eo quod dixit: *Dona tua tibi sint*. Etenim etiam hic alia quæstio est, quomodo sermone pellens, operibus suscepit illum honorem, et indutus torque. Et Herodes quidem audiens, *Vox Dei, et non hominis*, quia non dedit gloriam Deo, crepuit, et effusa sunt viscera ejus: iste autem et honorem Deo exhibuit, non verba tantum. Sed necessarium est dicere, cur ita esset. Illic quidem ad idololatriam immaniores homines decidebant, hic autem nequaquam. Quomodo hoc? Ut enim iste putaretur talis, aut non putaretur, ad Deum redigebatur: propterea enim antecedens hoc dixit: *Mihi autem non in sapientia revelatum est*. Deinde neque apparet alicubi, quia suscepit illas immolationes: dixit enim, inquit, quia oportet immolare, sed non est manifestum utrum etiam opus consequutum sit. Illic autem adduxerunt tauros, ut immolarent, et vocabant illum quidem Jovem, illum autem Mercurium. Torquem itaque suscepit, ut manifestum se faceret: immolationem autem cur non repulerit? Etenim illic non fecerunt, sed conati sunt, et prohibuerunt apostoli: proinde hic etiam oportebat celeriter et confestim prohibere. Item illic populus multus erat, hic autem tyrannus. Cur ergo eum non revocavit? In præcedentibus dixit quia non sicut Deo immolabat ad eversionem culturæ Dei, sed propter magnum miraculum. Quomodo hoc? Propter Deum: edictum quippe posuerat, ut non minueretur honor Dei. Illi autem non sic, sed ipsos putabant esse deos: propter hoc prohibebantur. Hic autem postquam adoravit, tunc hoc fecit; neque enim sicut Deum adoravit, sed sicut hominem sapientem. Clarum autem non est quia immolavit, si autem et immolavit, non suscipiente Daniele. Quid quod etiam Balthasar eum nominavit nomine dei sui? Ita nihil magnum existimabat deos suos; quando etiam captivum sic vocabat qui cunctos jusserat imaginem adorare variam et multifariam, sed etiam draconem colebat. Ab illis autem qui erant in Lystra, multum erant stultiore Babyloii: idcirco non posset statim revocare eos in hoc. Et multa alia in hac quæstione dici possunt; interim hæc modo suffecerint. Si igitur volumus adipisci omnia bona, quæ ad Deum pertinent quæramus. Sicut enim qui ea quæ hujus sæculi sunt, quærunt, ab istis et ab illis excidunt: sic qui quæ Dei sunt, præponunt, utraque adipiscuntur. Non itaque ista quæramus, sed illa, ut bona quæ promissa sunt, percipere mereamur in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri una cum sancto Spiritu gloria, imperium, honor, in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXVII.

Fide celebravit pascha et sanguinis effusionem, ne qui vastavit primitiva, tangeret eos. Fide transierunt mare Rubrum tamquam per aridam terram: quod experti Ægyptii absorpti sunt. Fide muri Jericho corruerunt circumiti diebus septem. Fide Rahab meretrix non perit cum infidelibus, excipiens exploratores cum pace. Plurima Paulus inter ipsa quæ loquitur solet argumentari, et densus est in sententiis. Talis quippe est Spiritus sancti gratia: non in abundantia verborum paucas continet sententias, sed in brevitate verborum magnum habet et plurimum intellectum. Intuere igitur quomodo sub occasione exhortationis et de fide disputans, cujus eos typi commemorat, et quanti mysterii, cujus habemus veritatem. *Fide, inquit, celebravit pascha et effusionem sanguinis, ne qui vastavit primitiva, tangeret eos.* Effusio sanguinis agni sacrificabatur in domo, et in sanguine perungebantur postes, et hoc erat tutamen a perditione Ægyptia. Si igitur sanguis agnus in medio Ægyptiorum, et in tanta devastatione illæsos servabat Judæos: multo amplius salvabit nos, non postes, sed animas nostras Christi sanguine perungentes. Etenim etiam nunc qui devastat in profunda hac nocte circumit, sed induamur arma justitiæ, hoc est illo sacrificio. Effusionem sanguinis perunctionem appellat: ex Ægypto enim eduxit nos Deus, hoc est, ex tenebris et idololatria. Quamvis quod fiebat, nihil esset, sed quod per illud perficiebatur, magnum erat: quod enim fiebat, sanguinis erat effusio; quod autem perficiebatur, salus, et conclusio et prohibitio perditionis. Timuit illum sanguinem angelus; sciebat enim cujus erat typus; dirigit, Dominicam mortem intelligens: propterea non tetigit postes. Dixit Moses, Un

gite; et unxerunt, et confessi sunt. Vos autem ipsius agni habentes sanguinem, non confiditis? *Fide transierunt mare Rubrum, sicut per aridam terram.* Iterum populum perfectum comparat plebi unius loci, ne dicant quia non possumus secundum quod isti potuerunt. *Fide*, inquit, *transierunt per mare Rubrum, sicut per aridam terram: quod experti Ægyptii absorpti sunt.* In hoc loco ad recordationes eos adducit passionem, quas in Ægypto passi sunt. Quomodo hoc? Quia fide sperabant per mare transire; propter hoc orabant: magis autem Moses erat qui orabat. Contemplaris quia ubique fides ratiocinationes humanas excedit, et infirmitatem atque humilitatem hominum superat? Intueris quia jam simul ut credebant, etiam supplicia declinabant, nunc quidem in sanguine postium, nunc autem in mari Rubro? Et hoc manifestabat aquam esse, quia illi venientes absorpti sunt: ex hoc apparebat non esse phantasiam, sed sicut in leonibus illis, qui ab eis devorati sunt, ostendebant veritatem rerum; et sicut in camino, qui incensi sunt: sic etiam nunc inspicias easdem res aliis quidem ad salutem et gratiam, aliis autem ad perditionem valuisse. In tantum est fides magnum bonum, quoniam etiam, quando ad desperationem aliquam venerimus, tunc quoque liberamur; ac si usque ad ipsam mortem veniamus, ac si de nobis ab omnibus desperetur. Quæ namque jam spes erat? Hinc Ægyptii, inde mare, et ipsi inermes: aut enim in mari erant perituri, si vellent fugere, aut in manus Ægyptiacas incidere. Verumtamen ex majore desperatione eos liberavit: id ipsum mare istis est substratum sicut terra, hos autem demersit sicut mare: illic oblitum naturæ suæ, hic autem etiam armatum esse adversum eos. *Fide*, inquit, *Jericho cecidit circumitis muris ejus per septem dies.* Non enim tubarum sonitus murorum saxa dejecit, ac si per decem millia annos quis tubis insonet, sed fides omnia valet.

Intueris ubique neque conscientia [*f. consequentia*] ulla rerum, neque naturæ lege omnia permutari, sed propter [*f. præter*] spem cuncta fieri? Proinde etiam hic propter [*f. præter*] spem cuncta fiunt. Quoniam enim sursum atque deorsum dicebat, quia oportet credere et spebus futuris regi, omnem istum sermonem movit, ostendens quia non tunc, sed ex initio omnia miracula per fidem impetrata sunt et perfecta sunt. *Fide*, inquit, *Rahab meretrix non perit una cum infidelibus, suscipiens exploratores cum pace.* Proinde admodum turpe est, si meretrice infideliores exstiterint; tamen illa homines audivit nuntiantes, et confestim credidit. Nam et eam effectus consequutus est: omnibus quippe pereuntibus, sola salvata est. Non dixit ad seipsam, Quia cum plurimis meis ero: non dixit, Num ego prudentior istis esse possum sapientibus viris, qui non credent, et ego credam? Nihil tale dixit, sed credidit dictis eorum, quod possent illa contingere. *Et quid adhuc*, inquit, *dico? deficit enim me tempus enarrantem.* Jam non ponit nomina, sed finem faciens in meretrice, et in verecundiam eos excitans qualitate personæ, non jam dilatat historiæ commemorationem, ne videatur sermonem suum protelare. Tamen non ea explanat, sed percurrit, sapienter valde utrumque faciens, et tempus fugiens, et densitatem sententiarum non auferens: neque enim omnino tacuit, neque dicens molestus effectus est; utrumque enim fecit. Cum enim fortiter quisquam decertat, si in certamine perseveraverit, defatigat auditorem. Qui enim jam credenti longitudine sermonis molestus esse voluerit, opinionem ambitionis incurrit: oportet enim utilitati prospicere, et coaptari. *Et quid adhuc*, inquit, *dico? deficit enim me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, et Sampson, et Jephthe, et David, et Samuel, et prophetis.* In hoc loco culpant quidam Paulum, quoniam Barac et Sampson et Jephthe inter istos constituit. Quid dicis? meretricem ponit, istos autem non ponat? Nec mihi nunc dicas aliam vitam eorum, sed etsi non crederent, etsi non claruerunt in fide. *Et prophetis*, inquit, *qui per fidem expugnaverunt regna.* Intueris quia non vitæ eorum hic testificatur quod clara fuerit; neque enim hoc quærebat, sed de fide erat ratio. Dic enim mihi, si non cuncta fide impetraverunt? *Per fidem*, inquit, *expugnaverunt regna. Gedeon quippe etiam justitiam operatus est.* Quinam, inquit, eorum? qui sunt isti quos dicit? Misericordiam enim dicit in hoc loco, quam habuit David: de eo enim hoc eum dicere arbitror. *Adepti sunt repromissiones.* Quales? Istas de quibus dicebat, quia semen ejus sedebit super solium ejus. *Obtulerunt ora leonum, exstinxerunt virtutem ignis, effugaverunt ora gladiatorum.* Contemplare quomodo in ipsa morte erant: Daniel circumdatus a leonibus, tres pueri in camino deambulantes, Israelitæ, Abraham, Isaac, et Jacob in variis tentationibus; et neque sic desperaverunt. Hoc enim est fides, ut cum res nobis in contrarium exeunt, tunc credamus: quia nihil contrarium factum est, sed cuncta consequentia et ordinata venerunt. *Effugaverunt ora gladiatorum.* De tribus pueris eum iterum puto dicere. *Convalescerunt ex infirmitate.* Tempus postquam reversi sunt de Babylonia significat. *Ex infirmitate* enim hoc esse puto; id est ex captivitate, quando jam in desperatione erant Judaicæ res, quando jam a mortuis nihil distabant. Quis enim non desperabat de Babylonia eos posse reverti? et non dico reverti solum, sed etiam fortiores effici. *Verterunt castra exterorum.* Sed vobis nihil tale contigit, inquit. Sed hæc formæ sunt futurorum. *Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos.* Ea quæ circa prophetas provenerunt, dicit, Helisæum et Heliam significans, qui mortuos suscitabant. *Alii vero*, inquit, *distenti sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem resurrectionem adipiscantur.* Sed nos non adepti sumus resurrectionem. Sed possumus ostendere et illos, inquit, excisos, et non suscepisse, ut meliorem resurrectionem adipiscantur. Nam cur, dic mihi, in præsentī vita nolebant vivere? nonne quia meliorem expectabant? ut cum alios suscitarent, ipsi tamen mori desiderabant. Clarum ergo est quia ut meliorem resurrectionem adipiscerentur, non enim [*f. autem*] talem, qualem resurrectionem acceperant illi filii illarum mulierum. In

hoc loco videtur mihi quia Joannem et Jacobum significat : distentio quippe dicitur decollatio. Nam possent videre solem, possent non redarguere, et elegerunt magis mori, cum insi alios suscitant, ut mellorem resurrectionem adipiscerentur. *Alii autem ludibria, et verbera experti sunt, insuper et vincula et carceres.*

In istis facit finem, quia maxime isti familiari similitudine jungentur, et maxime illis ista afferebant consolationem. Quando enim quis in eadem causa, vel in eadem passione aut tristitia detinetur, solatium ex similitudine compatientis accipit : alioquin ac si pejorem aliquam passionem dicas, si non ex eadem causa orta sit, nihil prodest. Propterea in hoc sermonem suum concludit, vincula nominans et carceres et verbera et lapidationes. Stephanum significans et Zachariam. Propterea adjunxit : *In occisione gladii mortui sunt.* Quid dicis ? alii quidem effugaverunt ora gladium, alii vero in occisione gladii defecerunt. Quid est hoc ? quid horum laudas, quid admiraris ? hoc an illud ? Ita, inquit : hoc quidem vobis proximus est, illud autem laudabile est, quia et circa ipsam mortem prævaluit fides, et typus futurorum. Duo quippe sunt miracula fidei, quia et impetrat magna, et patitur magna, et nihil reputat pati. Et non potestis dicere, inquit, quia peccatores quidam erant et infimi. Si enim ex alia parte totum mundum compares, illos invenio virtutis pondere meliores, et trutinam attrahentes, et honorabiliores valde exstantes. Quid igitur possent hic recipere ? In hoc loco excitat eorum mentem, ut non adhaerant presentibus, sed superiora sapiant, et eminentiora omnibus quæ sunt in hac vita : siquidem omnis mundus non est dignus in eorum comparatione. Quid igitur vis in hac vita recipere ? injuria quippe est, si in hac vita mercedem recipias. Non itaque sæcularia sapiamus, neque in hac vita quæramus reciprocationem, neque in tantum simus pauperes. Si enim omnis mundus non est dignus eis, cur partem aliquam quæris ? Et merito : amici quippe sunt Dei. Mundum autem in hoc loco dicit aut multitudinem hominum, aut ipsam creaturam, aut utrumque : solet enim Scriptura utraque munus appellare. Si cuncta creatura, inquit, cum omnibus hominibus constituatur, nunquam in comparatione horum digna esset : et merito. Sicut enim decem millia pondera palarum vel sœni in comparatione decem margaritarum digna non essent : sic neque illi. *Mellior, inquit, unus faciens voluntatem Dei, quam decem millia iniqui.* Decem millia enim non plurimos dixit, sed multitudinem infinitam. Intellige ergo quantus est justus. *Dixit Jesu Nave, Stet sol circa Gabaon, et luna circa vallem Haylon ; et factum est.* Veniat igitur omnis mundus, magis autem duo, aut tres, aut quatuor, et decem, et viginti, dicant et faciant hoc ; sed non poterunt. Amicus vero Dei creaturis amici sui imperabat, magis autem amicum suum postulavit, et obedierunt servi : et ille qui deorsum erat, superioribus imperabat. Intueris quia hæc ad servitutem facta sunt, cursum dispositum peragentia ? Hoc etiam ab illo opere Mosis majus est. Quid ita ? Non enim æquale est mari imperare, et eis qui in cælo sunt. Magnum quidem et illud est, et valde magnum, verumtamen nihil simile. Quid igitur ? Forma erat Jesu illud nomen : idcirco igitur hoc factum est : etiam propter ipsum vocabulum reverita est creatura. Quid ergo ? alter aliquis non est vocatus Jesus, nisi iste ? Sed iste ad hoc vocatus est in typo : etenim Auses dicebatur. Propterea mutatum est nomen ejus : prænuntiatio quippe fuit et prophetia : quippe introduxit populum in promissionem, sicut Jesus in cælum : non sicut lex, neque Moses, sed de foris permansit : non valet lex introducere, sed gratia. Intueris formas jam inde ab initio descriptas ? Imperavit creaturæ, ut ita dicam, ipsi capiti deorsum stans : ut quando vides in hominis habitu Jesum eadem ipsa dicentem, non turberis neque mireris. Ipse etiam Mose vivente superavit bella : sic etiam lego vivente ipse cuncta dispensat, sed non manifeste. Attamen videamus quanta virtus est sanctorum.

Si in hac vita tanta operantur, si hic tanta faciunt, quæ et angeli : quid jam illic ? quantam habebunt claritatem ? Arbitror quod unusquisque vestrum vellet esse talis, ut posset imperare soli et lunæ. In hoc loco qui dicunt spheram esse cælum, quid dicunt ? Quare enim non dixit, Stet sol ; sed addidit, *Stet sol circa Gabaon, et luna circa vallem Haylon ?* Hoc est, majorem diem operentur. Hoc etiam in Ezechia contigit ; repedavit sol. Hoc enim in hoc mirabilis est, ut contrariam viam pergeret, qui nondum suum cursum peregerat. Sed his majora adipiscimur, si voluerimus. Quænam sunt ? Quæ nobis Christus promisit : non solem statuere, non lunam, non repedationes solis ; sed, *Venietus ad eum, inquit, ego et Pater, et mansionem apud eum faciemus.* Quid mihi opus est sole et luna et istis miraculis, ipso Domino cunctorum apud me habitante et permanente ? Quid mihi opus est cæteris ? ipse mihi erit sol, ipse lumen. Dic enim mihi, quid velles intrans in regnum cælorum posse ? commovere aliquid eorum, quæ in cælo fixa sunt, et transmutare de loco ad locum : an ipsum Regem sic tibi familiarem efficere, ut impetrares ab eo, apud te eum commanere ? Multo amplius arbitror quod istud eligas, quam illud. Quid autem mirum est, inquit, si ea quæ homo impetrat, hæc etiam Christus ? Sed Christus inquit, non rogat Patrem, sed ex auctoritate propria facit. Bene dicis : proinde confitere primum hoc, et dic quoniam non rogat Patrem, sed ex auctoritate facit : et tunc interrogabo. Oratio igitur descensionis et dispensationis indicium est ? non enim inferior est Christus Jesu Nave ; sed ut nos doceret. Sicut enim magistrum audiens halbutientem, et singulas literas dicentem, non eum dicis ignorare, cum interrogat, ubi sit illa vel illa litera : scis quia non ignorans interrogat, sed discipulum volens instituere : sic et Christus non opus habens oratione, orabat ; sed te volens instituere, ut assiduus sis ad orationem, ut sine præmissione, ut sobrie et cum multa vigilantia ores. Vigilare autem non in hoc dico, ut nocte surgatur, sed etiam in die sobrius esse in oratione : vigilans quippe vocatur, qui talis est.

Nam potest quisquam et noctibus orans dormire, et in die orans vigilare : quando fuerit anima intenta, quando intelligit cui loquitur, ad quem illi sermo est, quando in mente percipit quia angeli sunt præsentés cum timore et tremore ; ipse autem accedit oscitans et scabens seipsum. Magna arma sunt oratio, si cum integra mente fiat. Et ut agnoscas ejus virtutem, etiam impudentiam et iniquitatem et crudelitatem et supinitatem frequens vincit oratio. *Audistis*, inquit, *quid dixerit iudex iniquitatis?* Sed etiam pigritiam superavit : et quod amicitia promereri non potuit, hoc promeruit assidua oratio. *Et ei non*, inquit, *propter amicitiam dabit illi, veruntamen propter molestiam ejus exurgens dabit illi.* Sed etiam indignam dignam facit oratio continua. *Non*, inquit, *est homum accipere panem florum, et dare canibus.* *Etiam, Domine*, inquit : *nam et canes comedunt de mensis dominorum suorum.*

Instemus igitur orationi : magna arma sunt oratio, si cum intentione fuerit, si sine vana gloria, si cum animo sincero. Ipsa bella devicit, et vertit in fugam ipsam gentem integram, et indignam beneficium promereri facit : *Audisti*, inquit, *gemitum eorum, et descendi liberare eos.* Ista medicamentum est salutare, et prohibitio peccatorum, et medicina delictorum : cum hac vidua desolata permanebat. Si cum humilitate oremus, si pectus tundamus, sicut publicanus ; si illa loquamur, quæ ille loquebatur ; si dicamus, *Propitius esto Domine mihi peccatori*, omnia adipiscemur. Ac si enim non sumus publicani, verum alia plura habemus ab illo non minora peccata. Nec mihi dicas quoniam in parvo aliquo peccavi : eandem enim naturam habet hæc res. Sicut enim similiter homicida dicitur, qui sive puerum, sive virum occidat : sic et avarus et qui plura, et qui parva diripuit. Et tenere malum in corde non est parvum, sed etiam grande peccatum : *Qui etenim tenet*, inquit, *in corde malum, viator est ad mortem* ; et, *Qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit gehennæ* ; et qui dixerit fratrem suum fatuum, et stultum ; et decem millia alia. Et participamus et tremendis et terribilibus sacramentis, et invidemus et detrahimus : quidam autem vestrum etiam sæpius ebriantur. Horum unumquodque etiam solum per se sufficit ad excludendum de regno : cum autem in unum coacervata fuerint, quod solatium habebimus ? Multa nobis opus est pœnitentia, fratres dilectissimi, multa oratione, multa perseverantia. ut possimus adipisci bona quæ promissa sunt. Dicamus ergo et nos : *Deus propitius esto mihi peccatori* ; magis autem non dicamus tantum, sed etiam sic sapiamus, ac si nos alter appellet, non indignemur. Audiebat enim ille, *Quia non sum sicut hic publicanus* ; et non est irritatus, sed magis compunctus est. Suscepit improprium, et caruit improprio. Dixit ille vulnus, et quæsit isle remedium. Dicamus iterum : *Propitius esto mihi peccatori* : veruntamen ac si alius dicat, non irascamur. Si enim nosipsi nobis dicamus [, si] plurima mala, ab aliis autem audientes inæquanimiter feramus, non erit hoc humilitas neque confessio, sed ostentatio et vana gloria. Ostentatio quippe est, vocare seipsum peccatorem ; humilitatis quippe opinionem volumus acquirere, apud alios autem in admiratione esse : laudari enim volumus : nam si e contrario dicamus nosipsos justos, contemnimur. Proinde etiam hoc propter gloriam facimus. Quid est autem humilitas ? Ut cum ab alio improprium audimus, toleremus, agnoscamus peccatum nostrum, et patienter feramus accusationem. Et neque hoc adhuc humilitatis est, sed et ingenuitatis. Nunc autem nosmetipsos quidem dicimus peccatores, indignos, et cætera plura : si vero alius quisquam nobis unum horum impingat, sævimus, exasperamur. Intueris quia non est hoc confessio, sed [f. nec] ingenuitas ? Dixisti temetipsum esse talem ; non indigneris etiam cum ab alio audis, et cum redargueris : sic enim tibi peccata levigabuntur, cum alii improprianter sibi temetipsos quidem onus imponunt, te autem ad philosophiam intromittunt. Adverte quid dixit beatus David, cum ei malediceret Semei : *Sine illum*, inquit : *Dominus præcepit ei, quatenus agnoscat humilitatem meam, et retribuatur mihi Dominus bona pro maledictione hac hujus diei.* Tu autem de teipso dicens nimietatem malorum, ab aliis autem nisi magnorum justorum laudes audias, exasperaris. Intueris quoniam laudaris in rebus non laudandis ? Etenim laudes cupiditate aliarum laudum repellimus, ut majores iterum mereamur, ut magis in admiratione simus. Proinde nequaquam desiderio laudum appetamus humilitatem, ut laudes nostræ amplificentur. Si enim omnia propter gloriam faciamus, nihil propter veritatem. Propterea cuncta vacua, cuncta fœnea. Idcirco obsecro, ut vel nunc recedamus a matre malorum omnium, hoc est a vana gloria, et vivamus secundum quod Deo placet, ut valeamus futura bona adipisci, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri gloria, una cum sancto et bono ejus Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXVIII.

Circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, tribulati, afflicti : quibus dignus non erat mundus iste : in solitudinibus errantes et in montibus et in speluncis et in cavernis terræ, etc. Semper quidem, maxime autem cum sanctorum recogito virtutes et rectitudines operum, tunc mihi occurrit desperatio mei : quia neque vel in somnis experimentum accipimus bonorum, quæ illi per totum vitæ suæ tempus gerebant, viri qui non pro peccatis luebant supplicia, sed semper ad rectitudinem proficiscentes et semper tribulabantur. Intellige quippe Heliam,

ad quem hodie sermo noster pervenit : ipsum quippe hoc in loco nominat, et in ipso defini-
vit exempla : quod erat familiare istorum et proprium. Et cum dixisset ea quæ circa apo-
stolos gesta sunt, quia in occisione gladii mortui sunt, lapidati sunt, recurrit ad Heliam, qui
eadem passus est. Fortassis enim, quia necdum de apostolis tantam opiunionem habebant,
merito ex illo, qui assumptus est, sermonem facit, qui maxime erat in admiratione. Ex hoc
ergo afferre orationem [*f. hortationem*] et consolationem voluit. *Circumierunt, inquit, in
melotis, et in pellibus caprinis egentes, tribulati, afflicti, quibus dignus non erat mundus iste.*
Neque vestimentum habebant, inquit, sed erat eis nimietas tribulationis, non civitatem, non
domum, non receptaculum. Quod etiam Christus dicebat : *Quoniam Filius hominis non habet
ubi caput suum reclinet.* Quid dico receptaculum non habebant, nec stare permittentur : ne-
que enim vel cum ad ipsas solitudines veniebant, otiosi erant. Non enim dixit, In solitudi-
nibus sedebant, sed etiam ibi fugiebant, et inde exagitabantur, non ex mundo tantum, sed etiam
ex inhabitabilibus locis, quæ ibi facta sunt. Sic est, inquit, nos culpant propter Christum :
Heliam vero in quo potuerunt culpare ? Exagitabant illum et insequabantur, et cum fame
pugnare cogebant : quod etiam isti tunc patiebantur. *Decreverunt, inquit, illis mittere fratres, eis
qui tribulabantur discipulis. Secundum quod facultatem unusquisque habebat, definiit unus-
quisque eorum in ministerium mittere habitantibus in Judea fratribus.* Quod etiam ad istos
pertinebat. *Afflicti, inquit, et male patientes, in itineribus et in periculis.* Quod autem dixit :
Circumierunt quidem in solitudinibus errantes, et in montibus et speluncis et cavernis terræ,
sicut profugi et per fugæ, inquit ; sicut qui in turpibus est deprehensus, sicut indigni solent
videri. Neque in solitudinibus inveniebant refugium, sed semper fugiebant, diversiones ali-
quas quærebant, vivos seipsos obruere volebant, semper in timore erant. Quæ est ergo mer-
ces, vel quæ tanta retributio et vicissitudo ? *Necdum, inquit, receperunt mercedem, sed adhuc
permanent ; et ita mortui, et in tanta tribulatione, necdum receperunt : tantum tempus ha-
bent ex quo vicerunt, et necdum receperunt : vos autem in certamine constituti, mærore
afflicimini.* Intelligite itaque quæle et quantum est Abraham sedere, et apostolum Paulum ;
expectantes quando perficiatur, ut possint tunc mercedem recipere. Nisi enim etiam nos
illuc venerimus, tunc prædixit eis Pater non dare mercedem : sicut pater bonus, amator filio-
rum, probabilibus filiis et opus perficientibus dicit non se daturum comedere, nisi venerint
etiam alii fratres. Tu autem anxius es, quia necdum mercedem accipis. Quid itaque faciet
Abel, qui ante omnes vicit, et adhuc sine corona sedet ? Quid Noe ? quid cæteri illorum
temporum ? quia ecce [*f. qui et te*] expectaverunt, et alios expectant qui post te futuri
sunt. Vide quia nos in hoc superamus eos : de nobis enim dixit, *Melius aliquid providit
Deus.* Ne aliquid a nobis plus habere viderentur, si primi quam nos coronarentur, unum de-
finiit tempus omnium coronarum ; et qui ante tantos vicit annos, tecum accipiet coronam.
Contemplaris curam et delectionem divinam ? Et non dixit, *Ne sine nobis coronentur, sed,
Ne sine nobis consummarentur.* Proinde etiam perfecti tunc parebunt. Prævenierunt nos in
certaminibus, sed non præveniunt in coronis. Non enim illos læsit, sed nos honoravit : nam
et ipsi fratres libenter nos expectant. Si enim corpus unum omnes sumus, major ex hoc
efficitur corpori jucunditas, cum simul et communiter coronatur, et non per partes. Et-
enim iusti etiam in hoc sunt mirabiles : quia sicut de propriis bonis, sic gaudent et de bonis
fratrum. Proinde etiam in illis hoc juxta votum procedit, ut cum fratribus coronentur :
ut simul glorificentur, magna jucunditas. *Ideoque, inquit, et nos tantam habentes impositam
nubem testium.*

In multis consolationem Scriptura assumpsit majorum ex accedentibus rebus : sicut solent
prophetæ, *Ex arstu, ex duritia, ex imbribus*. Hoc igitur etiam hic dicit, quia memoriam
illorum sanctorum, sicut nubes inflammans ex radio igneo, sic animam malis oppressam
excitat et recreat. Et non dixit, Super nos apparentem, sed, *Impositam nobis* : quod amplius
erat. Proinde in majori nos fiducia esse facit nubes testium et moles. Et merito testes eos
appellavit : non eos qui in Novo Testamento fuerunt tantum, sed etiam illos qui in Veteri
erant, significavit. Etenim quia etiam illi testificati sunt majestati divinæ, sicut tres pueri,
sicut Helias, sicut omnes prophetæ. *Deponentes, inquit, omnia.* Omnia quæ dicit ? Hoc est,
somnia, anxietatem, cogitationes infimas, omnia humana. *Et circumstans nos, inquit,
peccatum.* Circumstans dixit, sive quod nos facile circumveniat, sive quod ipsum circumve-
niri facile possit : magis autem hoc arbitrari dici : facile enim si velimus, prævalemus pec-
cato. *Per patientiam, inquit, curramus propositum nobis certamen.* Non dixit, cestibus dimi-
cemus, neque athletico more pugnemus, neque bella geramus ; sed, quod omnibus est levius,
hoc nominavit, cursum appellans. Neque dixit, Addamus cursui nostro ; sed in eodem ipso
permaneamus, non dissolvamur. *Curramus, inquit, propositum nobis certamen.* Deinde ad-
jungit summam et caput orationis : quod enim primo posuerat, hoc etiam novissime ponit,
hoc est, Christum : *Aspicientes in auctorem fidei, et consummatorem Jesum.* Quod etiam ipse
Christus discipulis suis sæpius commendabat : *Si patrem familias, inquit, Beelzebub vocaverunt,
quanto magis domesticos ejus ?* et iterum : *Non est discipulus super magistrum, neque servus super
dominum suum. Aspicientes, inquit, hoc est ut discamus currere.* Sicut enim filii parentes, et
discipuli in certaminibus magistros attendunt, informantes mentem ex parte doctorum, per vi-
sum regulas quasdam sumentes : sic etiam hic, si volumus currere, et discere ut bene curramus,
ad Christum attendamus. *Auctorem, inquit, fidei nostræ, et consummatorem Jesum.* Quid est hoc ?
Hoc est, quia ipse nobis fidem infundit : etenim ad discipulos suos dicebat : *Non vos me elegistis,
sed ego elegi vos.* Et Paulus iterum dixit : *Tunc cognoscam, sicut et cognitus sum.* Ipse initium no-

his imposuit, ipse etiam finem ponet. *Qui pro gaudio sibi proposito sustinuit crucem, confusione contempta.* Hoc est, licebat illi nihil pati, si vellet: non enim peccatum fecit, neque dolus inventus est in ore ipsius: sicut et ipse dixit in Evangelio: *Venit princeps hujus mundi, et in me non habet quidquam.* Adjacebat igitur illi, si vellet, non venire ad crucem: *Potestatem quippe habeo, inquit, ponere animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam.* Si igitur qui nullam habuit necessitatem ut crucifigeretur, crucifixus est propter nos: quanto magis nos justum est omnia fortiter tolerare? *Qui pro gaudio sibi proposito, inquit, sustinuit crucem, confusione contempta.* Quid est, *Confusione contempta?* Probrosam, inquit, sustinuit mortem. Esto igitur, moriebatur: quid etiam, ut probrose moreretur? Pro nulla alia causa, nisi ut nos doceret, nihil existimare gloriam, quæ ab hominibus defertur. Idcirco non subjectus morti suscepit mortem, docens nos præsumere contra mortem, et eam nullius existimare, momenti. Quare non dixit, *Tristitia contempta, sed Confusione contempta?* Quoniam non cum tristitia mortem sustinuit. Novissima autem quid factum est? *In dextera, inquit, sedis Dei considet.* Vides præmium? Quod etiam Paulus sciens, dicit: *Propter quod et Deus illum superexaltavit, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur.* Eum qui secundum carnem est significat. Maxime autem, ac si nullum esset præmium, ipsum solum exemplum idoneum erat ad persuadendum omnia tolerare: nunc autem etiam præmia promittuntur, non quælibet, sed valde magna et ineffabilia. Proinde etiam nos cum aliquid tale passi fuerimus, ante apostolos ipsos Christum cogitemus. Quare? Quia tota vita ejus cum multa fuit injuria. Etenim semper audiebat, quod insanus esset et seductor et magus: et nunc quidam dicebant Judæi, *Non, inquit, sed seducit populum; et iterum, Seductor ille dixerat adhuc vivens, quia post triduum resurget.* Iterum eum de arte magica criminabantur, dicentes: *In Beelzebub expellit dæmonia, et quia insanit et dæmonium habet. Nonne bene dicimus, inquit, nos quia dæmonium habet et insanit?* Et hæc audiebat ab illis, ipse beneficia præstans, mirabilia faciens, opera Dei demonstrans. Et si quidem nihil faceret, et sic ista audiret, nihil esset mirabile: cum vero docens quæ ad veritatem pertinebant, audiebat quod seductor esset, et dæmones excludens, dæmonium habere dicebatur, et omnia mala subvertens, magus appellabatur: res valde lugenda est; sic quippe eum sæpius accusabant.

Si autem vis et reprehensiones et irrisiones agnoscere, quas adversus eum faciebant, quæ solent maxime animas nostras mordere, adverte. Primum ex genere illi detrahebant: *Nonne hic est filius fabri, cujus novimus nos patrem et matrem? nonne fratres ejus omnes apud nos sunt?* Iterum detrahebant illi de patria, dicentes ex Nazareth illum esse: et iterum, *Interroga, inquit, et vide, quia ex Galilæa propheta non exsurget.* Et tolerabat tantas calumnias patiens. Et iterum dicebant: *Nonne Scriptura dicit quia Christus ex Bethleem vico venturus est?* Vis autem audire irrisiones quas faciebant? Venientes, inquit, ad ipsam crucem, adorabant illum et cædebant et colaphizabant, et dicebant ei: *Dic nobis, quis est qui te percussit?* et acetum dabant ei dicentes: *Si Filius Dei es, descende de cruce.* Adhuc etiam et servus principis sacerdotum alapam dedit ei; et dixit, *Si male quidem loquutus sum, testificare de malo: si autem bene, quid me cædis?* Et illudentes chlamydem coccineam circumdederunt eum, et spebant in faciem ejus: sed etiam tentamenta ei sæpius ingerebant, tentantes eum. Vis etiam accusationes audire, sive quæ secreto, sive quæ palam ab ejus discipulis fiebant? *Numquid et vos, inquit, vultis abire?* Sed etiam, *Dæmonium habes, a fidelibus jam dicebatur.* Nonne et ipse semper fugiebat? et nunc quidem in Galilæam, nunc autem in Judæam? nonne ab incunabulis ipsis plurimæ illi tentationes factæ sunt? nonne adhuc infans constituto mater ejus eum accipiens descendit in Ægyptum? Propter hæc igitur omnia dixit: *Attendentes in auctorem fidei, et consummatorem Jesum, qui pro gaudio sibi proposito sustinuit crucem, confusione contempta, et in dextera sedis Dei considet.* Nunc igitur intendamus in ea, quæ discipuli ejus perpassi sunt: legamus dicta Pauli, et audiamus eum dicentem: *In sustinentia multa, in tribulationibus, in angustiis, in plagis, in carceribus; et iterum, Usque ad hæc horam esurimus, et sitimus, et nudi sumus, et colaphizamur, et inquietamur, et lugemus, operantes manibus nostris: maledicti benedicimus, passi persecutionem patienter ferimus, blasphemati obsecramus.* Rogo quis vel minimam partem horum passus est? Sicut seductores, inquit, sicut inhonorati, sicut nihil habentes: et iterum, *Quinquies quadragenas una minus accepi a Judæis, ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, die et nocte in profundo maris fui, in itineribus sæpe, tribulationibus, angustiis sui, et fame.* Et quia hæc Deo placebant, audi eum dicentem: *Propter hoc tertio Dominum rogavi, et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: virtus enim in infirmitate perficitur.* Propterea, inquit, *glorior in infirmitatibus meis, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, ut inhabitet in me virtus Christi.* Sed etiam audi Christum dicentem: *In mundo, inquit, tribulationem habebitis. Recogitate, inquit, talem contradictionem eum a peccatoribus esse passum, ne fatigemini animis vestris dissoluti.* Si enim proximorum passiones erigunt nos, quantam alacritatem nobis effecerint Domini passiones? quid vos non estis operati? Prætermittens omnia, per contradictionem totum significavit. Addendum etiam tale, hoc est, plagas quas accipiebat in capite, irrisiones, injurias, impropria, illusiones. Omnia hæc nomine contradictionis intimavit: et non illa tantum, sed et alia, quæ circa vitam sunt... passiones Christi, et passiones apostolorum. Sic enim sciebat meliorem hanc viam esse virtutem, ut etiam ipse qui ea opus non habebat, per eam pergeret: in tantum noverat tribulationem conducibilem nobis esse, et magis causam esse quietis. Audi enim ipsum Dominum

dicentem : *Nisi enim quis tulerit crucem suam, et venerit post me, non est me dignus.* Si discipulus es, inquit, Magistrum imitare, hoc quippe est discipuli. Si vero ipse quidem per tribulationes perrexit, tu autem per requiem vis ire, non eandem viam vis pergere quam ille perrexit, sed aliam. Quomodo ergo sequeris non sequens? quomodo eris discipulus, non sectans Magistri vestigia? Hoc etiam Paulus dixit : *Nos infirmi, vos autem fortes; nos ignobiles, vos autem nobiles.* Et quomodo, inquit, hoc habet rationem, si contraria æmulamini? et vos quidem estis discipuli, nos autem doctores? Magnum itaque bonum, fratres dilectissimi, est tribulatio: duo namque perficit magna, et a peccato mundat, et fortiores reddit.

Quid ergo est, dicet aliquis, si subvertat aliquem et perdat? nonne tribulatio hoc facit? Sed si hoc contingit, nostra hoc ignavia facit. Quomodo, inquit? Si sobrii simus, si Deum deprecemur, ut nos non derelinquat tentari supra quam possumus, si semper ipsum teneamus, si stemus fortiter et aciem componamus, usquequo ipsum habebimus auxiliatorem: ac si omnibus ventis vehementius irruant tentationes, veluti stipula nobis erunt et folium quod fertur in aere. Audi Paulum dicentem : *In his omnibus supervincimus;* et iterum, *Existimo enim quoniam non sunt condignæ passionēs hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelanda est in nobis;* et iterum, *Momentaneum enim et leve tribulationis, excellens pondus eternæ gloriæ in nobis operatur.* Attende igitur qualia pericula, quanta naufragia, et continuas tribulationes, et alia hujusmodi levia esse dicit: æmulare hunc adamantem, qui veluti si jam supervacue indueretur corpore, ita gerebat hanc vitam. In paupertate es? sed non es in quanta fuit Paulus, qui etiam in fame examinatus est et siti ac nuditate. Sed neque uno die hæc passus est, sed perpetuo talia sustinebat. Unde hoc certum est? Adverte illum dicentem : *Usque in hanc horam et esurimus, et sitimus, et nudi sumus.* O rem admirabilem, cum tantam in prædicatione gloriam possideret, cum tanta patiebatur, et fortassis reliquum annum vitæ agebat, quando ista scribebat. *Scio enim hominem ante annos quatuordecim, sive in corpore, sive extra corpus, nescio;* et iterum, *Post tres annos, inquit, ascendi Jerosolymam.* Et iterum audi eum dicentem : *Bonum mihi est mori, quam ut gloriam meam exinaniat quisquam.* Non solum autem hoc, sed etiam iterum dicebat, scribens : *Sicut purgamenta mundi facti sumus.* Quid est, inquam, fame et siti deterius? quid frigore sævius? quid fratrum insidiis periculosius? quos etiam falsos fratres appellat. Nonne morbus mundi vocitabatur, atque deceptor? nonne subversor? nonne verberibus concidebatur? Hæc in mentem sumamus, fratres dilectissimi, hæc consideremus, hæc in memoria teneamus, et numquam dissolvemur, ac si injurias patiamur, ac si rapinas, ac si decem millia pessima patiamur. Contingat nos in cælis probabiles apparere, et omnia hæc portabilia sunt: contingat nos illic bene agere, et res hujus vitæ nullius momenti sunt. Umbrae sunt ista et somnium: qualiacumque sint, illa speremus et spectemus: ista nobis mala nulla apparebunt vel ex naturæ consideratione vel temporis. Quid enim valent esse, cum ad illa sævissima comparantur? quid ad ignem inextinguibilem? quid ad vermem, qui non moritur? quid ex hujus vitæ rebus æquale possis edicere? quid stridori dentium, vel vinculis, vel exterioribus illis tenebris comparabis? quid illi iræ, quid tribulationi, quid angustia? quod tempus poteris comparare? quid sunt decem millia anni, cum sæcula cogitas infinita? nonne quantum est stillicidium minimum abysso comparatum? An forte illis bonis hæc bona comparanda putantur? Sed illic immensitas est bonorum, *Quæ oculus non vidit, nec auris audivit, et in cor hominis non ascenderunt.* Sed hæc etiam per infinita sæcula protenduntur. Pro his itaque millies concidi quis non eligat, occidi, comburi et mille mortibus subjici, et quidquid dici potest sævissimum tolerare vel verbo vel opere? Si enim in ignis combustionem esset vivendum, nonne tolerandum erat, ut possimus adipisci illa quæ nobis repromissa sunt bona? Sed quid hæc loquor pene delirans, ad homines loquens, qui necdum pecunias contemnere patiuntur, sed veluti immortales, ita custodiunt, ac si parva ex plurimis dederint, integrum opus se existimant perfecisse? Sed non est hæc eleemosyna: eleemosyna enim illa est, qualis fuit illius viduæ, quæ totam vitam suam evacuavit. Si autem non poteris tantum dare, quantum illa vidua dedit, saltem quod tibi superabundat non dubites impartire. Habeto sufficientiam, quid tibi supervacaneis opus est? Sed nullus est, qui vel illud quod superabundat offerre velit. Donec enim habes servos plurimos et vestimenta serica, cuncta hæc cognosce superflua: necessarium horum nihil est, vel quos [l. quo] usus indigeat, vel sine quibus vivere non valeas. Hæc ergo superflua esse cognosce, et omnia quæ exterius adjacent nobis, et sine quibus vivere possumus; superflua esse certum est. Videamus itaque, si placet, si solos duos servos habeamus, utrum vivere possimus. Nonne sunt plurimi, qui sine servulis vivunt? Qualem ergo nos excusationem habere possumus, quibus non sufficiunt duo servi? Possumus etiam domum ex lateribus habere constructam, duo vel tria habitacula concludentem, quæ usui nostro sufficiant. Nonne sunt etiam plerique, qui cum filiis et uxore unum habitaculum possident? Sint tibi etiam, si volueris, pueri duo. Sed confusio, inquit, est, si cum duobus servulis matrona procedat. Non est confusio, sed magis confusio est cum plurimis ambulare. Fortassis enim etiam irridetis hæc audientes. Credite mihi quia hæc est confusio. Sicuti nundinatores pecorum, vel sicut caupones venalium servulorum, ita magnum hoc putatis cum servis plurimis ambulare. Typhus est istud, et vana gloria: illud autem philosophia et honesta moderatio. Matronam quippe non ex numerositate servorum concedet apparere: quæ namque vel virtus, vel laus est servos plurimos possidere? Hoc quippe ad animam non pertinet: quod autem ad animam non pertinet, nullum ostendit libertatis vel honestatis indicium. Quando enim parvis contenta est, tunc se veram

matronam esse declarat : quando vero multis indiget, tunc vere ancilla est, ancillisque deterior.

Dic enim mihi, nonne angeli soli totum mundum circumeunt, et pedissequis nullis egent ? num propterea nobis inferiores existunt, indigentibus non indigentes ? Si itaque nequaquam indigere pedissequo, angelicum quidem est : quæ est ergo quæ angelicæ vitæ propinqua est ? illane quæ plurimis indiget servis, an quæ paucis ? Itane hoc non est confusio ? confusio namque est, absurdum aliquid operari. Dic enim mihi, quæ ad se convertit stantes in publico, quæ habet servorum obsequium plurimorum, an illa quæ paucorum ? Sed etiam ea quæ perpaucos secum adducit, nonne illa honestior est quæ sola procedit, et pene nullius occurrit obtutibus ? Intueris quia illud magis est confusio ? Quæ namque convertit oculos adstantium in plateis, quæ pulchris et pretiosis utitur vestimentis, an illa quæ simpliciter suum contegit corpus, et cum decore honestatis ac pudore incedit ? Nonne istam pene nec videmus, ac si videamus, oculos revocamus : illam autem non solum compelluntur plurimi contueri, sed etiam interrogant, quænam illa sit et unde. Et prætermitto dicere, quanta ex hoc invidia generatur. Quid ergo est turpe videri ? quando confusio major est, quando illam omnes attendunt ; an quando nullus attendit ? quando de illa cognoscunt, an quando curam faciunt requirendi ? Contemplaris quia non pro confusione, sed propter vanam gloriam gerimus universa. Verumtamen, quia impossibile est mentes vestras abducere, sufficit mihi interim ut doceamini quia non est ista confusio. Solum quippe peccatum judicandum est esse confusionem, quod magis minime judicamus, sed omnia potius quam hoc confusionem esse decernimus. Vestimenta habenda sunt necessaria : num etiam supervacanea ? Verumtamen ne vos in multam angustiam retrudamus, illud admono, quia auro vobis opus non est neque subtilissimis vestibus. Et hæc non ego dico ; et quia non mea sunt ista verba, audi beatum Paulum dicentem et admonentem mulieres, *Ut ornent seipsas, non in tortis crinibus, vel auro vel margaritis vel vestibus pretiosis*. Sed qualiter ornari præcipis mulieres, o Apostole, dicito : fortassis enim dicunt, quoniam quæcumque aurea sunt, illa sunt pretiosa, serica vero non sunt. Dic ergo qualibus vestibus vis mulieres ornari ? *Habentes, inquit, victum et tegumentum, his contenti simus*. Tale sit ergo hominis vestimentum, ut tantummodo contegatur. Propterea enim nobis ista tribuit Deus, ut operiamus nuditatem : hoc autem qualecunque vestimentum valet efficere, quod parvi sit pretii. Fortasse ridetis, quæ sericis circumdatæ estis vestimentis. Oportet quidem ridere, si attendamus quid Paulus præcipiat, quid nos e contrario faciamus. Non enim mihi ad solas mulieres sermo dirigitur, sed etiam ad viros. Omnia reliqua quæ habemus, supervacua sunt. Soli pauperes supervacanea et vana non possident, fortassis autem etiam ipsi ex necessitate : cæterum si liceret, neque illi prorsus abstinerent. Verumtamen, sive per occasionem sive per veritatem, interim illi superflua non habent. Et talibus quippe debemus indui vestimentis, quæ necessitatem suppleant. Quid enim opus est plurimis aureamentis ? Eis enim qui in scena sunt, ista conveniunt : hæc illarum sunt indumenta mulierum : hoc est meretricum, quæ omnia ad hoc faciunt, ut libenter spectentur. Illa igitur quæ descendit in scenam, componatur, quæ ingreditur in orchestram ; omnes enim cupit ad se attrahere : quæ autem pietatem profitetur, non ita se debet ornare, sed aliter. Habes namque ornatum satis illo majorem, habes et tu spectaculum : ad illud te spectaculum compone, illo te ornatu circumdato. Quod ergo tibi est spectaculum ? Angelorum innumera multitudo, non virginum tantum dico, sed etiam sæcularium mulierum quæ in Christo crediderunt, illud habent spectaculum. Talia fabulemur, ut jucunditatem illis spectatoribus afferamus : talibus circumdator vestimentis, ut illos exhilares. Dic enim mihi, si mulier meretrix dimissis aureis ornamentis et pretiosissimis indumentis, et risu, et facie jam turpitudine infecta et urbanitate condita, vili circumdator indumento, et sine aliquo studio componat se vel arte, et intret, et verba quæ ad pietatem pertinent eloquatur, et de pudicitia sermonem faciat, nihil turpe permiscens : nonne confestim universi consurgent ? nonne spectaculum dimittetur ? nonne abjicietur velut inconcinna et nesciens populo coaptari, et extranea loquens, quæ nihil theatro conveniunt ? Sic etiam, si tu illius ornatu volueris decorari, et ingrediaris spectaculum cæli, confestim te spectatores abjiciunt. Illic enim non est opus aureis indumentis, sed aliis opus est rebus, istis de qualibus dixit propheta : *In sinitibus deauratis circumsepta varietate* : non ut candidum corpus efficias, vel ut nitorem et splendorem adjicias, sed ut animam tuam aureis reddas virtutibus decoratam : ipsa quippe est quæ in illo spectaculo certamen aggreditur : *Omnis quippe gloria filia regis intrinsecus*. His indue te et laboribus te plurimis liberabis. Nam et virum tuum cura exoncras, et te sollicitudinis resolvit angoribus.

Venerabilis eris viro, cum rebus non egeris plurimis. Omnis enim homo consuevit contemnere indigentes se ; cum autem viderit aliquos non se opus habere, contrahit intellectum suum, ut eis in loquutione pari honore respondeat. Cum vero viderit vir quoniam in nullo eo indiges, quia contemnis ejus munera, ac si sit valde superbus, tamen te magis tunc venerabitur, quam si utaris aureis ornamentis ; et jam non eris ejus ancilla. Solemus enim humiliari illis, quos nos opus habere sentimus ; si vero nosipsos abstineamus, nequaquam erimus servili humilitate subjecti ; sed cognoscit quia propter timorem Dei obedientiæ illi munus exsolvimus, non propter illa quæ possit ipse nobis tribuere. Nunc autem velut magnum aliquod nobis præstans, quantumcumque a nobis honoris accipiat, non se putat pro merito recepisse ; tunc autem ac si parva illi honorificentia deferatur, cum gratia magna suscipiet : non exprobrat, neque compellitur propterea aliena diripere. Quid enim inho-

nestius, quam ut aurea conficias ornamenta, quæ in balneis et in plateis sordibus maculentur? Sed in plateis fortasse, vel in balneis inquinari non est mirum: quid quod etiam in ecclesia, quæ se ita componunt, amplius sordidantur? O magnus risus! quid enim sibi vult, ut cum aureis ornamentis ingrediatur in hunc locum, vel veste pretiosa? nonne audiunt ut seipsas ornent, non auro, non margaritis, non vestibus pretiosis? Cur ergo ingrederis, o mulier, nisi velut repugnans Paulo, et ostendens quoniam etiamsi millies hoc dicat, tu minus advertis? An ingrederis veluti volens nos doctores redarguere, eo quod vano ista loquamur? Dic enim mihi, si quisquam paganus et infidelis audiat, cum legitur locus iste, in quo hæc beatus præcepit Paulus, quid de nobis existimet? aut si quisquam paganus habens mulierem fidelem, cognoscat quoniam multam curam gerit componendi se vel ornandi et circumdari aureis ornamentis; pergat autem ad ecclesiam, et advertat Apostolum commonentem, neque auro, neque margaritis, neque vestibus pretiosis debere mulierem ornari: nonne statim dicit ad seipsum, videns eam in thalamo suo tam variis modis ornari, nonne statim hæsitat dicens, Quid intus mulier ornatur in thalamo? quid comitur? quid auro textis induitur? ubinam ambulare disponit? num ad ecclesiam? quare? ut audiat se debere vestibus ornari pretiosis? Nonne ridebit? nonne cachinnos altius elevarit? nonne Christianorum religionem deceptionem et seductionem esse judicabit? Propterea obsecro, ut auro textas vestes aureaque ornamenta pompis relinquatis et scenis, et eis quæ in suis ergasteriis talia venundanda proponunt: Dei autem imago non vult talibus adornari. Honestas mulier honestate decoretur: honesta autem illa est, quæ typhum non habet, quæ ornatum non habet sæcularem. Ac si volueris gloriam quæ est apud homines adipisci, isto magis eam adipisceris modo. Nam viri divitis mulierem non ita solemus admirari, cum aureis ornamentis vel sericis vestibus adornatur; hoc quippe commune cunctarum est feminarum; sicut admiramur, cum puris et simplicibus et laneis utitur vestimentis: hoc universi maxime mirabuntur, hoc plausibus sublimabunt. In illo quidem ornato, hoc est auro textarum et pretiosarum vestium, plurimas similes sibi reperiet; ac si istam superet, ab illa superatur; ac si cunctas excedat, ab Imperatrice vincitur: hæc autem superat universas, etiam ipsam Imperatoris uxorem: sola namque in magnis divitiis constituta eligit habitum pauperum. Proinde ac si etiam gloriam cupiamus adipisci, etiam in hoc major est gloria. Non ad viduas tantum loquor, aut ad opulentas; nam in viduis videtur viduitas afferre necessitatem; sed etiam ad conjugatas hæc loquimur. Sed non placebo, inquit, viro meo. Non viro placere desideras, sed mulierum multitudini pauperum: magis autem non placere, sed eas contabescere cupis, afficere dolore, macerare tormentis, et ex comparatione tua paupertatem illis suam facere graviolem. O quantum propter te blasphemiam loquuntur! Non sit, inquit, paupertas: Deus, inquit, odio habet pauperes, Deus non diligit in pauperie constitutos. Quia enim sic non viro placere desideras, et non ad hanc causam te cupis ornari, ex quibus ipsa facis manifestum cunctis apparet. Cum limen tui thalami fueris supergressa, confestim cuncta illa deponis, et vestimenta, et auramenta, margaritas, et demum magis illorum nihil uleris. Si autem velis viro placere, est unde placeas: per mansuetudinem, per placiditatem, per pudicitiam. Crede mihi, mulier, ac si multum sit vir ille deorsum attendens atque inferiora sapiens, hæc illum magis illiciunt: hoc est, mansuetudo, pudicitia, habitus sine typho, sine multis expensis, vilis et humilis. Impudicum quippe virum, ac si multa excogites ornamenta, non festivas. Et hoc norunt quotquot hujusmodi viros habuere: quantumlibet enim tu studeas adornari, ille, si incontinentis est, ad alteram pergat. Pudico vero et casto talibus minime placebis, sed magis horum contrariis; his autem eum etiam contristabis, cum de te suspicionem facis appetentis ornatum. Quid enim? ac si vir ille reverentia mansuetus hoc tibi, sicut pudicus et mitis, dicere noluerit, sed intra se plurimum reprehendit. Nonne hinc vel invidiam, vel oculum non refugitis infectum? Cur ergo non excluditis cunctam voluptatem, cunctamque libidinem? non sentitis quod adversum vosmetipsas tantam excitationis invidiam?

Puto enim quod inæquanimiter hæc auditis, et indignamini dicentes quoniam iste viro- rum animos circa mulieres irritat et instigat. Non ego viros irritando hæc verba profundo, sed a vobis hæc fieri volo spontanea voluntate. Propter vos, non propter illos ista dicuntur: non ut illi ab invidia liberentur, sed ut vos sæcularibus liberemini phantasiis. Vis apparere pulchra? ego etiam hoc cupio, sed pulchritudinem volo, quam Deus inquirat, pulchritudinem quam Deus rex gloriæ concupiscit. Quem habere desideras amatorem, Deum an homines? Si secundum illam pulchritudinem pulchra sis, Deus tuam pulchritudinem concupiscit: si vero secundam illam, ille quidem te horrebit, amabunt autem homines scelerosi: nullus quippe bonus est qui mulierem amarit conjugatam. Hoc etiam de exteriori ornato cognosce. Ille namque ornatus est animæ, Deum ad se pertrahens: iste autem illos iterum sceleratos reddit. Intuere quoniam de vobis curam gerens, pro vobis sollicitus nunc sermonem proposui, ut vera pulchritudine plus crescatis, et efficiamini gloriosæ, illa [i. e. illa gloria] quæ vere est gloria iudicanda, ut pro scelerosis viris Deum cunctorum Dominum habeatis vestra pulchritudinis amatorem. Quæ autem illum habuerit amatorem, cui erit similis? in choro tripudiabit angelico. Si enim cum a rege amatur aliqua, super universas iudicatur esse beata: quæ a Deo diligitur dilectione maxima, quanta sublimabitur dignitate? ac si totum mundum constituas, nihil in comparatione illius pulchritudinis deputatur. Hanc itaque colamus pulchritudinem, hoc ornato decoremus, ut digni efficiamur ingredi in cælum, in spiritalia habitacula recipi, et thalamum sponsi spiritalia intrare. Hujus quidem corporis

pulchritudo plurimis rebus absimitur, etiam quando videtur incolumis permanere, etiam quando non molestatur ægritudine neque cura maceratur: quod quidem impossibile est: verumtamen ac si non senescamus, numquam annos viginti perseverat. Illa vero pulchritudo semper floret, semper viget: non est illic ulla timenda mutatio, non senectus adveniens rugas afferet, non ægritudine ulla marcescet, non sollicitudinibus aut mœroribus pallidatur; sed his omnibus supereminet superior, et incontaminata perdurat. Hujus vero corporis pulchritudo fugit antequam clareat; sed etiam cum apparet, non habet plurimos admiratores: pudici quippe non admirantur, qui vero admirantur, cum libidine delectantur. Non itaque zelemus hanc pulchritudinem, sed illam appetamus, ut cum lampadibus honestate præclaris pergamus in thalamum sponsi splendidum et decorum. Non enim hoc virginibus solis præceptum est, sed animabus virginitate fulgentibus: nam si ad solas hoc virgines pertineret simpliciter, nequaquam illæ quinque foris exclusæ relinquenterent. Omnium igitur est ista pulchritudo, quæcumque animabus virgines esse concupiscunt, quæcumque a sæcularibus liberatæ sunt desideriis: corrumpunt enim animas sæcularia desideria. Si vero inviolati permaneamus in animis, digni efficiemur illuc ire, et suscipi cum honore. *Desponsavi enim vos*, inquit, *uni viro virginem castam coaptare Christo*. Hæc enim non solis dicebat virginibus, sed ad universam Ecclesiæ plenitudinem loquebatur. Anima quippe incorrupta virgo est; ac si virum habeat, virgo est virginitate vera atque mirabili. Hæc namque virginitas corporalis illius pedissequa est: hanc colite, et poteritis cum splendido vultu et decoro sponsi thalamum contueri, et cum claris atque festivis intrare lampadibus, si vobis oleum non deficiat: si aurea ornamenta conflantes, tale conficiamus, quod lampades nostras faciat clariore. Oleum autem illud misericordia est: si de substantia nostra aliis largiamur, si substantiam nostram aliorum faciamus, tunc super quod habemus adjicietur nobis, et in illo tempore non dixit: *Date nobis oleum, quia extinguuntur lampades nostræ*: aliis non egebimus, neque cum imus ad vendentes, relinquemur exclusæ, neque audiemus illam vocem tremendam ac terribilem, dum pulsamus ad januam, *Nescio vos*; sed cognoscet nos, et cum sponso simul intrabimus: intrantes autem spiritalem thalamum, bonis plurimis perfruemur. Si enim in hac vita sic clarus est thalamus sponsi, sic habitacula clara sunt atque festiva, ut nullus possit intuens saturari: multo amplius ille thalamus, hoc est cælum, et ille qui in cælo est sponsi thalamus, melior exstat et clarior: illuc ibimus. Si autem thalamus ipse tam pulcher est, qualis erit sponsum? Et quid dico, ut ornamenta aurea deponentes indigentibus largiamur? si enim possetis etiam vosipsas venundare, si vobis proponeretur ut de liberis essetis ancillæ, quo cum illo possetis sponso habitare, et illa tanta perfrui pulchritudine, et tantam ejus faciem contueri: nonne debueratis cum omni alacritate cuncta suscipere? Imperatorem in terra videmus et admiramur: cum autem et Imperatorem videbitis simul et sponsum, multo amplius alacriter debetis universa facienda suscipere. Certo cognoscite quod ista terrena umbra sunt: illa veritas, videre Imperatorem et sponsum in cælis, et dignæ fieri eum præcedere cum lampadibus, et juxta ipsum esse, et cum illo perpetuo permanere. Quid vos non oporteat facere, quid non agere, quid non tolerare? Obsecro igitur, ut accipiamus in mentem nostram bonorum desiderium futurorum: concupiscamus illum sponsum, efficiamur virgines, vera virginitate decorati: animæ quippe virginitatem Dominus a nobis inquirat. Cum hac ingrediamur in cælum, ut non habeamus maculam vel rugam vel aliquid hujusmodi, ut percipiamus bona, quæ promissa sunt: quæ nos omnes contingat adipisci gratia et clementia Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria, una cum sancto Spiritu, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXIX.

Nondum usque ad sanguinem restitistis adversus peccatum repugnantes: et oblitis estis consolationis, quæ vobis tanquam filiis loquitur, dicens: Fili mi, noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus castigat; flagellat autem omnem filium quem recipit. Dum sunt orationum species, quæ sibi et contrariis esse putantur, sed multa sibi et mutuo afferunt adjumenta: quas hic utrasque species inculcavit. Una quippe species est, quando plurima dicimus aliquos esse perpressos: anima enim quodammodo requiescit, quando suarum passionum plurimos habuerit testes: quemadmodum hortationes supra posuit, dicens: *Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum.* Altera vero species est, quando dicimus quoniam nihil est magni perpressus. Illa quippe species requiescere facit et recreari animam mœroribus subruentem: ista vero negligentem animam et supinam ex arrogantia convertit et retrahit. Ne ergo illis ex illa testificatione superbia generetur, contemplare quid ait Paulus: *Necum*, inquit, *usque ad sanguinem restitistis contra peccatum.* Et non confestim intulit consequentia, sed ostendens eis primum omnes qui usque ad sanguinem restiterunt, tunc infert, quoniam gloriatio Christi passiones sunt; tunc jam facilius cætera percurrit. Hoc etiam scribens Corinthiis fecit: *Tentatio vos non apprehendat, nisi humana*, hoc est, minima. Valde quippe idoneum hoc erat ad animam subrigendam. Dum enim cogitat, quoniam pervenit ad omnia, persuadet sibi ex antecedentibus nulla magna opera perfecisse. Hoc est, veluti si diceret: *Necum mortem sustinuistis, pecuniarum vobis tantum*

contigit damnum, vel gloriæ: exagitati tantum estis, et persecutionem passi: Christus autem pro vobis sanguinem fudit; vos autem pro vobismetipsis necdum tale aliquid passi estis: ille usque ad mortem pro veritate certatus est, pugnans pro vobis; vos autem necdum ad pericula pervenistis, quæ minantur interitum. *Et obliti estis*, inquit, *consolationis*. Hoc est, manus dedistis, et dissoluti estis. *Necdum*, inquit, *usque ad sanguinem restitistis adversus peccatum repugnantes*. Hoc in loco demonstrat etiam peccatum vehementer adversus eos aspirans, et diversis modis armatum: quod enim dictum est, *Necdum restitistis*, ad stantes dicitur. *Et obliti estis*, inquit, *consolationis*, per quam vobis veluti filii fabulatur. *Fili mi*, inquit, *noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris dum ab eo argueris*. Postquam ex rebus ipsis hortatus est, tunc ex abundantia eos ex testimoniis adhortatur. *Neque deficias*, inquit, *dum ab eo argueris*. Certe hæc Dei verba sunt, unde non parvam eis poterit afferre consolationem, dum cognoscant quia Dei opus est, posse eos talia sustinere. Ipso namque permittente justis pressuras varias patiuntur, sicut et Paulo apostolo dictum est: *Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur*. Ille ergo est qui permittit. *Quem diligit enim Dominus, arguit: flagellat autem omnem filium quem recipit*. Non potes dicere, quia est justus aliquis qui expers tribulationis existat, etsi sic nobis videatur; sed ignoramus ejus cætera calamitosa, quæ patitur. Proinde necesse est omnem justum per pressuras tribulationesque transire. Sententia quippe Christi est, quia lata et spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem; arcta vero et angusta, quæ ducit ad vitam. Si igitur per illam venit ad vitam, et non potest illuc aliter perveniri: certum est quod per angustam hanc viam omnes illi transierunt, quotquot ad vitam perducti sunt sempiternam. In disciplina, inquit, perseverate, non in suppliciis, neque in tormentis. Intuere quid ait Paulus. Unde putabant se derelictos esse, ex hoc dicit eos magis credere debere quoniam non sunt derelicti. Veluti si diceret, Quia tanta passi estis, putatis quod vos odio habeat vel dereliquerit Deus? Si enim hæc non pateremini, tunc magis hoc vos conjicere competeat: si enim flagellat omnem filium quem recipit, qui non flagellatur, sine dubio non est in numero filiorum. Quid ergo, inquit? maligni nulla mala patiuntur? Quomodo, inquit, dicis quod omnis filius flagellatur? Sed non dixit, quia omnis qui flagellatur filius est, sed, Omnis filius flagellatur. Semper enim et ubique filium verberat et castigat: hoc est, demonstrari non potest, quoniam qui filius est, non flagelletur: non poterit [f. poteris] dicere. Sunt quidem plurimi qui flagellantur maligni, sicut homicidæ, latrones, malefici, sepulcrorum deprædatores; sed illi pro sua iniquitate supplicia patiuntur, et non sicut filii flagellantur, sed sicut pessimi puniuntur; nos autem sicut filii. Deinde ex communi et publica consuetudine agere cum eis instituit. Intueris quomodo undique argumenta deducit, ex rebus, ex Scripturis, ex verbis diversis, ex ratiocinationibus propriis, ex similitudinibus et exemplis, et conversatione vitæ communis? *Quod si extra disciplinam estis*, inquit.

Attendis quoniam, sicut jam dixi, hoc confirmat, quoniam non potest filius esse qui non castigatur. Sicut enim in domibus patrumfamilias nothos filios negligunt patres, ac si nihil doceantur, ac si non fiant gloriosi; pro filiis autem propriis valde verentur ne eos malum opprimat negligentiam. Si igitur, ut non quisque castigetur, nothorum est filiorum, oportet nos gaudere cum castigamur: siquidem hoc filiis propriis adhibetur: proinde propterea nobiscum sicut cum filiis agit Deus. *Deinde*, inquit, *patres quidem carnis nostræ habuimus eruditores, et reverebamur eos*. Iterum ex propriis passionibus agit, quæ patiebantur. Sicut enim supra dicit, *Rememoramini pristinos dies*: sic etiam hic, *Deus*, inquit, *sicut cum filiis agit*; et non potestis dicere quia non possumus talia tolerare. Si enim patres carnales filii reverentur, quomodo non Patrem cælestem amplius reveremini? Non enim discretionem personæ inter eos tantum est differentia, quod illi terreni, ille cælestis; sed etiam ex ipsa causa et ex ipsa re: non enim de eadem causa, vel ad res ipsas erudiunt, sed illi quidem ad quod eis videtur, hoc est, voluntatem suam desideriumque complentes, neque ubique quod utile est vel quod conducit attendunt. Hic autem non potest similiter dici: neque enim propter aliquid suæ voluntatis hic facit, sed propter nostram commoditatem. Illi autem ideo vos erudiebant, inquit, ut ipsis essetis utiles, aliquando fortassis etiam sine causa: hic autem nihil tale est. Contemplaris quia etiam in hoc dignam illis attulit consolationem? Maxime enim circa illos nos familiarius habemus quos cognoscimus, quia non propter se imperant vel erudiunt, sed totum illis et plenum propter nos celebratur studium. Hoc quippe est sinceræ atque integræ caritatis, quando amanti in nullo sumus accommodi, et tamen ab eo docemur [f. diligimur], non ut aliquid accipiat, sed magis ut tribuat: erudit, instituit, universa facit, circa cuncta festinat, ut nos efficiat suorum receptabiles munerum. *Illi enim*, inquit, *in tempore paucorum dierum secundum voluntatem suam erudiebant nos: hic autem ad id quod utile est, ut recipiamus sanctificationem ejus*. Quid est, *Sanctificationem ejus*? Hoc est, munditiam ejus, ut dignos efficiat secundum quod potest. Festinat itaque ut accipiatis, et cuncta facit, ut vobis impertiat: vos autem nullum geritis studium ut valeatis accipere. *Dixi*, inquit, *Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges*. Deinde subjungit: *Carnales*, inquit, *patres nostros habuimus doctores et educatores, et reverebamur eos: nonne multo amplius subjeci debemus Patri spirituum, et vivemus?* Quod autem dixit, *Patri spirituum*, aut charismatum dicit, aut orationum, aut incorporearum virtutum. Si enim sic moriemur, tunc vivemus. *Illi quidem*, inquit, *ad tempus paucorum dierum erudiebant nos secundum voluntatem suam*. Non enim in omnibus voluntas illorum utilis erat, iste autem ad utilia nos instituit.

Disciplina ergo participatio sanctitatis est, et maxime, si ita negligentiam pellit, cupiditates excludit, sæcularium rerum amores amolitur, animam convertit, facit eam omnia hujus vitæ culpæ: hoc curare est quod [*del.* quod] tribulatio: cum hæc fiunt, nonne sanctum perficimus? nonne specialem [*l.* spiritualem] ad se gratiam pertrahit? Consideremus justos, unde cuncti claruerint: nonne per tribulationes? Enumeremus, si placet, ab ipso initio Abel, ipsum Noe: non enim potest, cum solus sit in multitudine malignorum justus, tribulationibus non affligi. *Noe quippe, inquit, solus perfectus erat in generatione sua, et Deo placuit.* Intelligo namque mihi quod dico. Si nunc tam plurimos habentes, quorum debemus æmulari virtutem, sic affligimur: quid putas patiebatur ille solus in tanto numero pessimorum? Num vultis, ut dicam quæ circa diluvium contigerunt? an vultis ut Abrahæ demigrationes frequentes enarrem, aut direptionem ejus uxoris, aut diversa pericula, bella numerosa, fames tantas et tales? Num vultis ut revolvam quanta Isaac pertulerit? Exagitabatur undique, et persecutiones patiebatur, laborabat mercenaria servitute, aliis fructum laboris ejus sumentibus. Num vultis ut Jacob vobis producam in medium? Et omnia quidem ejus enarrare necessarium esse non puto, sed testimonium ejus proferre opportunum prorsus existimo: ipse quippe loquens cum Pharaone: *Modici, inquit, et maligni facti sunt dies mei, et non pervenerunt ad dies patrum meorum.* Num Joseph vultis ut dicam? non ipsum Moesen, num Jesum Nave, num David, num Heliam, num Samuelem, num prophetas? nonne universos istos ex tribulationibus reperies claruisse? Dic enim mihi, tu ex otio et deliciis vis clarus existere? Sed hoc penitus non valebis. Num apostolos vultis ut dicam? Sed etiam ipsi omnes, quantum ad tribulationem pertinet, cæteros superarunt. Sed etiam Christus hoc dixit: *In mundo, inquit, tribulationem habebitis; et iterum, Vos plorabitis et lugebitis, mundus autem gaudebit.* Et quia via salutis arcta est et angusta, ipse Dominus vitæ hoc dixit: *Arcta est, inquit, et angusta via, quæ ducit ad vitam.* Tu autem spatiosam quæris: et quomodo non est istud absurdum? Propterea non adipisceris vitam, quia per aliam ingrederis viam, sed ad perditiones venies; illuc namque descendens iter elegisti. Vultis etiam ut producamus in medium eos, qui in deliciis conversati sunt, a novissimis ad primos superius recurrentes? Dives ille qui peruritur in camino ignis; Judæi qui vitam suam ventri donavere perdendam, quorum deus venter est; vel illi qui in eremo otium requirentes perierunt, sicut etiam in Sodomis, propter gastrimargiam consumpti sunt: et illi qui temporibus Noe fuerunt, nonne quia humidam et dissolutam persecuti sunt vitam? *In saturitatem, inquit, panis defluxerunt,* de iis qui in Sodomis habitabant. Si autem panis saturitas tantum iniquitatis operatur, quid dicendum est de aliis condimentis? Quid Esau? nonne in vitio degebat? quid illi, qui aspectu pulchrarum captivati sunt mulierum, qui erant in numero filiorum Dei, et per præcepta ad infernum libidinis deciderunt? quid illi, qui in masculos insano furore ferebantur? quid omnes reges gentium, Babyloniorum, Ægyptiorum, nonne vitam male atque infeliciter terminaverunt? nonne in tormentis existunt? Sed nunc, dic mihi, nonne talia iterum fiunt? Adverte Christum dicentem: *Qui mollibus vestibus induuntur, in domibus regum sunt:* qui vero non habent talia vestimenta, in cælis sunt. Molle namque vestimentum etiam veram [*f.* et austeram] animam dissolvit, diffundit et frangit: ac si asperum habeat corpus et forte, citius per delicatam conversationem molle perficitur. Nam unde putatis, aut ex quali ratione mulieres sic esse debiles et infirmas? num ex conditione sexus tantum? Nequaquam, sed etiam ex conversatione et educatione. Quod enim sub umbraculis degunt, quod oleo unguunt, quod frequentibus lavacris untunt, quod assidue unguentis abundantibus et aromatibus perfundunt, et jacent in straminibus delicatis, hoc est quod eas tales efficit. Et ut melius hoc agnoscas, attende quod dico: ex horto aliquo in eremo constituto, qui ventis et tempestatibus verberatur, sume arbustum aliquod, et pone in opaco et aquoso loco, et videbis quod multum a fortitudine et dignitate sua mutabitur, quam habebat in hoc loco unde constat esse translatum. Quia verum et certum est hoc, attende mulieres, quæ in agris agunt vitam: fortiores namque viris sunt, qui sunt in civitatibus constituti; et si eas permittas cum illis athletico more certare, multos hujusmodi viros illæ sine dubio superabunt. Corpore namque molli reddito et delicato, necesse est et animam participare ex corporis morbo. In multis namque compatiuntur et afficiuntur operationes animæ passionibus et affectionibus corporis. Etenim in ægritudinibus aliter nos habemus, propter quod morbo mollescimus; et iterum cum valemus, aliter nos habemus. Sicut enim [*f.* etiam] in chordis contingit: cum enim sunt ipsi sonitus molles et delicati et non convenienter extenti, etiam ars depravatur, et cogitur vitio servire chordarum: sic etiam fit in corpore: multas ab eo anima suscipit læsiones multasque necessitates. Quando enim multa opus habuerit ad sui curationem, amaram anima sustinet servitutem. Propterea obsecro, ut nostrum corpus forte reddamus, nec illud delicatum et ægrotabile faciamus. Non ad viros tantum, sed etiam ad mulieres mihi est sermo. Quid illud sæpius lavas, quid deliciis corrumpis, et gracile facis, o mulier! quid fortitudinem ejus debilitas? deliciæ quippe lassitudinem faciunt, non fortitudinem. Si autem ab eis recedens, aliter temetipsum tractas, tunc et pulchritudo tibi corporis generatur, quando secundum rationem et valet et habitum obtinet salutarem: si vero plurimis illud circumsepas morbis, neque flos vel vigor aderit corporis, neque habitus salutaris, sed semper mæstum crit et languidum.

Scitis autem quia sicut domum pulchram cum quis eraserit [*f.* aer arriserit], efficit pulchriorem: sic etiam faciem pulchram splendor animæ superveniens amplius convenustat; si vero in mæstitia sit et doloribus constituta, deformis efficitur. Mæstitia namque et mæro-

res ægritudines faciunt et dolores; ægritudine autem delicatitudines corporis generantur, quæ deliciis constant. Proinde et ob hoc fugite delicias, si quid mihi obeditis et creditis. Sed voluptatem, inquis, habent deliciæ. Sed non tantam voluptatem, quantas difficultates atque molestias. Huc accedit quia voluptas illa, usquequo linguam vel gulam tangit, apparet; cum autem mensa remota fuerit, vel postquam erit cibus assumptus, similis eris ei qui nihil illius attigerit: magis autem, multoque amplius pejorem gravedinem ex illis cibis et distentionem et oppressionem mentis habiturus atque somnum morti consimilem; forenses etiam juges habebis vigilias propter stomachi cruditatem et præclusionem spiritus interioris, et per molestiam ructationis indigestæ, et plurimum maledicturus es tuum ventrem, cum deberes magis intemperantiæ vitium atque immoderationis arguere. Non itaque deliciemur deliciis corporis, sed audiamus Paulum dicentem: *Carnis curam ne perficiatis in concupiscentiis*. Tale namque est in ventrem cibos mittere, quale si quisquam eos in cloacam projiciat; magis autem non tale est, sed multo pejus. Hic enim fimum tantum operatur sine tua læsione; illic autem plurimos morbos, plurimasque procreat ægritudines. Nutrimentum enim nisi ex sufficientia non fit, quæ valeat sine labore digeri: cum vero plus exuberat, quam reficiendi corporis ratio postulat, non solum nutrimentum nullum, sed etiam corruptio generatur. Sed nullus attendit hæc: præoccupatæ sunt omnium mentes superflua voluptate. Vis nutrire corpus? reseca quod est supervacaneum, et quod sufficiat subministra, quantum poterit stomachi decoctio maturare: ne magis ex cibis abundantibus opprimatur, ne demergas et obruas quod posset sufficere. Sufficientia quippe et nutrimentum et voluptas est: nihil enim sic jucundum est, sicut cibus bene digestus et decoctus: nihil enim sic salutem, nihil sic sensuum acumen operatur: nihil sic ægritudinem fugat, sicut moderata refectio. Sufficientia quippe cum nutrimento et sospitatem simul etiam procreat et voluptatem: abundantia vero morbum facit, et molestias ingerit, et ægritudines generat. Quod enim facit fames, hoc etiam plenitudo facit ciborum, magis autem multo pejora: fames quippe in paucis diebus aufert hominem, et liberat ex hac vita pœnali; excessus vero ciborum consumit, et putrefacit corpus humanum, et macerat ægritudine diuturna, et tunc eum morte crudeli consumit. Nos autem famem quidem inoptabile quoddam fugiendumque putamus, et ad indigestiones confugimus, quas multo videmus esse pejores. Unde igitur iste morbus ad homines, unde hic furor? Non dico ut se homines crucient, sed ut tantum nutriantur, quantum illis et voluptate pariat et salutem, et corpori nutrimentum competens subministret, ut [*f. et*] opus sit corpus nostrum operationibus animæ obsequium [*f. obsequiosum*] sui muneris exhibere, dum suam tenet bene compagem, et concinnum sibi constat ex suis operibus universis. Cum vero exundans deliciis fuerit factum, compagem suam et concinnantiam non valet ex diffluentia retinere; subintrans quippe humorum redundantia totum dissolvit penitus et effundit. *Carnis*, inquit Apostolus, *curam ne perfeceritis in concupiscentiis*. Bene dixit: materies namque est cibus cupiditatibus inhonestis. Ac si in philosophia quisquam cunctis emineat, tamen si deliciatur, necesse est ut aliquid vel ex cibis vel ex vino patiat, ut flammam excitet ampliore. Hinc fornicationes, hinc adulteria. Etenim venter esuriens amorem non valet procreare; magis autem neque sufficientia, si fuerit moderata: quæ vero generat absurdas cupiditates, illa est abundantia, quæ se deliciis tradit. Sicut enim terra, quæ valde humecta est, generat vermes, et fimum cum compluitur, vel cum plurimum sibi humorem retinet; terra vero quæ libera est ab humoribus, fructuum fecunditate decoratur, si ex abundantia non corrumpatur aquarum; ac si etiam non colatur, ultro tamen gramina subministrat; si vero colatur, fructuum fecunditate pollebit. Obsecro igitur ne nostrum corpus vitiosum et inutile faciamus, neque ei vitia inseramus, sed præparemus ei fructus utiles et arbusta fructuosa, nec ea dissolvamus per immoderationem ciborum: immoderatio quippe pro fructibus vermes facit. Sic etiam insita nobis cupiditas, si eam deliciarum inundationibus ebrius, cupiditates generat turpes et voluptates admodum turpiores. Abjiciamus itaque hanc luem, ut possimus adipisci bona quæ promissa sunt, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri gloria, una cum sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXX.

Omnis autem disciplina in præsentem videtur non esse gaudii, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet justitiæ. Propter quod remissas manus et soluta genua erigite, et gressus rectos facite pedibus vestris, ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur. Qui amara bibunt antidota, patienter ferunt quidem primum molestiam, et tunc sensum percipiunt sospitatis. Tale quiddam est etiam virtus, tale quoque malitia. In ista primum est voluptas, et sequitur ægritudo: in illa vero primum est mœstitia, et tunc jucunditas procreatur. Sed nihil simile est, cum primum aliquis contristatur, et postea gaudio perfruitur; et cum primo gaudetur, postea in mœrores incidere. Et quomodo? Hic enim timor futuræ tristitiæ præsens gaudium devenustat: illic autem spes futura jucunditatis detrahit præsentem tristitiæ. Ex hoc contingit, ut illic nunquam prorsus gaudeatur, hic autem nunquam tristitia dominetur. Et non in hoc tantum differentia constat, sed in alio, quia neque temporis in utrisque declaratur æqualitas; sed multum interest, quia malitiæ gaudium temporale est, in spiritualibus vero gaudium est et jucunditas sempiterna. Ex his igitur ar-

gumentis consolationes Paulus assūxit, et utitur iterum communi iudicio, cui non valet aliquis reluctari, quia nullus potest communi repugnare decreto, quando in aliquid universi consentiunt. Contristamini, inquit. Talis namque assolet esse disciplina, tale principium possidet: *Omnis* namque *disciplina*, inquit, *in præsenti quidem videtur non esse gaudii, sed mæroris*. Bene dixit, *Videtur*; quia non est, inquit, res tristitiæ disciplina, sed videtur esse. *Omnis*, inquit, *disciplina*, et humana et spiritalis. Contemplaris eum ex communibus notiis decertare? *Videtur*, inquit, *esse mæroris*: non est igitur. Qualis namque mæror est, qui existat occasio gaudiorum? sicuti neque voluptas est, quæ sit causa tristitiæ. *Postea vero*, inquit, *fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet justitiæ*. Non fructum, sed fructuum abundantiam numerosam. *Qui per eam exercitantur*. Bene dixit, *Qui per eam exercitantur*: hoc est, qui tolerant plurimo tempore patienter. Et quomodo? Benesonantius est nomino exercitationem nominans. Disciplina ergo exercitatio est. Nam atletam perficit fortiozem, et insuperabilem reddit in certaminibus, et inexpugnabilem declarat. In præliis igitur omnis disciplina talis est; et hæc præsens ut talis sit, necesse est. Proinde oportet sperare meliora, et finem plenum iucunditatis et pacis. Et noli mirari, si cum ipsa amara sit, fructus tamen proferat dulciores: nam et in arboribus cortex pene semper amarus et asper est; fructus tamen ipsi suavitate iucundi sunt. Sumpsit autem ex communi notiia hoc. Si igitur talia sperare competit, quid doletis? quid postquam tristitiam tolerastis, circa meliora deficitis, quæ vos convenit sustinere? Si autem sustinueritis, non oportet circa retributionem iterum mollescere. Tamquam eos qui cursu certavere vel cædibus [f. cæstibus], vel qui bello desudaverunt, alloquitur. Intueris quomodo eos facit armari, quomodo eos in sublime sustolli? *Recte*, inquit, *ambulate*. In hoc loco cogitationes eorum tangit: hoc est, ut sine ullis hæsitacionibus perseverent. Sænim ad dilectionem pertinet disciplina, si in finem desinet meliorem, et hoc tam ex rebus quam ex verbis, quam ex universis actibus ostenditur: quare dissolvimini? hoc namque patiuntur, qui desperatione deficiunt, qui spe futurorum nulla solidantur. *Recte*, inquit, *ambulate*: nec claudicatio plus accrescat, sed potius ad statum pristinum revocetur: qui enim cum claudicatione currit, in malitia demoratur. Attendis quia in nobis est, ut omnibus modis consequamur medicinam? *Pacem*, inquit, *sequimini cum omnibus et sanctificationem, sine qua nemo videbit Deum*. Sicut et supra dicebat, *Non derelinquentes congregationem nostram*, hoc etiam hic tangit. Nihil ita, et maxime in tentacionibus, superabiles facit ac facile subjiciendos, sicut separari ac seungi. Hoc enim negotio superabunt, et, si voluerint, victos abripiunt singillatim separatos reperientes, et propter hoc invalidos redditos. *Pacem sectemini cum omnibus*, inquit, *Num et cum malefactoribus? Si possibile est*, inquit, *quod in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habete*. Quantum ad te attinet, inquit, pacem habeto, nihil lædens pietatem; sed in quibus mala pateris, fortiter tolera. Majora quippe arma sunt in tentacionibus patientia. Sic etiam Christus suos discipulos reddidit fortiores, hæc dicens: *Mitto vos*, inquit, *sicut oves in medio luporum*; *estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ*. Quid dicis? in medio luporum sumus, et sicut oves nos esse jubes, et sicut columbas? Etiam, inquit: nihil enim ita confusionem facit gerentis mala, sicut fortis tolerantia patientis, et neque in verbo neque in opere reddere vindictam. Hoc etenim nos et philosophiores facit, et digniores ampliori mercede; sed etiam illi hoc proderit. At si quisquam injuriet? tu contra benedic. Et attende et ex hoc quanta lucraberis: malum exstinguis, mercedem tibi comparas ampliorem, illi confusionem excitas, quæ ei causam correctionis apportet: adde quia nihil tu pateris mali. *Pacem*, inquit, *sectamini cum omnibus, et sanctificationem*. Quid dicit, *Sanctificationem*? Pudicitiam atque temperantiam conjugalem. Sive qui [f. quis] expers est conjugii, cum castitate nubat: sive in conjugio constitutus, non fornicetur, sed utatur propria conjuge temperanter: etenim etiam hoc sanctificatio est. Quomodo hoc sanctificatio est? Sed nuptiæ conservant sanctificationem, quæ ex fide est: prohibent animum meretricibus applicari. Honorabile quippe connubium; non sanctum, sed mundum est connubium: munditiam namque, non etiam sanctificationem tribuit, nisi quod non sinet ex fide advenientem sanctitatem in aliquo maculari. *Sine qua*, inquit, *nemo videbit Deum*. Quod etiam ad Corinthios dicit: *Nolite errare: neque fornicatores, neque adulteri, neque idololatræ, neque molles, neque masculorum concubitores, neque avari, neque fures, neque ebriosi, neque detractores, regnum Dei possidebunt*. Quomodo namque poterit, qui corpus efficitur meretricis, cum Christo unitatem corporis possidere? *Considerantes*, inquit, *ne quis desit gratiæ Dei, ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediatur, et per illam inquinentur multi. Ne quis fornicator, aut profanus*. Contemplaris quomodo ubique singulis quibusque communem salutem generalitatis injungit? *Consolantes autem invicem per singulos dies donec hodie vocatur*.

Nolite igitur super doctores cuncta jactare, nolite rectoribus cuncta tribuere: Potestis enim et vos, inquit, mutuo vos ædificare. Quod et Thessalonicensibus dicebat, scribens: *In unum ædificamini, sicut et facitis*; et iterum: *Consolamini invicem in sermonibus istis*. Hoc vos nunc etiam nos monemus: plus enim, si volueritis, ex invicem prolicitis, quam ex nobis. Etenim plurimo tempore cum invicem conversamini, et quæ vestra sunt invicem magis agnoscitis, et vitia vestra non ignoratis, sed etiam ampliorem fiduciam et caritatem et consuetudinem habetis ad invicem. Non sunt parva hæc ad discendum ab invicem, vel docendum, sed plures aditus et occasiones aptissimæ. Plus enim vos et consolari et hortari et redarguere poteritis; et non hoc solum; sed quia ego quidem unus sum, vos autem pluri, et poteritis quantumcumque estis, omnes esse doctores. Propterea obsecro, ut non

negligatis hoc charisma. Unusquisque uxorem habet, amicum habet, servum habet, vicinum habet, nunc increpet, modo moneat. Quomodo enim non sit absurdum, studium gerere ut convivia fiant, ut die constituta in unum plurimi congregentur; et si quid unicuique minus fuerit, suppleatur ex societate cunctorum; et sive ubicumque quisquam exire disponat, sive convivium faciat, omnes illi auxilium subministrant: in doctrina vero virtutis studium simile non habere? Obsecro ut nullus vestrum negligat hanc causam; mercedem quippe multam a Deo percipiet. Et ut agnoscas: ille, cui fuerunt talenta quinque commissa, ipse est qui docendi aliis studium impendit: ille vero, cui unum est datum, discipuli videntur gestare personam. Si dicat discipulus: Ego enim discipulus sum, nullum habeo periculum: iste etiam ipsam rationem, vel sermonem quem ore proferimus, quem a Deo percipit, obcelat et sub terram recondit; et neque admonebit ullum, ac si valeat, sed sub terram recondit (terra vero est et cinis cor hominis, quia charisma Dei recondit): si ergo recondat hanc gratiam, vel propter segnitiam, vel propter malignitatem, dicere non valebit, Quia unum talentum habui. Respondetur enim illi: Unum talentum habuisti; oportebat etiam ipsum unum in medium proferre, et studio tuo ac diligentia duplicare. Si enim ipsum unum proferres in publicum, minime culpareris. Neque illi enim qui duo protulerat dictum est: Quare non quinque talenta protulisti? sed dignus factus est, et hoc, quia quantum habuit, operatus est; et non quia minus habuit, quam ille cui quinque sunt credita, propterea desidiæ se tradit, neque illa parva quantitate est abusus ad otium. Proinde neque te oportuerat ad eum solum, qui duo acceperat, attendere; magis autem te ipsum decebat intueri. Et sicut ille imitatus est illum, cui quinque data erant, cum se duo videret accepisse: sic et te decebat æmulari illum, cui fuerant duo talenta commissa. Si enim habenti pecunias, et non largienti, supplicium Dominus comminatur: ei qui valet proximum commoneare vel quolibet modo, et minime facit, quomodo non majoribus suppliciis puniatur? Illic enim corpus utitur, hic autem anima: illic mortem negligit temporalem, hic autem interitum sempiternum.

Sed non habeo, inquis, sermonem. Sed non opus est sermone, neque eloquentia. Si videris amicum fornicantem, dic ad eum: Negotium malignitatis agis, non erubescis, non confunderis? malum namque est. Quid autem, inquis? ipse malum esse illud opus non ignorat. Ita est, sed cupiditate pertrahitur. Nam et qui in ægritudine detinetur, scit vere quia frigida aqua malum est, si potetur; verumtamen opus habet, qui eum prohibeat. Nam cum quisque in passione detinetur, non facile sibi solus ipse sufficit. Oportet igitur te, qui salvus es, ad alterius medicinam dicere quod saluti conveniat, ac si verbis tuis non obediat, interim custodi, intueri quo pergit, et contine a maligno negotio; fortassis enim reverebitur. Et quid, inquis, proderit, quando propter me magis illud efficiet, et quia illum volui retinere? Interim noli scrupulosus esse in verbis: quocumque facto relinere illum ab actibus malis, et revoca: assuescat non ire ad illum tartarum, sive propter te, sive propter aliud aliquid. Et cum assuescere feceris cum illuc non pergere, tunc poteris paululum respirantem docere meliora: et quia oportet propter Deum hoc observare, et non propter hominem. Non velis in eo subito cuncta corrigere, alioqui minus id poteris, sed paulatim gere, ne repentina correctione prægravetur. Si videris aliquem ad convivia comessionis et ebriitatis plena pergentem, etiam tunc similiter age, et ipsum iterum cohortare, ut, si quod in te vitium viderit, adjuvet et corrigat et admoneat. Sic enim et in seipso correctionem tuam patientissime tolerabit, cum viderit te opus habentem correctione, et non veluti perfectum in omnibus, neque veluti doctorem, sed veluti amicum et fratrem auxilium conferentem: et dic ad eum: Ego te adjuvi, in mentem tibi reducens quæ tibi prodesse valebant: te quoque hortor, ut quidquid in me inspexeris vitiosum reprehendas et corrigas. Si vero iracundum videris, si avarum, liga illum tua admonitione: hoc enim est amicitia. Sic frater a fratre adjutus, sicut civitas fortis efficitur. Non enim manducare et bibere facit amicitiam; talem namque et latrones habent et homicidæ; sed si amici sumus, si vere invicem pro nobis curam gerimus, in his nobis invicem conferamus, hæc ad amicitiam nos adducant, quæ nobis utilia sint: prohibeamus illa fieri, quæ ad gehennam ducunt. Et ne qui corripitur indignetur; homines quippe sumus, et a vitiis non sumus alieni; neque qui corripitur, sicut qui pronuntiat aut prædicat, hoc faciat, et divulgans magis quam monens, sed remotionem cum lenitate multa. Multa quippe lenitate opus habet qui corripit, ut qui corripitur, æquanimiter toleret sectionem. Non videtis medicos quando urunt, vel secant aliquos, cum quanta lenitate opus curationis exercent? Multo amplius corripientes oportet hoc agere. Etenim correptio et igne et ferro vehementius operatur, et resilire facit eos quibus offertur. Hæc circa ægrum etiam medici primum student, quatenus possint ægrum facere sectionem æquanimiter tolerare; et quantum possunt leniter agunt, et aliquantulum requiescentes ægrum faciunt recreari. Sic enim oportet correptiones efficere, ut et qui corripuntur non resiliant: ac si eos injuriari proveniat, ac si percuti, non debent abhorrere. Enim vero illi qui secantur, adversus eos a quibus secantur, multa reclamant; sed illi nihil impediuntur, sed tantum ægrotantium consulunt sospitati: sic etiam hic cuncta gerenda sunt. Omnia namque qui corripit, ad illius qui corripitur utilitatem et tolerare debet et facere, respiciens ad mercedem, quæ tali voluntati reposita reservatur. *Invicem*, inquit, *onera vestra portate, et sic adimplebitis legem Christi*. Sic igitur et corripientes invicem et tolerantes, ædificationem mutuam poterimus implere: et nobis labore facietis leviolem, in omnibus nos adjuvantes et dexteram porrigentes, et participes efficiemini et socii et mutæ salutis et propriæ.

Sustineamus igitur mutua pondera portantes invicem et corripientes, ut adipiscamur bona quæ promissa sunt, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri una cum sancto Spiritu gloria, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXXI.

Pacem sectamini cum omnibus et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum: contemplantes ne quis desit gratiæ Dei: ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediatur, et per illam inquinentur multi; ne quis fornicator, aut profanus, ut Esau, qui propter unam escam vendidit primitiva sua. Scitote enim quoniam et postea cupiens hereditare benedictionem, reprobatus est: non enim invenit pœnitentiæ locum, quamvis cum lacrymis inquisisset eam. Plurima quidem sunt, quæ formam discretionemque Christianitatis ostendunt; sed plus omnibus ac melius mutua caritatis affectus et pax, quæ hominum corda consociat. Propterea etiam Christus dixit: Pacem meam do vobis; et iterum, In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilexeritis invicem. Propterea etiam Paulus apostolus: Pacem, inquit, sectamini cum omnibus et sanctimoniam, hoc est, honestatem vel pudicitiam, sine qua nemo videbit Deum: contemplantes ne quis desit gratiæ Dei. Si cum eis loquitur, tamquam cum iis, qui numero comitatu viatorum longa itinera permearent: veluti si diceret, attendite vobis, ne quis vestrum remaneat: non hoc tantum requiro, ut vos soli perveniatis, sed etiam ut inspiciatis et cæteros. Ne quis, inquit, vestrum desit gratiæ Dei. Quid dicit gratiam Dei? Bona futura, evangelicam fidem, optimam conversationem: omnia quippe hæc Dei sunt gratiæ. Ne mihi dicas quia unus est qui peribit: etenim Christus et propter unum mortuus est: tu ergo negligis propter quem Christus dignatus est mori. Contemplantes, inquit, hoc est, diligenter scrutantes et visitantes et agnoscentes, sicut fieri assolet in infirmis. Ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediatur. Hoc in Deuteronomio scriptum est: sumpsit autem illud ex arbustorum metaphora. Ne qua radix, inquit, amaritudinis: quod et alibi scribens dixit: Modicum fermentum totam massam corrumpit. Non propter ipsum solum hoc volo, in quo iniquitas poterit inveniri, sed etiam propter læsionem, quæ poterit ex illius propagine pullulare: hoc est, ut si aliqua talis fuerit radix, nullum ex ea permittatis germen exsurgere, sed recidatur antequam alios polluat et scelestos efficiat. Ne qua radix, inquit, amaritudinis sursum germinans impediatur, et per eam plurimi polluantur. Etenim amarum dixit esse peccatum. Enimvero peccato nihil amarior: et hoc norunt qui post admissum peccatum conscientia mœrore macerantur, et dira satis amaritudine consumuntur. Amaritudo quippe delicti ipsum intellectum rationemque subvertit: enimvero amaritudinis illius natura talis existit, ut noxia perseveret. Et bene dixit, Radix amaritudinis: non dixit, Amara radix, sed, Amaritudinis. Radix enim amara potest fructus dulces facere: amaritudinis autem radix, vel fons, vel propositum, numquam potest aliquid dulce propagare: quia omnia ibi amara sunt, omnia molesta, omnia scelere et abominatione plenissima, nihil suavitatis vel jucunditatis apportant. Et per illam, inquit, inquinentur multi. Hoc est, intemperatos lascivosque recidite. Ne quis, inquit, fornicator, aut profanus, sicut Esau, qui propter unam escam vendidit primitiva sua. Et quid ergo? num fornicator erat Esau? Non hic dicit, quia fornicator erat; sed quod supra dixerat, Sectamini sanctimoniam, hoc etiam hic significat. Ne quis profanus sicut Esau, hoc est, gastrimargus et intemperans et sæcularis, quia spiritalia repellebat. Qui propter unam escam, inquit, vendidit primitiva sua. Qui honorem quem a Deo perceperat, per propriam negligentiam et cupiditatem vendidit, qui pro parva libidine magnum honorem et gloriam perdidit sempiternam. Hoc proprie ad eos pertinet, qui immundi sunt et profani. Proinde non solus fornicator immundus est, sed etiam gastrimargus, qui ventris servus existit. Nam et iste, qui alterius libidinis servus est, cogitur appetere plurima, cogitur aliena diripere, turpis et inhonestus exstare, utpote sub illo mortifero gerens durissimam servitutem. Hujusmodi quippe homo sæpius etiam blasphemare pro nihilo putat, nullius momenti pensat primitiva sua nulliusque dignaminis: hoc est, qui pro delectatione temporalium rerum, usque ad vendenda primitiva sua pervenit. Proinde non sunt Judæorum primitiva, sed nostra. Hæc autem quæ dicuntur, etiam ad levandam passionem mœroris eorum valde proficiunt: qui primus, postremus effectus est, et secundus exstitit primus: iste per patientiam, ille vero per negligentiam. Scitote enim, inquit, quoniam et postea cupiens hereditare benedictionem, reprobatus est: non enim invenit pœnitentiæ locum, quamvis eam cum lacrymis inquisisset.

Quid hic dicimus? num pœnitentiam Paulus excludit? Nequaquam. Quomodo ergo dicit, quod non inveniret pœnitentiæ locum? si enim culpavit semetipsum, si gemitibus magnis ingemuit, cur pœnitentiæ locum non meruit invenire? Quoniam non erat illa pœnitentia. Sicut et tristitia Cain non ex pœnitentia descendebat, quod occisio fratris aperuit: sic etiam hic non erat illa verba pœnitentiæ. Nam et hic fratris occisione depalatur: quandoquidem, quantum ad ejus voluntatem attinuit, etiam ipse fratri suo Jacob intulit mortem: nam sic dixit: Appropinquat, inquit, dies passionis patris mei, et interficiam Jacob fratrem meum. Non ergo valuerunt solæ lacrymæ pœnitentiam illi tribuere. Et non dixit simpliciter, quia per pœnitentiam quæsivit; sed, Cum lacrymis inquisivit pœnitentiæ locum, et non invenit. Quid ergo dicimus, nisi quia non pœnituit ut convenit? hoc enim est pœnitentia, ut congruenter

geratur. Alioqui si pœnitentiam damnat, quomodo iterum velut segnes admonet et hortatur? quomodo claudos effectos et remissos atque solutos, quod est ruinæ principium, ut erigantur invitat? Mihi quidem videtur quia significat aliquos inter illos adulteros, quos tamen publice nolebat arguere, sed fingit ignorantiam... postea vero si perstiterint, tunc jam venit increpare, ne, si artea volueris arguere impudentes, et pœtervos efficias, sicut etiam Moses fecit circa Zambri et Chasbitidam. *Pœnitentia*, inquit, *locum non invenit*. Potest et aliter intelligi, quia peccatum pœnitentia majus admisit. Sunt enim peccata pœnitentiam superantia: veluti si diceret, Non cadamus insanabili tuina. Dumenim claudicat quisque, facile potest rectus vel sanus effici: si vero penitus subvertatur, quid remanebit ulterius? Proinde necdum lapsis hæc loquitur, ut eostimore deprimat: veluti si diceret quia qui ceciderit, nullam consolationem mereri jam poterit. Et hic quidem istos, ne caderent, aliter admonebat: in alio vero loco, ubi jam eis qui ceciderant loquitur, ne in desperationem incidere, contraria dicit: *Filioli mei*, inquit, *quos iterum parturio, donec reformetur Christus in vobis*. Quibus alibi dicebat: *Qui in lege justificamini, a gratia excidistis*. Ecce ipse testatur quia ceciderant. Qui ergo stat et audit quoniam qui ceciderit, veniam non valet impetrare, validius stabit et cautius. Si vero et circa eum, qui cecidit, simili uti volueris vehementia, ad id redigitur ut nunquam possit assurgere. Quali enim spe conversionem, vel quali fructu suscipiat? Non solum inquit, Lacrymas fudit, sed etiam, Exquisivit. Et videtur quidem non excludere pœnitentiam, sed cautiores eos et munitiores reddit, ne ferantur pronius ad ruinam. Quanticumque igitur non credunt esse gehennam, hæc in mentem revocent: et quotquot existimant, impunita remanere peccata, hæc considerantes, attendant cur Esaü veniam non potuit adipisci, quia videlicet non pœnituit ut debuit.

Vis videre integram pœnitentiam? adverte Petrum qualiter pœnituerit, postquam negaverat Christum. Narrans namque evangelista ejus historiam, *Et exiens*, inquit, *ploravit amare*. Idcirco illi remissum est tam grande peccatum, quia sicut debuit, pœnitentiam gessit. Quamvis necdum illa vera hostia pro nobis erat oblata, necdum erat et sacrificium factum, necdum quoque peccatum absumptum: adhuc enim dominabatur, adhuc tyrannico more sæviebat. Et ut agnoscas quod non tantum ex negligentia venerat illa negatio, quantum ex eo quod cum dereliquerat Deus, volens eum erudire, ut cognosceret humanæ naturæ modum, et non esse contradicendum Magistri sermonibus, neque vellet sapere cæteris altiora, sed sciret quia sine Deo nihil potest fieri; et quia *Nisi Dominus edificaverit domum, in vanum laborant edificantes eam*: propterea enim etiam ad ipsum solum dixit Christus: *Quoniam petivit satanas ventilare te, sicut qui ventilat triticum, et non permisi, ne deficiat fides tua*. Fortassis enim alta sapiebat, merito conscientia suæ fretus, quod diligeret Christum, propterea ploravit amare, et cætera fecit, quæ post ploratum de illo similia referuntur. Quæ sunt autem ista? Videlicet quod se postea commisit mille periculis, et ex multis fortitudinis ejus robur ostenditur. Etiam Judas pœnituit, sed male; laqueo se namque suspendit. Pœnituit etiam, sicut jam dixi, et Esaü, sed male: magis autem iste neque pœnituit. Lacrymæ quippe illæ non erant pœnitentiæ, sed animi violenti et indignationis exortæ: quod ex ejus operibus aperitur. Pœnituit et beatus David, dicens: *Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymisque meis stratum meum rigabo*: et peccatum quod ante multum tempus admiserat, post tantos annos tantasque generationes lugebat, veluti de recenti tempore perpetratum. Pœnitentem quippe non convenit indignari neque exasperari; quin potius contineri sicut condemnatum et fiduciam non gerentem, et veluti qui per misericordiam salvari desiderat, veluti reprobum, et mille supplicia promerentem. Si hæc secum cogitaverit, non irascetur, non indignabitur, sed luctu macerabitur, plorabit, ingemiscet, lamentabitur diebus ac noctibus. Pœnitentem non oportet peccatum suum oblivioni contradere; sed Dominum deprecari, ut Deus quidem peccati ejus non meminerit, ipse autem nunquam debet oblivisci: si autem nos peccati nostri memores sumus, Deus obliviscetur ejus. A nobismetipsis percipiamus sententiam, nosmetipsos accusemus; tunc demum propitiabimus Judicem verum. Peccatum enim confessione minuitur: confessione vero contempta pergit in pejus. Peccato namque si accesserit impudentia et irreverentia veri judicii, quomodo poterit evitari, ne in illud denovo decidatur? Non igitur negemus, obsecro, peccata nostra, neque nos impudentia duos efficiat: sponte nostra peccata puniamus, ne pendamus non sponte supplicia. Audivit Cain a Deo, *Ubi est Abel frater tuus?* et dixit, *Nescio: numquidnam ego custos sum fratris mei?* Vides quomodo ex hoc peccatum amplius operatus est. Nonne et pater ejus similiter? Audiens enim etiam ipse, *Adam ubi es?* dixit, *Audivi vocem tuam, Domine, et timui, quoniam nudus sum, et abscondi me*. Magnum bonum est, ut quis peccata sua agnoscat, et memoriam eorum perseveranter retineat. Nullum invenitur delictorum tale remedium, sicut eorum continuata memoria: nihil sic segnem hominem reddit ad nequitiam perpetranda. Scio quidem quia resilit conscientia, et non palitur ex malorum memoria verberari; sed doma animam tuam, et eam retinaculis constringe frenorum. Sicut enim equus indomitus, sic et illa resultat, et non vult se scire peccasse. Hoc autem totum opus est satanæ. Sed nos ei persuadeamus, quia peccavit: persuadeamus, inquam, ei peccasse illam, ut pœniteat, ut pœnitens a suppliciis liberetur. Quomodo veniam desideras adipisci de peccatis, qui neque dignatus es confiteri illi, qui per misericordiam [*f. confiteri?* Ille qui profitetur, mis... constat: tu] et clementiam promeretur, quem peccasse constat? Tu vero qui te nunquam peccasse cognoscis, quam misericordiam deprecaris, vel pro quibus oras peccatis? Persuadeamus igitur nobis peccasse nos, nec hoc sola lingua pronuntiet, sed etiam intima

conscientia : nec tantum nos peccatores esse dicamus, sed etiam ipsa peccata specialiter singula computemus. Non tibi dico, ut te prodas in publicum, neque ut te apud alios accuses, sed obedire te volo Prophetæ dicenti : *Revela Domino viam tuam*. Ante Deum ergo tua confitere peccata, apud verum Judicem cum oratione delicta tua pronuntia, non lingua, sed conscientiæ tuæ memoria, et tunc demum spera misericordiam te posse consequi. Si habueris in mente peccata tua continue, numquam malum adversus proximum in corde retinebis. Non dico, si certum tibi sit peccatorem esse te : hoc quippe non ita valet humiliare mentem, et sobriam perficere, sicut ipsa per se specialiter considerata peccata : adversus nullum retinebis malum in corde, illa portans in animo : non irasceris, nulli detrahes, non sapiens altum, non recides iterum, nec revolveris iu peccata, sed ad bona in spe vehementiore consurges.

Intueris quanta bona ex peccatorum recordatione generantur? Scribamus igitur peccata nostra in cordibus nostris. Scio quidem quia non est tolerans anima hujus amaræ memoriæ, sed nos cogamus illam atque compellamus. Melius quippe nobis est, ut nunc anima mordeatur ex recordatione peccati, quam in futuro tempore supplicia sentiat sempiterna. Nunc enim, si recorderis peccatorum tuorum, et frequenter ea in conspectu Dei pronunties, et pro eis ejus clementiam depreceris, citius illa delebis : si autem nunc obliviscaris peccatorum tuorum, tunc eorum recordaberis nolens, quando in toto mundo publicabuntur, et in conspectu proferentur omnium, tam amicorum tuorum, quam inimicorum, et sanctorum angelorum cælestiumque Virtutum. Non enim ad David solum dicebat : *Quæ tu secreto fecisti, ego cunctis manifestabo* ; sed hoc etiam ad omnes nos dicitur. Timuisti, inquit, homines, et erubuisti magis quam Deum : oculum autem Dei viventis non es reveritus, sed coram hominibus quidem verecundatus es. *Oculi*, inquit, *hominum timor eorum*. Propterea, inquit, in hoc ipso punieris : redarguam namque te, ante oculos omnium ponens peccata tua. Quia vero hoc verum est, et quia in illo die omnium nostrorum peccata publicabuntur, et producentur in pompam, nisi ea modo continua memoria sategerimus abluere : adverte quomodo profertur in pompam duritia vel inhumanitas hominum. *Esurivi*, inquit, *et non dedistis mihi manducare*. Quando hæc dicuntur, vel ubi? num in angulo? num in aliquo abdito? Minime; sed ubi, et quando? Scilicet cum venerit Filius Dei in gloria sua, et omnes gentes congregatæ fuerint, quando segregaverit istos ab illis : tunc hæc dicet cunctis audientibus; et constituet alios quidem a dextris, alios vero a sinistris. *Esurivi*, inquit, *et non dedistis mihi manducare*. Contemplantur iterum et illas quinque virgines, quæ in conspectu omnium audient : *Nescio vos* : quinque enim et quinque non numerum quinarium tantum significant, sed malas et duras et inhumanas; alias vero, quæ non sunt hujusmodi. Sic etiam et qui unum sub terris obruit talentum, coram omnibus increpatus est, et ante illum qui quinque obtulit, et ante illum qui duo lucratus est, audivit : *Serve male et nequam*. Et non verbis tantum hæc audient, sed prorsus eos etiam ipsis tunc redarguet rebus : sicut etiam evangelista dicit, *Videbunt in quem pupugerunt*. Simul enim erit universorum resurrectio peccatorum atque justorum : simul enim judicabuntur universi. Intellige itaque quales tunc apparebunt illi, qui in humilitate et doloribus erunt, qui trahentur in ignem aliis coronatis. *Venite*, inquit, *benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est a constitutione mundi* ; et iterum : *Ite a me in ignem qui preparatus est diabolo et angelis ejus*. Non simpliciter verbis audiunt tantum, sed ipsis rebus etiam verborum complebitur effectus. Describamus igitur hæc ante oculos nostros, et putemus nunc præsentia esse, et Dominum illa verba dicere, et nos abduci in illum ignem ac pertrahi. Qualem habebimus mentem, quale solatium? quid illud autem quando dividemur? quid quando pro rapina rerum alienarum culpabimur? quid dicemus? quem colorem excusationis habebimus? qualem inveniemus rationem, quæ saltem verisimilis videatur? Nullam scilicet : necesse est ergo ut ligati, vultu depositi, pertrahamur ad horrida caminorum, ad flumen igneum, ad tenebras exteriores, et ad immortale supplicium, et nullum jam rogare valebimus. Non potest, inquit, non potest transiri hinc illuc : chaos enim magnum est inter nos et vos : et neque volentibus licet transire, manumque porrigere. Necesse est ergo ut ardeatur in sempiternum, nullo adminiculo deferente, sive sit pater, sive sit mater, sive quilibet alius, ac si magnam fiduciam habeat apud Deum. *Frater*, inquit, *fratrem non redimet : num liberabit homo*? Quoniam ergo impossibile est habere in alterum spem salutis, nisi in semetipso post misericordiam Dei : obsecro ut illa geramus, quibus vita nostra mundetur, quibus optima conversatio nostra reddatur. Et primo quidem quantum possumus laboremus, ut nullas recipiamus sordes : si vero sicut homines receperimus aliquas, non dormiamus, sed vigilantem instemus, ut si quid in nobis erat sordium, per pœnitentiam, per orationes, per lacrymas, per misericordias abluatur. Sed dicit aliquis : Quid si non habeam unde possim misericordias operari? Sed habes vel calicem aquæ frigidæ, quantumlibet sis pauper : vel duo minuta habes, quantalibet paupertate tenearis : habes pedes, ut possis infirmos ægrotosque visitare, ut possis venire ad eos qui in carceribus detinentur : habes saltem tectum, ut possis suscipere peregrinum. Nulla est igitur, nulla est venia ei qui misericordiam non exhibet indigenti. Et hæc quidem frequenter vobis dicimus, ut ex continuis admonitionibus saltem possimus aliquid promovere. Hæc autem dicimus, non tantum de illis, qui vestras misericordias sunt percepturi, cogitantes, quantum pro vestra salute satagentes. Illis quippe temporalia et terrena et caduca tribuistis ; recipietis autem vos pro istis bona cælestia sempiterna : quæ nos omnes contingat adipisci, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri gloria, una cum sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXXII.

*Non enim accessistis ad tractabilem, et accessibilem ignem, turbinem, et caliginem, et procellam, et tubæ sonum, et vocem verborum quam qui audierunt recusaverunt, ne adjiceretur eis verbum (non enim portabant quod dicebatur: Et si bestia tetigerit montem lapidabitur. Et (ita terribile erat quod videbatur) Moses dixit: Exterritus sum et tremebundus: sed accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem cælestem, et multorum millium angelorum celebritatem, et Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in cælis, et Judicem omnium Deum, et spiritus justorum perfectorum, et mediatorcm Testamenti novi Jesum, et sanguinis aspersionem melius loquentem quam Abel. Erant quidem omnia templi veteris admiranda: nam erant ibi sancta sanctorum: erant etiam veneranda et hæc quæ in Sina monte facta referuntur, ignis, tenebræ, caligo, procella: Visus est, inquit, Deus in monte Sina: et omnia hæc cum admiratione memorabantur. Novum vero Testamentum non est cum aliquo tali nobis exhibitum, sed tantum simplici Christi sermone contributum. Intuere igitur qualiter comparationes efficiat tam istorum quam illorum, et qualiter in postremis ea posuerit. Postquam enim eos plurimis probationibus cumulavit, et postquam differentiam Testamenti utriusque demonstravit, et velus reprehendit, tunc demum velut faciliorem via etiam in hæc pergit argumenta. Quid ergo dicit? *Non enim accessistis ad tractabilem et accessibilem ignem, et turbinem, et caliginem, et procellam, et sonum tubæ, et vocem verborum, quam qui audierunt recusaverunt, ne adjiceretur eis verbum.* Veluti si diceret: terribilia quidem ista sunt, et ita tremenda ut ea nec auditus ferre posset, et neque illuc bestia quælibet auderet accedere. Verumtamen non erant talia, qualia hæc quæ postea gesta sunt. Quid enim est mons Sina in comparatione cæli? quid ignis tractabilis ad Deum intractabilem? *Deus enim, inquit, ignis consumens est. Non loquatur, inquit, nobis Deus, sed loquatur nobis Moses. Sic enim terribile erat, quod ad eos proferebatur, ut etiam Moses diceret quod exterritus esset et tremebundus effectus.* Quid miraris, inquit, de plebe? ipse qui caliginem ingressus est, in qua erat Deus, ipse ergo dicit: *Exterritus sum, et tremebundus effectus. Sed accessistis, inquit, ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem cælestem, et multorum angelorum millium celebritatem et Ecclesiam primitivorum in cælis conscriptam, et judicem Deum cunctorum, et spiritus sanctorum perfectorum, et mediatorcm Testamenti novi Jesum, et sanguinis aspersionem melius loquentem quam Abel.* Illic ponitur Moses, hic Jesus: illic nominat plebem, hic millia angelorum. Primitivos autem quos dixit? Fideles videlicet, et spiritus justorum perfectorum: Cum istis eritis, inquit. *Et ad mediatorcm, inquit, novi Testamenti Jesum, et sanguinis aspersionem, melius loquentem quam Abel.* Quid autem? num Abel sanguis loquutus est? Ita est, inquit; nam supra dixit: *Et per eam, hoc est, per fidem, adhuc usque mortuus loquitur: et iterum dixit Deus, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Sive ergo isto modo intelligendum est, sive illo, quoniam adhuc usque celebratur hoc factum; verumtamen non ita iste, sicut sanguis Christi est. Ipse namque mundos reddit universos, et vocem emittit significantiorem atque clariorem, quanto etiam majus testimonium ex rebus ipsis accepit. *Videte, inquit, ne recusatis loquentem. Si enim illi non effugerunt, recusantes eum qui super terram loquebatur: multo magis nos, qui de cælis loquentem nobis avertimus. Cujus vox movit terram tunc: modo autem promittit dicens: Adhuc semel, et ego movebo non solum terram, sed etiam cælum. Quod autem Adhuc semel, dicit, declarat mobilitatem translationem tanquam factorum, ut maneant ea quæ sunt immobilia. Itaque regnum immobile suscipientes, habemus gratiam, per quam serviamus placentes Deo, cum omni metu et reverentia. Etenim Deus noster ignis consumens est.* Tremenda quidem erant et illa; sed hæc multo amplius admiranda, valdeque clariora: neque enim hic tenebræ sunt neque caligo neque procella. Mihi videntur per hæc significari obscuritates veteris Testamenti: hoc est, quod difficile valebat intelligi, et umbratio legis et velamen quod erat illis literis superpositum. Ignis autem significat legislatorem in igne severum atque terribilem.*

Tubarum autem sonitus merito sunt adhibiti ibi, utputa Imperatore præsentem. Nam hoc et in secundo adventu futurum est: *In novissima, inquit, tuba cuncti resurrecturi sunt:* hæc enim tuba vocis factura est. Omnia igitur in illo tempore sensibilia erant, tam auditivo humano, quam visui: nunc autem spiritalia nobis cuncta tributa sunt. Tunc fumus, inquit, erat plurimus, quoniam Deus ignis dicitur esse. Nam et in rubo similiter apparuisse memoratur, et per fumum etiam ignem fuisse significat. Tenebræ autem et caligo terrorem videntibus afferbant: sic enim Isaias dicit: *Et impleta est domus ex fumo.* Procella vero quid sibi vult? Negligens erat humanum genus et segne: oportebat ergo ut erigeretur istis, et redderetur attentum. Nullus enim tam hebes erat aut stolidus, qui cum hæc fierent, non esset toto corde in superiora sublatus. Sic enim oportebat erigi mentes hominum, cum legis instituta ferrentur. Et Moses, inquit, loquebatur; Deus autem respondebat ei. Oportebat quippe et divinam proferri vocem, quoniam et per Mosen legis erant danda præcepta: propterea etiam voce divina fide dignus efficitur. Videre namque eum non poterant propter caliginem; audire non poterant propter tenuitatem vocis ipsius. Quid ergo factum est? Deus magna voce respondit. *Et recusaverunt, inquit, ne adjiceretur eis verbum.* Ab ipso namque initio ipsi causa rei hujus effecti sunt, ut Deus appareret in carne. *Et loquatur, inquit, nobis Moses, et non loquatur nobis Deus.* Qui comparationes faciunt, alteram partem deprimunt, ut

res alterius partis emineant: sic et hic ex comparatione illorum nostra majora declarantur et meliora et mansuetiora, et admirationum plenissima. Dupliciter namque meliora sunt, quoniam et majora simul et clariora sunt: unde accessibilia pluribus exstiterunt. Hoc quippe etiam in Epistola ad Corinthios scribens, dicit: *Revelata facie gloriam Domini speculantes*: et non sicut Moses: velamen enim ponebat super faciem suam. Non meruerunt, inquit, illi talia percipere, qualia nobis contributa noscuntur. Quid enim illi videre meruerunt? Tenebras et caliginem. Audierunt quidem et vocem: sed et tu audisti vocem, non per nebulam venientem, sed per carnem Christi. Non es tumultuatus, neque perturbatus, sed stetisti, et colloquutus es mediatori. Significant etiam tenebræ invisibilitatem Dei: *Et nebula*, inquit, *sub pedibus ejus*. Tunc ergo Moses timuit, nunc autem metuit nullus: et tunc plebs stetit tota deorsum, nos autem etsi a cælo deorsum sumus, verumtamen propinquamus Filio Dei: et non sicut Moses. Illic enim eremus erat, et circumcirca desertio; hic autem civitas, et millium celebritas angelorum. In hoc verbo gaudium significat et jucunditatem pro caligine, pro tenebris, pro turbine procelloso. *Et Ecclesiam*, inquit, *primitivorum, quæ in cælis conscripta est, et ad judicem Deum omnium*. Illi non accesserunt, sed procul stabant; vos autem accessistis, inquit. Hic autem terret eos dicendo: *Et judicem Deum omnium*, non tantum Judæorum neque fidelium, sed totius videlicet mundi. *Et ad Spiritum*, inquit, *justorum perfectorum*. Animas dicit, quæ apud Deum probabiles exstiterunt. *Et ad mediatorem Testamenti novi Jesum, et ad sanguinis aspersionem*; hoc est, emundationem. *Melius*, inquit, *loquentem, quam Abel*. Si, inquit, sanguis loquitur; multo magis loquitur, qui vivit occisus. Quid autem loquitur? *Ipse*, inquit, *spiritus loquitur pro nobis gemitibus inenarrabilibus*. Quomodo loquitur? Ingressus quippe mentem sinceritate purgatam, erigit eam, et facit loqui magnalia. *Attendite vobis*, inquit, *ne respiciatis loquentem*; hoc est, non negligatis. *Si enim illi non effugerunt, respicientes super terram loquentem*. Quem putas in hoc loco significat? Mihi quidem videtur quod Mosen significat. Quod autem dicit, tale est: Si illi qui recusaverunt legislatorem in terra constitutum, non valuerunt effugere: quomodo valebimus recusare eum, qui nobis de cælo legis præcepta constituit? Nec putes quod in hoc loco alterum dicat latorem legis, et alterum Evangelii. Absit, non hoc dicit, sed hoc significat, quoniam terribilis apparet, cum de cælo loquitur. Idem ipse est quidem tam iste, quam ille, sed terribilior tunc magis, quam illo tempore: non enim differentiam personæ significat, sed modum quo nobis novam legem dedit, alterum esse dicit. Unde hoc certum est? *Si illi enim*, inquit, *non effugerunt, recusantes eum qui in terra fuerat constitutus: multo magis nos, qui de cælis loquentem nobis avertimus*. Quid ergo dicimus? alius est iste, alius ille? quomodo ergo dixit, *Cujus vox movit terram tunc*. Si enim vox ejus movit terram, qui tunc dederat legem: *Nunc autem promittit, dicens: Adhuc semel, et ego movebo non solum terram, sed etiam cælum*: certum est quod idem ipse sit. *Quod autem dicit, Adhuc semel, declarat mobilitatem translationem tamquam factorum*. Quid est quod his verbis significatur? Nimirum quoniam auferentur cuncta de medio, et in melius universa mutabuntur: hoc enim mihi in hoc loco significari videtur. Quid ergo doles, inquit, cum pateris aliquid in hoc mundo, qui non poteris permanere, qui post paululum transitorius est? Si in novissimis sæculis hic mundus forsitan requiem habuisset, tunc tribulari potius oportebat eum qui festinat ad finem. *Ut permaneant*, inquit, *ea quæ sunt immobilia*. Quæ namque ista, vel qualia sunt immobilia? Futura videlicet.

Pro isto igitur fine cuncta faciamus, ut illam vitam adipisci possimus, ut illis bonis ineffabilibus fruamur. Ita, obsecro, ita facite, ad hoc deprecor ut vestrum inflammetur studium. Nemo in civitate, quæ casura est sanæ mentis ædificat. Dic autem mihi, obsecro, si aliquis diceret quoniam post annum civitas hæc tota lapsura est, aliam vero quamlibet permansuram esse firmaret: num, rogo, ædificares in civitate ruitura? Proinde etiam hoc est quod ego nunc dico, Non ædificemus in hoc mundo: post paululum enim lapsum iturus est, et cuncta perditum ibunt. Et quid dico quod mundus casurus est? nos autem [f. nos etiam] ante ruinam ejus periemus, et tormenta sæva patiemur. Nos hinc itaque plurimi sumus egressuri. Quid ædificamus super arenam mobilem? Quin potius ædificemus in petra: quidquid enim incidit, invicta fabrica perseverat, nihil eam commovet, nihil evertit; et merito: ad omnes quippe ictus inadibilis ille locus existit, sicut et contra iste cunctis patet ictibus. Hic namque et terræ motus obruunt, et incendia consumunt, et infestantia bella devastant, et vivos nos auferunt, antequam mundus iste concidat: aliquos autem secum tracturus est ad mortem. Sed etiam stante mundo morbus irruit, et aut celeriter hinc excludit, aut permanentes hic non sinit vivere congruerent. Nam qualis voluptas, aut quæ jucunditas, ubi morbi continui, et calumniatores plurimi, frequentes insidiæ? Aut si horum nihil sit, quod impossibile est, aliquando etiam filios non habentes inæquanimiter ferimus, mœroribus afficimur, non habentes quibus nostras domos et cætera contradamus: et magnis torquemur doloribus, si nostris laboribus exteri perfruatur. Aliquando etiam ad inimicos venit hereditas, et non solum mortuis nobis, verumetiam aliquando viventibus. Quid igitur hoc miserius potest esse vel infelicius, quam inimicis suis quemquam laborare, et ut illi in deliciis degant, pecunias congerere? Harum rerum exempla multa cernuntur in diversis civitatibus accidisse; sed [add. taceo,] ne contristem forsitan, quibus talia provenerunt; aliqui nominatim aliquos protulisses, et plurimum de hac re possem protelare sermonem, pluresque domos ostendere, in quibus inimici dominorum facti sunt domini. Nec hoc de dominis [f. domibus] invenies tantum, sed etiam de servis contigisse cognoscas: sæpe quippe ad inimicos hereditas nostra

translata est. Talis enim est humanarum rerum in hac peregrinatione conditio. In cælis autem nihil tale verendum est, ne forte, aliquo moriente, inimicus adveniat et hereditatis jura suscipiat: illic enim neque mors ulla erit, neque inimicus ullus exstabit, sed tabernacula sola justorum. In sanctis autem illis exsultatio erit et gaudium et jucunditas sempiterna: *Vox, inquit, exsultationis in tabernaculis justorum.* Æterna namque sunt, nullum habentia terminum. Ista vero ædificia tempore consumuntur, et possidentes diversis vicissitudinibus mutant: illa vero tabernacula permanent in vigore perpetuo, et merito: nihil scilicet ibi corruptibile, nihil prorsus temporale, sed cuncta immortalia et inviolata persistunt. In hæc igitur ædificia studeamus nostras evacuare pecunias, nec fabris, nec structuribus, nec operariis opus habebimus. Manus namque pauperum tales domos ædificant; claudi, cæci, vel debiles isti sunt, qui domos illas ædificant; et non mireris, siquidem per istos nobis et regnum cæleste providetur, per istos etiam fiduciam accipimus apud Deum.

Eleemosyna quippe artifex magna consistit, et auxiliatrix eorum qui istam fiduciam faciunt: amica namque Dei consistit, et semper ei propinqua est: pro quibuscumque voluerit, facile gratiæ munus impetrat, tantum si a nobis non lædatur, si nullam patiatur injuriam; injuriam autem patitur, cum ex rapinis eam volumus operari: si vero fuerit munda, magnam præstat confidentiam tribuentibus eam, intervenit etiam pro delinquentibus: tanta est ejus virtus tantaque potentia. Sed etiam vincula peccatorum ipsa dissolvit, fugat tenebras, exstinguit ignem, mortificat vermem, expellit stridorem dentium. Huic cum multa fiducia portæ cæli aperiuntur, et veluti regina intrante, nullus janitorum, nullus custodum qui portis assistunt, audet dicere: Quæ tu es, vel unde? sed omnes eam e regione suscipiunt. Sic etiam misericordia; regina namque est, vere regina, similes faciens homines Deo. *Estote, inquit, misericordes, sicut et Pater vester cælestis.* Pennata namque est et valde levis, habens alas aureas et volatum, quæ angelis magnam gratiam dilectionis apporet: scriptum est enim: *Pennæ tuæ, sicut pennæ columbæ deargentatæ, et collum ejus in fulgore auri.* Sicut columba quædam nitens, et aurea venustate decorata, mites et affabiles oculos habens, per cuncta pervolat: sic et misericordia nitet magno decore festiva, nihil est illis oculis melius. Pulcher quidem est pavo, sed in illius comparatione deformis apparet: ita enim hæc avis pulchra est et mirabilis, ab ipso initio per tempora cuncta perdurans, et multa divina gloria decoratur. Virgo est habens alas aureas, circumspecta per omnia venusteque succincta, vultum habens candidum atque mansuetum; pennata est et levis, et semper ante solium regale consistit. Quando judicamur, repente subvenit et nos a suppliciis liberat imminentibus, aliis suis nos contegens. Hanc amplius desiderat Deus quam sacrificia numerosa, multa de illa loquitur; sic eam diligit. Scriptum est enim: *Vidua et pupillum et pauperem suscipiet Dominus.* Ex ejus vocabulo Deus desiderat appellari: *Miserator et misericors Deus, longanimitas et multum misericors, et verax. Misericordia namque Dei super omnem terram.* Ista est quæ salutem humano generi contulit: si enim non misereretur nostri Deus, irent prorsus cuncta perditum. Ipsa nos quippe, cum inimici essemus, reconciliatos reddidit: ipsa plura bona perfecit, ipsa Filio Dei persuasit, ut fieret servus, et exinaniret semetipsum. Hanc igitur æmulemur, per quam nos constat esse salvos: hanc diligamus, hanc pecuniis præponamus universis; et sine pecuniis vel divitiis habeamus animam misericordem. Nihil ita designat et describit Christianum, sicut misericordia: nihil sic et fideles et infideles simul admirantur, sicut quando nos vident eleemosynas impendere. In multis enim et nos indigemus misericordia: nam et ad Dominum clamamus: *Secundum magnam misericordiam tuam miserere nostri.* Nos ergo initium faciamus: quamquam nos non facimus initium, quandoquidem jam nos ipse antecessit, et suam in nobis misericordiam reddidit manifestam; saltem secundi sequamur. Siquidem homines miserentur misericordes homines et eleemosynas operantes, licet plurima peccata committant: multo amplius Deus. Adverte Prophetam dicentem: *Ego autem sicut oliva fructifera in domo Domini.* Tales ergo efficiamur, sicut oliva fructifera; ex omnibus partibus misericordias germinemus. Non enim sufficit olivam esse, sed opus est eam esse fructiferam. Sunt enim misericordes, sed parva per totum annum tribuentes, aut in una hebdomada, si eos contingat procedere. Isti olivæ quidem sunt, sed non fructiferæ, quinetiam aridæ: et quandoquidem miserentur, olivæ sunt; quoniam vero non large neque magnifice, non sunt fructiferæ. Nos efficiamur olivæ fructiferæ. Sæpius jam dixi, et nunc quoque dico, quoniam non mensura vel quantitate datorum judicatur misericordiæ magnitudo, sed ex voluntate largientis. Scitis enim illius viduæ factum: commodum quippe est hoc proferre semper exemplum, ut neque pauper de opere suo desperet, respiciens ad viduam duo minuta conferentem; neque dives gloriatur, cum de magnis parva largitur. Obtulerunt quidam etiam setas et pilos et capillos in templi constructionem, et sprete penitus non sunt: sed hi, si aurem habentes capillorum munera deportarent, maledicti protinus extitissent; si vero istud tantum habentes obtulerunt, acceptabiles in suo munere facti sunt. Propterea et Cain culpatus est, non quia abjecta obtulit, sed quia omnium quæ habebat abjectiora obtulit Deo. *Maledictus, inquit Scriptura, qui habet meliora, et sacrificat corrupta Deo.* Non absolute dixit, Qui sacrificat corrupta Deo; sed, Qui habet, inquit, et avaritia compellente revocatur. Si igitur quisquam non habet, omni culpa caret, liber est; magis autem mercedem facile conquirat. Quid enim duobus minutis abjectius, vel quid capillis vilius, vel quid inferius parva similagine? et tamen invenies similiter approbata sicut vitulos et aurum quod divites obtulerunt. *Secundum quod quis habet, secundum hoc acceptabilis efficitur, non secundum quod non habet. Quantum habet manus tua, inquit, benefucito.* Propterea obsecro, ut evacuemus cum alacritate substantias nostras in pauperes: ac si

parva sint quæ habemus, mercedem similiter consequemur illis qui plura videntur offerre; magis autem amplius meritum comparabimus, quam illi qui offerunt multitudinem tantorum. Si hæc igitur faciamus, inæstimabiles Dei thesauros adipiscimur: si tamen non solum audiamus, verum etiam faciamus; si non tantum laudemus, sed etiam ipsis operibus ostendamus. Quæ nos omnes contingat adipisci, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri gloria una cum S. Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen

HOMILIA XXXIII.

Propterea regnum inconcussibile suscipientes, habeamus gratiam, per quam serviamus bene placentes Deo cum reverentia et verecundia. Etenim Deus noster ignis consumens est. Quod alibi dixit: Quæ videntur, temporalia sunt; quæ vero non videntur, æterna; et inde sumpsit exhortationis et consolationis argumentum pro malis, quæ in præsentis tempore toleramus: sic etiam hic facit, ac dicit: Firmi debemus existere, ut habeamus gratiam; hoc est, gratias agamus Deo. Non solum non debemus inæquanimitè ferre præsentia mala multa, sed etiam gratias illi pro futuris bonis offerre. Per quam, inquit, serviamus bene placentes Deo; hoc est, sic quippe placentes Deo servimus, cum ei per omnia gratiæ deferuntur. Omnia facite, inquit, sine murmuratione et sine hæsitatione. Quod enim quis operatus fuerit murmurans, recidetur, et perit merces ejus: sicut etiam Israëlita, quale iudicium perceperunt propter murmurationem? Propterea inquit, Non murmuretis. Non enim placet Deo, quando cum murmuratione servitur et non ei pro omnibus gratiæ deferuntur, et pro tentationibus et prosperitatibus. Nihil ergo supinum loquamur, nihil impudens, sed submittamus nos, ut venerabiles ac reverentes esse possimus: hoc est, Cum reverentia et metu Dei. Caritas, inquit, fraternitatis permaneat in vobis, et hospitalitatem nolite oblivisci: per hanc enim latuerunt quidam angelos in hospitio recipientes. Intuere quomodo eos præcepit præcepta præsentia custodire: non enim eis alia superimponit. Non dixit, Efficiamini amatores fratrum, sed, Permaneat caritas fraternitatis. Et iterum non dixit, Hospitales efficiamini, tamquam si non essent; sed, Hospitalitatem nolite oblivisci. Ex tribulationibus enim poterat hoc fortasse contingere. Per hanc enim, inquit, quidam latuerunt, angelos in hospitio recipientes. Attendis quantum honor, quantum lucrum? Quid est, Latuerunt? Hoc est, nescientes in hospitio receperunt. Propterea et multa merces est Abraham, quia nesciens eos angelos esse in hospitio recepit: nam si scirent [scivisset]? nihil mirum esset. Quidam dicunt quoniam in hoc loco etiam Loth significat. Mementote, inquit, victorum tamquam simul victi, et laborantium tamquam et ipsi in corpore constituti. Honorabile connubium in omnibus, et torus immaculatus: fornicatores enim et adulteros iudicabit Deus. Sint mores sine avaritia; contenti præsentibus. Contemplantur quantum illi de pudicitia sermo profunditur. Pacem, inquit, cum omnibus sectamini et sanctificationem: ne quis fornicator aut pollutus; et iterum, Fornicatores autem et adulteros iudicabit Deus. Omnia cum increpatione et prohibitione pronuntiat: Pacem, inquit, sectamini cum omnibus et sanctificationem, sine qua nemo videbit Deum. Fornicarios autem et adulteros iudicabit Deus. Et primo ponens, Honorabile connubium in omnibus, et torum immaculatum; ostendit quia iuste intulit quæ sequuntur. Si enim connubium concessum est, iuste fornicator supplicis afficitur, iuste puniuntur adulteri. Hic adversus hæreticos dimicat. Vide et hic quam bene non iterum dixit, Nullus sit avarus; sed simul [f. semel] dicens, tunc intulit, veluti commune consilium, non velut ad ipsos solos sermones dirigens. Sint mores, inquit, sine avaritia. Non dixit, Nolite possidere, sed, Sint mores sine avaritia: ostendit philosophiam cuiusque voluntatis [f. ostendat... voluntas]. Etenim supra dixerat, Et rapinam substantiarum vestrarum cum gaudio suscepistis. Unde ostendit eos non esse avaritiæ deditos. Iuste eos admonet: Sufficientiam, inquit, habentes præsentium. Deinde etiam mihi [f. hic] consolatio: Ipse quippe dixit, Non te deseram neque derelinquam. Ita ut confidenter dicamus, Dominus mihi adiutor est: non timebo quid faciat homo. Interim in tentationibus consolatio. Mementote præpositorum vestrorum. Hoc superius parturiebat, ut et hoc hic diceret: propterea etiam dicebat, Pacem sectamini cum omnibus. Hoc etiam Thessalonicenses admonebat, ut in honore haberent ampliori præpositos suos. Mementote, inquit, præpositorum vestrorum, qui vobis loquuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem. Qualis est ista consequentia? Quam optima. Intuentes, inquit, eorum vitam, imitamini fidem: ex vita munda fides. Fidem firmitatem dicit. Quomodo? Quoniam credunt de futuris: non enim ostenderent vitam mundam, si hæsitarent de futuris, si dubitarent modo. Proinde etiam hic accurat. Jesus Christus heri et hodie, idem ipse et in sæcula. Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci: optimum enim est gratia stabiliri cor, non escis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis.

Jesus Christus heri et hodie, idem ipse et in sæculum. Heri omne præteritum significat tempus, hodie, præsens, sæculum vero futurum sine termino: tamquam si diceret, Audistis pontificem, sed non pontificem, qui desinat esse; semper idem ipse est. Veluti si essent quidam, qui dicerent quoniam non est, sed alter venturus est: ad hoc respondet quoniam qui fuit heri ipse etiam hodie, et in sæculum. Nam hodieque Judæi dicunt alium esse venturum: expertes semetipsos ab eo reddentes, qui verus est pontifex, declinaverunt ir erro-

rem, ut Antichristum putarent esse venturum. *Doctrinis*, inquit, *variis et novis non circumferamini*. Non solum novis, sed etiam variis. *Bonum namque est gratia confirmari cor, non escis, in quibus qui ambulat nihil prodest*. Hic pedetentim eos significat, qui escarum introducunt observationes: fidei quippe universa munda sunt: fide ergo opus est, non escis. *Habemus enim*, inquit, *altare, ex quo potestatem non habent comedendi qui tabernaculo serviunt*. Non enim qualia sunt apud Judæos, talia etiam nostra sunt, ita ut nec pontifici liceat ex iis participem fieri. Proinde quoniam dixerat, *Nolite hæc custodire, ne posset putari sua destruere, merito iterum ipsum versat*. Nos, inquit, *taliam custodimus: custodimus enim et vehementius, neque ipsis sacerdotibus ex iis aliquatenus dantes*. *Animalium enim quorum sanguis offertur pro peccatis in sancta per pontificem, eorum corpora comburuntur extra castra*. Propterea etiam *Deus, ut populum proprio sanguine sacrificaret, extra portam, inquit, passus est*. Vides figuram magno splendore fulgentem? Pro peccatis, inquit, extra portam passus est. *Egrediamur igitur ad eum, portantes improprium ejus*; hoc est, eadem ipsa perpetentes, et communicantes ei in passionibus, qui condemnatus, crucifixus est foris: neque igitur nos confundamur foras exire. *Non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram prorsus inquirimus*. *Per eum*, inquit, *offerimus sacrificium laudis in perpetuum Deo*; hoc est, *fructum laborum confitentium*, inquit, *nomini ejus*. Nihil blasphemiam nostra vox resonet, nihil supinum, nihil protervum, nihil contumax, nihil arrogans; sed cum verecundia et reverentia conversatio nostra sit: anima quippe in tribulationibus cum in desperationes incurrit, etiam impudens efficitur. Sed nos talia fugiamus. Ecce iterum idem ipsum dixit, quod superius præloquutus est: *Non deserentes*, inquit, *congregationem nostram*. Sic enim possumus, inquit, cum verecundia cuncta proficere: sæpius enim etiam homines erubescerent, a multis abstinent pravis opinionibus. *Boni operis*, inquit, *et communicationis nolite obivisci*.

Non præsentibus fratribus hæc nuntio tantum, verum etiam absentibus. Si autem alii vestras rapuere substantias, tunc ex iis quæ habetis, hospitalitatis opus ostendite. Qualem itaque iis nos excusationem habebimus, cum audiamus talia dici iis, quos rapinam substantiarum suarum sustinuisse constabat. Et non dixit, Hospitalitatis, sed, *Amoris hospitalitatis*: quod in Græco distinctius invenitur. Non posuit quod significat hospitalitatem, sed quod amorem hospitalitatis insinuat, tamquam si diceret: *Nolite simpliciter hospites suscipere, sed cum amore hoc et caritate proficite*. Et non dixit futuram et repositam vobis retributionem, ne eos iterum supiores efficeret; sed jam retributam esse dicit: *Per hanc enim*, inquit, *latuerunt quidam, in hospitio recipientes angelos*. *Honorabile connubium et torus immaculatus*. Sed videamus nunc, qualiter honorabiliores esse nuptias in omnibus dicat, et torum immaculatum. Quoniam videlicet in sanctitate pudicitiam facit conservare fidelem. Hic etiam Judæos pulsat, qui pollutum putabant conjugalem concubitus, et dicebant ex lecto conjugis surgentem, mundum non posse constare. Non est igitur pollutum quod ex natura conceditur, o ingrattissimi et insensatissimi Judæi, sed quod ex prava voluntate descendit: nam si honorabiles quidem sunt nuptiæ, mundæ etiam sunt. Cur itaque ex eis pollutionem fieri existimas? *Sint*, inquit, *mores sine avaritia*. Quoniam plurimi post inanitionem substantiarum suarum postea cupiunt sub obtentu elemosynæ iterum congregare divitias: propterea inquit, *Sint mores sine avaritia*; hoc est, ut illud exspectemus quod usui opus fuerit, et pro necessariis tantum curam geramus. Quid ergo dicit aliis, si nec ipsorum necessariorum nobis contingat habere suffragia. Non est hoc, crede mihi, non hoc est: ipse quippe dixit, et prorsus nulla ratione mentitur: *Quoniam non te derelinquam*. Proinde cum confidentia nos dicere possumus: *Dominus mihi adjutor est: non timebo quid faciat mihi homo*. Promissum habes, non debes hæsitare: ipse promisit, non ambigas. Quæ autem dicit, *Non te derelinquam*, non de pecuniis tantum dicit, sed etiam de aliis cunctis. *Dominus*, inquit, *mihi adjutor est: non timebo quid faciat mihi homo*. Et recte: hoc igitur etiam nos in universis tentationibus exclamemus, et Deum habentes propitium humana omnia irrideamus. Sicut enim Deo indignante nihil nobis proderit, ac si cuncti amici constent: sic etiam, Deo nos diligente, nulla nobis erit necessitas, nulla læsio, ac si cuncti nos hostiliter insequantur. *Non timebo*, inquit, *quid faciat mihi homo*. *Recordamini*, inquit, *præpositorum vestrorum, qui vobis loquuti sunt verbum Dei*. In hoc loco etiam de adiutorio in fratres eum existimo dicere: hoc enim est quod dicit: *Qui vobis loquuti sunt verbum Dei*. *Quorum contemplantes exitum conversationis, imitami fidem*. Quid est, *Contemplantes*? Sæpius animo versantes, et apud vosmetipsos examinantes, considerantes, subtiliter discutientes, inquit, *Exitum conversationis*; hoc est, perseverantia usque in finem: quoniam finem bonum habuit eorum conversatio. *Christus* inquit, *heri et hodie idem ipse est et in sæculum*. Nolite putare quia tunc tanta miracula faciebat, nunc autem non facit idem ipse. *Recordamini*, inquit, *præpositorum vestrorum*. *Doctrinis*, inquit, *variis et novis non circumferamini*. *Novas*, inquit, *doctrinas*: hoc est, præter quas audistis a nobis; hoc est, multiformes et multimodas. Nihil enim firmum possident, sed sunt differentiarum varietate multiplices, et maxime dogmata de escis valde constat implexum. *Bonum est*, inquit, *gratia confortari cor, non escis*. Istæ sunt variæ, istæ novæ, maxime Christo dicente: *Non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quod egreditur*. Et intuere illum non audentem hoc manifeste dicere, sed tamquam sub aliqua significatione. *Bonum est enim*, inquit, *gratia confortari cor, non escis*. Totum enim in fide constat: si ipsa firmetur, cor quoque munitum erit. Fides ergo cuncta confir-

mat; cogitationes autem variæ commovent : contraria quippe est fides cogitationibus vagantibus. *In quibus tuis qui ambulaverunt*, inquit, *nihil utile pervenit*. Quod enim lucrum est, rogo, ex observationibus : nonne interimunt magis? nonne hujusmodi hominem sub peccato constituunt? hæc enim custodire potius est. *In quibus*, inquit, *qui ambulaverunt, nihil habuerunt utilitatis*; hoc est, qui semper ista custodiunt. Una namque est observantia, abstinere videlicet a peccato. Quid enim prodest abstinere a cibis, dum etiam quidam in tantum sint vecordes, ut etiam de sacrificiis participari non valeant? Proinde nihil eos salvavit, licet studium gererent circa hujuscemodi observationes; verum quia fidem non habuerunt, nihil illis profuit escarum illa custodia. Deinde aufert a figuris sacrificium, et ad principalem formam sermonem suum redigit, dicens : *Quorum enim animalium sanguis infertur in sancta per pontificem, horum corpora comburuntur extra castra*. Illa itaque typus erant justorum, et sic cuncta Christus implevit, foris sustinens passionem. In hoc etiam illud significat quæ et sponte pati dignatus est, ostendens quoniam illa non erant simpliciter instituta, sed quia etiam illa dispensatio passionis hujus erat significatio. Foris quippe passus est, sed ad cælum sanguis sublatus est.

Intueris igitur quoniam sanguinem participamur qui infertur in sancta, sed sancta veraciter. Nos igitur veritatem participamur : si ergo non improprium, sed potius sanctificationem participamur, improprium illud sanctificationis est causa : sicut enim ipse improprium sustinuit, sic etiam nos. Proinde si egredimur, participamur cum eo. Quid autem est quod dicit : *Egrediamur ad illum?* Videlicet communicemus cum eo passionem, portemus ejus impropria. Non enim simpliciter extra portam conversari nos jussit, sed sicut ille impropria sustinebat, sicuti condemnatus est, sic etiam nos. *Et per eum*, inquit, *sacrificium offerimus Deo*. Quale sacrificium dicit? *Fructum*, inquit, *labiorum confitentium nomini ejus*. Illi offerrebant pecudes, vitulos, et dabant pontifici : nos autem nihil horum offerimus, sed solam gratiarum actionem : hanc labia nostra germinet. *Talibus*, inquit, *sacrificiis placatur Deus*. Demus illi talem hostiam, ut etiam ipse eam offerat Patri : aliter autem non offertur nisi per Filium, magis autem etiam per mentem contritam. Omnia hæc propter infirmos. Nam quia Filius est gratia, manifestum est : alioquin quomodo honor ille æqualis est? *Ut omnes*, inquit, *honorificent Filium, sicut honorificant Patrem*. Ubi est ergo honor æqualis, si similis non est? *Fructum*, inquit, *labiorum confitentium nomini ejus*. Omnia toleremus cum gratiarum actione, sive paupertas sit, sive ægritudo, sive quidquid aliud nobis evenit : ipse solus agnoscit, quod nobis prodest. *Quid enim oremus*, inquit, *si sicut oportet nescimus*. Qui ergo neque orare novimus quod oportet, nisi ex Spiritu Dei exceperimus : festinemus pro omnibus gratias referre et fortiter omnia tolerare. In paupertate sumus? gratias agamus : in ægritudine? gratias agamus : calumnias sustinemus? gratias agamus : aliquid malum patimur? gratias agamus : hoc enim nos facit proximos esse Deo, tum etiam Deum habemus debitorem : quando vero bona percipimus, nos debitores existimus. Et sæpius nobis ad iudicium ista contingunt, illa vero ad peccati purgationem perveniunt. Illa miserationem et misericordiam nobis acquirunt : hæc autem etiam in superbiam nos erigunt, hæc etiam ad negligentiam nos adducunt, et faciunt unumquemque magna de semetipso imaginari : hæc molliores efficiunt. Propterea etiam Propheta dicebat : *Bonum mihi, Domine, quoniam humiliasti me, ut discam justificationes tuas*. Quando vero prosperitatem accepit, et de adversitatibus liberatus est Ezechias, in altum cor ejus erectum est : quando vero in ægritudinem ac morbum deciderat, tunc humiliatus est, tunc proximus factus est Deo. *Quando*, inquit, *interimebat eos, tunc inquirebant eum, et convertebantur, et diluculo vigilabant ad eum*; et iterum, *Quando impinguatus est et saginatus, recalcitravit qui dilectus erat. Cognoscitur enim Dominus faciens judicia*. Magnum quippe bonum est tribulatio. *Arcta*, inquit, *et angusta est via quæ ducit ad vitam*. Ergo tribulatio nos compellit in angustam viam : qui vero non tribulatur, illam viam intrare non poterit. Qui enim in angusta via semetipsum contribulat, ipse est qui etiam requie perfruitur : qui vero dilatat semetipsum, et neque illam viam ingreditur, et ipse potius tribulatur, dum per plura discerpitur. Intueris igitur qualiter Paulus in angustias hujus vitæ ingreditur. *Affligo*, inquit, *corpus meum et in servitatem redigo* : ut per illud iter incedam. Propterea in omnibus gratias referebat Deo. Damnum pecuniarum passus es? hoc tibi plurimum latitudinis apportavit. Ex honoris culmine cecidisti? facta est tibi alia altitudo. Calumnias passus es, et credita sunt quæ tibi fiunt importuna mendacia, in quibus te conscientia non remordet? gaude atque gloriare. *Beati*, inquit, *estis, cum vobis maledixerint homines, et loquuti fuerint omne malum adversus vos, mentientes propter me. Gaudete et exultate, quoniam merces vestra multa est in cælis*. Quid miraris, si cum mærore conficeris? desideras a tentationibus conquiescere? Paulus etiam voluit aliquam habere remissionem, et sæpius Deum deprecatus est, et non impetravit : quod enim dixit : *Ter Dominum rogavi, sæpius significat. Et dixit mihi*, inquit, *Sufficit tibi gratia mea, quoniam virtus in infirmitate perficitur*. Infirmitatem hic dicit tribulationes. Et quid Paulus? Hæc audiens, cum gratiarum actione suscepit, dicens : *Propterea glorior in infirmitatibus meis, hoc est complaceo, requiesco in tribulationibus meis*. Et nos igitur pro omnibus gratias agamus, sive pro remissione, sive pro tribulatione; non murmuremus, neque ingratici existamus. *Nudus*, inquit, *exivi de utero matris meæ, nudus etiam revertar*. Non venisti cum gloria; non ergo gloriam adipisci desideres. *Nudus*, inquam, non pecuniis tantum, sed etiam gloria et bona opinione in hanc introductus es vitam. Intellige quanta sæpius per pecunias mala contingant. *Facilius est*, inquit, *camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in re-*

gnum caelorum. Contemplaris quantorum bonorum impedimentum divitiarum nobis ingenerant, et tu dives effici cupis? non gaudes quia impedimentum tibi tam grave sublatum est? Sic enim arcta est via quae ducit ad regnum, et sic latae sunt ac spatiosae divitiarum, et timoribus ac molibus oneratae, et inflationibus plenae sunt: propterea, inquit, *Vende omnia tua*, ut te arcta via possit suscipere. Quid cupis pecunias? Propterea enim abstulit eas tibi Deus, ut te liberet a pessima servitute. Nam et pater optimus et integer, cum filium viderit amore meretricis alicujus deperire, si admonitiones ejus audire neglexerit, illam meretricem de medio auferens, in exsilia longinqua detrudit. Talis est etiam abundantia pecuniarum. Curam igitur de nobis gerens verus Pater et optimus Dominus, volens nos ab hac laesione liberare, auferit nobis pecunias, quarum amore mens nostra corrumpitur. Non igitur arbitremur malum esse pauperiem: peccatum enim solum est malum: neque divitiarum bonae sunt per seipsas, sed Deo placere summum bonum est. Paupertatem igitur appetamus, hanc protinus insequamur: ita promerebimur caelum, sic etiam aliorum bonorum impetratione judicabimur digni: quae omnes nos contingat adipisci, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri una cum sancto Spiritu gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XXXIV.

Obaudite praepositis vestris, et subditi estote eis: ipsi enim vigilant pro animabus vestris rationem reddituri: ut hoc cum gaudio faciant, et non congemiscentes: non enim expedit vobis istud. Malum quidem est, ubi nullus est principatus, et multarum cladum haec res existit occasio, et confusionis est turbationumque principium. Sicut enim si ex choro ipsum principem auferas, nequaquam modulatus chorus vel ordinatus existit; et phalanx militum si ducem non habeat, nullo modo numerose acies illa vel ordinate procedit; et navis si gubernatore privetur, pessum eat necesse est; et (f. ita et) gregi si pastorem abstuleris, cunctus dispergetur et periet. Malum igitur est ubi nullus est principatus; subversionis quippe hoc est argumentum. Malum autem est non minus et inobedientia eorum, qui reguntur a principe, idem malum quippe contingit. Populus enim si non obsequitur principi, similis est populo principem non habenti, imo etiam deterior. Illi quidem saltem veniam habent, pro quo indisposite atque inordinate versantur, siquidem ordiatore privati sunt: hi autem veniam non merentur, quinetiam puniuntur. Sed fortasse aliquis dicit, quia est tertium quoque malum, quando ipse princeps malus extiterit: hoc novi etiam ego, et non parum malum est istud, imo etiam pejus est, quam sine principe conversari: melius quippe est a nullo, quam a pessimo regi. Ille quidem salvatur aliquando, ac si in periculum decidit: iste autem omnibus modis pericula subiturus est, dum ad foveas et ruinas impellitur. Quomodo ergo dicit Paulus, *Obedite praepositis vestris, et subjecti estote?* Postquam superius dixerat, *Quorum contemplantes exitum conversationis, imitamini fidem:* tunc intulit, *Obedite praepositis vestris, et subjecti estote.* Quid ergo, dicit aliquis, dum praepositis malignis extiterit, non obaudiemus? Malignum qualiter dicis? si quidem est in causa fidei, fuge illum et evita, non solum si homo fuerit, sed etiam si angelus de caelo descenderit: si vero in voto et moribus malignum dicis, noli scrutari. Et haec non ex meipso dico, sed ex Scriptura divina: audi enim Christum dicentem: *Super cathedram Moysi sederunt scribae et Pharisei.* Et primo dicens de iis multa mala, tunc dixit: *Sederunt super cathedram Moysi. Omnia, inquit, quae dixerint vobis, facite; quae autem fecerint, facere nolite.* Habent, inquit, dignitatem, licet vitae sint perditae: verumtamen non ad vitam eorum, sed ad sermones intendite: quantum enim ad mores attinet, nullus poterit laedi. Qua ratione hoc? Quia quae fecit, manifesta sunt omnibus, et neque ipse, ac si ad cacumen iniquitatis perveniat, poterit alios mala docere. Cum autem fidei causa vertitur, neque manifestum est omnibus quod dicitur, neque malignus dubitavit docere contraria: nam quod dictum est, *Nolite judicare, ne judicemini.* de vita dictum est, non de fide: quod enim infertur, hoc manifestat. *Quid enim vides, inquit, stipulam in oculo fratris tui, et trabem in oculo tuo non vides?* Omnia ergo quae vobis dixerint, inquit, *ut faciatis, facite* (facere autem operis est, non fidei); *secundum autem opera eorum nolite facere.* Intueris quoniam non de dogmatibus, sed de vita et operibus sermo est? Sed Paulus primum instituit eos, et tunc dixit: *Obedite praepositis vestris, et subjacetis eis: ipsi enim vigilant pro vobis reddituri rationem.* Audiant et principes, non soli illi qui reguntur a principibus: quoniam sicut obedientes oportet esse qui reguntur, sic etiam rectores et principes vigilantes esse decet et sobrios. Et quid dicis quia vigilant tantum? periculum etiam super ejus caput emiuet (imminet?), subjectus est ultionibus peccatorum tuorum, et propter te reus existit: timoribus subjicitur enim, et tu negligentiae te tradis, et nugis occuparis, et artificium tuum stulta mente praeponis. Propterea hoc, inquit, dico, *Ut cum gaudio faciant, et non congemiscentes: non enim expedit vobis.* Intueris quoniam cum contemnitur princeps, non oportet ultiones ingerere, sed tota ulio est plorare, ingemiscere. Nam et medicus quando ab aegrotis contemnitur, non se ulciscitur, sed plorat et ingemiscit. Sed dicis quia, si ille ingemiscit, ulciscitur in te Deus. Si enim pro nostris peccatis ingemiscimus, adducimus ad nos propitiationem Dei: pro aliorum vero superbia vel contemptu cum ingemiscimus, nonne amplius advocamus Deum? Vides ergo quoniam non permittit eum ad injurias deduci. Vides quanta philosophia istud est? Ingemiscere ergo oportet eum qui contemnitur et conculcatur et caeditur. Non arbitreris quoniam non te ulciscitur Deus: gemitus

enim omni erit ultione deterior. Quando enim ipse non intelligit ingemiscens, invocat Dominum : etsicuti cum doctor contemnitur a puero, pædagogus vocatur qui severius accedit ad puerum : sic etiam hi inobedientibus discipulis loquuntur ; periculum. Quid dicamus infelicibus illis et miseris, qui semetipsos ad alios regendos præcipitant, et se in tantorum suppliciorum abyssum jaçant? Omnium quos regis, mulierum, puerorum atque virorum tu rationem redditurus es : tanto igni tuum subicis caput. Miror si potest salvari aliquis rectorum. Post tantam enim comminationem, quam negligentiam videmus illatam, video aliquos etiam concurrere, et præcipitare semetipsos tantæ moli ac tantæ difficultati regiminis. Si enim qui necessitate compelluntur, nullum poterunt habere refugium, neque ullam excusationem reperire, quando res male tractaverint, et quando negligenter administrationem gesserint suam : nam et Aaron necessitate compulsus est, et lamen in periculum venit ; sed et Moses pericula sustinuit, qui regimen illud sæpe recusaverat ; et Saül, cui alius commissus est principatus, postquam recusavit, in pericula incidit, quia male sui regiminis administravit officium : quanto ergo amplius qui cum studio et ambitione petunt principatus, semetipsos præcipitant, severius puniuntur? hujusmodi enim homo multo amplius sibi locum veniæ claudit. Oportet ergo timere ac tremere, et propter conscientiam et propter molem ac magnitudinem curæ : et neque, dum quis ad principatum trahitur, recusare, neque, dum non trahitur quispiam, semetipsum præcipitare ; sed considerantes tantæ dignitatis amplitudinem, oportet effugere ; comprehensos autem obsequium et reverentiam oportet ostendere. Nihil immoderate faciendum est, sed antequam fiat præsens quis refugiat, persuadeat sibi semetipsi, quod ad illam rem sumendam indignus existat ; comprehensus autem, similiter reverentiam exhibeat. Ubique modestiam et ingenuitatem debes ostendere. *Orate, inquit, etiam pro nobis : confidimus autem quoniam bonam conscientiam habemus, in omnibus bene volentes conversari.*

Intueris quoniam hæc deprecationes sunt, veluti ad contristatos scribens [f. scribentis], et ad eos qui avertabantur, et qui circa eum, veluti circa prævaricatorem affliciebantur, non ferentes neque nomen ejus audire. Quoniam igitur ab odientibus se talia postulabat, qualia quis a dilectoribus potest præsumere, cæterum omnes propterea in hoc loco instituit. dicens : *Confidimus quia bonam conscientiam habemus.* Veluti si diceret, Nolo mihi accusationes aliquas proferatis : Conscientia, inquit, nostra nos in nullo condemnat, neque nobis aliquid conscii sumus, quoniam vobis insidias fecerimus. *Confidimus, inquit, quoniam bonam conscientiam habemus in omnibus* : non in gentibus tantum, sed etiam in vobis. Nihil negotiationis gratia fecimus, nihil cum fictione protulimus : fortassis enim talibus accusabatur. *Audierunt enim, inquit, de te, quoniam discensionem doces a lege.* Non sicut inimicus, inquit, neque sicut hostis, sed sicut amicus hæc scribo : hoc etiam ex his quæ sequuntur, ostenditur. *Abundantius autem, inquit, peto hoc fieri, ut citius vobis reddar.* Hoc enim nimium amantis est sic orare, non simpliciter, sed cum tota intentione et omni prorsus studio. Ut cito, inquit, ad vos veniam. Hoc animi est nihil sibi conscii, festinare ut ad eos velociter adveniret, et exhortari illos, orare pro illo, ut hoc ei concederetur. Primum ab eis postulans orationis auxilium, tunc etiam ipse pro eis omnia bona deprecatur. *Deus autem, inquit, pacis.* Nolite igitur dissidere a nobis, si vultis Deum pacis habere propitium. *Qui eduxit, inquit, de terra Pastorem magnum pecorum.* Hoc de resurrectione dictum est. *Magnum, inquit, addidit aliud additamentum.* Hinc usque ad finem orationis rationem eis de resurrectione confirmat. *In sanguine, inquit, testamenti æterni Dominum nostrum Jesum Christum, ut nos perfectos redderet in omni opere bono, ad faciendam voluntatem ejus, faciens in vobis beneplacitum in conspectu suo.* Iterum testificatur eis majora perfici. Ad illos enim pertinet, qui jam sumpsere principium, et quorum ad perfectionem omnis cursus intendit. Et iterum orat pro eis : quod pertinet ad amantem. Et in aliis quidem epistolis in exordiis orat, hic autem in fine. *Faciens, inquit, in vobis beneplacitum in conspectu suo per Jesum Christum, cui gloria in sæcula. Amen.* Obsecro autem vos, fratres, ut sustineatis verbum consolationis ; etenim perpauca scripsi vobis. Intueris quia quod nullus [nullis?] scripsit, istis scribit? Etenim, inquit, vobis non sum molestus longo sermone. Arbitror autem eos quia circa Timotheum non se habebant infensus : unde etiam ipsum præposuit. *Cognoscite, inquit, fratrem nostrum Timotheum dimissum, cum quo, si celeriter venerit, videbo vos.* *Dimissum autem dixit, unde?* Arbitror enim quod in custodiam fuerit missus, aut, si hoc non est, dimissum dicit ab Athenis : nam et in apostolorum Actibus sic habetur : *Salutate inquit, præpositos vestros, et omnes sanctos : salutant vos omnes ex Italia.* *Gratius cum omnibus vobis. Amen.* Intueris qualiter ostendit ingenerari posse virtutem, neque ex Deo dicit totum? neque ex nobis eam perfici tantum. Primum dicendo : *Ut perficiat vos in omni opere bono,* hoc significat : Habetis quidem virtutem, indigetis autem complemento. Quod autem est quod dicit : *In omni opere bono, et sermone bono?* Ut vitam scilicet rectam haberent et dogmata. Secundum voluntatem ejus, inquit, *faciens in vobis beneplacitum in conspectu ejus.* Hæc quippe maxime virtus est facere beneplacitum in conspectu Dei ; secundum quod etiam Propheta loquitur dicens : *Et secundum munditiam, inquit, manuum mearum in conspectu oculorum ejus.* Tanta tamen scribens Apostolus parva illa esse dixit, in comparatione scilicet eorum quæ dicturus erat : secundum quod et alibi dixit : *Sicut scripsi vobis in modico, secundum quod potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi.* Et vide sapientiam ejus : non dixit, Obsecro vos suslinere verbum admonitionis ; sed, *Sustinete verbum consolationis,* hoc est verbum solatii, verbum hortationis. Non potest quisquam,

inquit, longitudinem sermonis abnuere, nisi in patientia. Hoc quippe erat quod eos aversari faciebat. Non vult hoc ostendere, sed latenter hoc dicit: tamquam si diceret: Etsi pusillanimes estis: talium enim non est ferre sermonis longitudinem. *Cognoscite*, inquit, *fratrem Timotheum dimissum esse, cum quo, si celeriter venerit, videbo vos*. Hoc enim idoneum erat, ut eos mansuetiores efficeret, quod se paratum dixit ad eos venire ut eos cum suo discipulo videret. *Salutate*, inquit, *præpositos vestros et omnes sanctos*. Intueris quomodo eos honorabiliter tractat? si quidem ad illos pro illis scribebat. *Salutant vos omnes ex Italia. Gratia*, inquit, *cum omnibus vobis. Amen*. Gratiam eis optat: quod est omnium commune. Qualiter autem fit gratia nobiscum? Si non injuriam faciamus quando nobis beneficia conferuntur, si negligentes non existamus circa munera Dei. Quid est gratia? Remissio videlicet et purgatio peccatorum: hæc nobiscum est, si bene egerimus. Nam quis injuriosus potest istam servare gratiam, et non statim evacuatus efficitur? Verbi gratia: donavit tibi omnia peccata, quomodo tecum gratia permanebit, sive Spiritus sancti operatio, nisi eam per bona opera ad te ipsum attraxeris? Hæc quippe est causa omnium bonorum, si in nobis spiritualis gratia perseverat: hæc quippe nos ad omnia bona recto itinere deducit, sicut etiam quando ab ea excidimus, perimus, et deserti efficitur omni bono.

Non itaque eam repellamus: in nobis quippe est etiam, ut permaneat in nobis, vel ut discedat a nobis: illud enim fit, quando cælestia meditamur; hoc autem, quando ad sæcularia declinamus. *Quem mundus*, inquit, *non potest capere, quoniam non videt eum, neque cognoscit eum*. Contemplaris igitur quoniam non est sæcularis animæ habere Spiritum sanctum? Multo nobis itaque opus est studio, ut eum apud nosmetipsos retinere possimus, et munitos nos reddere atque in pace collocare. Sicut enim navis, quæ prospero flatu fertur in pelago, non potest impediri neque demergi, usquequo prospero vento ac perseverante fruitur; sed etiam post navigationem gloria eis magna contingit, sive nautis, sive epibatis: illis quidem requiem tribuens, quod labore remigationis non fuerint fatigati; illis autem, quod eos maris molestia liberavit, et navigationem illam hilarem fecit, et velut spectaculum illis jucundum ipsam prosperitatem cursus attribuit: sic etiam anima a divino adjuncta Spiritu, omnibus rebus superior existit, et omnibus fluctuationibus vitæ hujus eminebit, et viam in cælum ducentem vehementius, quam illa navis, incedit: utpote quæ non vento impellitur, sed ab ipso Paraclito fertur, munda vela possidens, et plena prosperis flatibus omnem remissionem et dissolutionem a sua mente discutiens. Sicut enim in velis jactatis ventus incidens, nihil operatur: sic etiam Spiritus sanctus in anima remissa et segni non patitur permanere; sed opus est nobis omni distractione omnique vehementia, ut mens nostra ardens in nobis existat, et omnia in nobis opera intenta sint et fortia. Verbi gratia: quando oramus, cum multa intentione hoc oportet efficere, intendentes animum nostrum ad cælum, non funibus, sed desiderio valido. Item quando misericordiam facimus, intensione opus est, ne forte cura domus et providentia filiorum atque uxoris affectus, vel timor egestatis subintrans, remissiora vela nobis efficiat. Si enim spem futurorum attendamus [*f. intend.*] undique, bene suscipit operationem Spiritus sancti: illis autem cogitationibus et miseriis impediendis, nihil in eam gratiæ permittit incidere; ac si forte incidat, ipsam quidem nihil læsit, repercutitur autem ille flatus citius gemitibus animæ, et excidet excussus. Propterea igitur multa nobis opus est intensione: etenim jam nos in mari magno et spatio navigamus, multis quidem bestiis pleno et scopulis: hoc mare multas nobis etiam tempestates ingerit, et obducto cælo nubibus, excitat flatus. Oportet igitur, si volumus sine molestia et sine periculo navigare, vela nostræ navis erigere, hoc est, nostræ voluntatis: sufficit enim hoc nobis. Nam et Abraham, quoniam desiderium suum intentum habuit ad Deum, et voluntatem suam integram et perfectam obtulit Deo, nihil aliud opus habuit, sed *Credidit Deo, et reputatum est illi ad justitiam*. Fides autem integra et germana voluntas est. Obtulit filium suum, et non eum occidens, occidentis certum est recepisse mercedem, et re non facta, merces ei reddita est integra et perfecta. Sint igitur nobis munda vela, non sint veteranosa: omne namque quod veterascit et in senium cadit, interitui proximum est: non sint contrita et dirupta, ut spiritales flatus non teneant. *Animalis enim homo*, dixit Apostolus, *non percipit ea quæ sunt Spiritus*. Sicut enim araneorum stamina flatum venti non suscipiunt: sic neque anima sæcularis, neque homo animalis gratiam poterit Spiritus sancti suscipere. Nihil enim differunt ab illis staminibus cogitationes nostræ, solo visu habentes consequentiam, totius autem virtutis vacuæ permanent. Sed nostra non debent esse talia, si quidem sobrii sumus: quidquid incidere, omnia tolerat Christianus, et omnibus est superior, omni plaga fortior. Sit enim quisque spiritualis vir, et occurrant ei mille mala, nullo modo vincitur. Et quid dico? incidat illi pauperies, ægritudo, injuriæ, detractiones, vituperationes, plagæ, omne genus deprecationis, et impropiorum et injuriarum: sed veluti si extra mundum fuerit constitutus, et veluti si a passionibus corporis liber existat, sic cuncta illa risui habebit. Et quia non hæc verbis amplificare volo, multos etiam nunc tales existimo: sicut ii qui se ad eremum contulerunt. Sed nihil hoc mirum: nam etiam in civitatibus latere tales existimo. Quod si volo, possum hujusmodi antiquos ostendere: et ut agnoscas, intellige Paulum: quid ille non mali passus est? quid non sustinuit? omnia fortiter tolerabat. Hunc imitemur, et sic poterimus ad portus venire tranquillos, lucra maxima deferentes. Extendamus igitur nostram mentem, et elevemus ad cælum, et illo amore teneamur, et igni spirituali magnanimiter induamur. Salvemus nosmetipsos flammaram incendio divinarum: nullus iis flammis circumseptus alicujus formidat incursus, sive fuerit homo,

sive bestia, sive mille muscipulæ; quædum enim quisque ignitus incedit, omnia superat, omnia excedit, omnia contemnit. Flamma quippe insuperabilis res est, et importabile est cunctis rebus incendium: ignis quippe cuncta consumit. Hoc itaque igne circumsepimur exhortor, gloriam offerentes Domino nostro Jesu Christo, cum quo Patri, una cum sancto Spiritu, gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

IN UNDECIM S. JOANNIS CHRYSOSTOMI HOMILIAS

NUNC PRIMUM E TENEBRIS ERUTAS.

En tibi, Lector erudite, novam, amplam, omninoque singularem homiliarum Chrysostomi accessionem proferimus, quæ haud ita pridem ex monte Atho, ut quidam, vel ex insula Patmo, ut alii dicunt, in Bibliothecam Vaticanam allatæ, a sodalibus nostris, qui tum Romæ Congregationis S. Mauri negotiis advigilabant, a Græco amanuensi exscriptæ, transmissæ mihi fuere; nimirum a D. Petro Malet, qui tunc procuratoris generalis officio fungebatur, et jam in monasterio S. Germani a Pratis Prior est; et a D. Josepho Avril, ejus socio, jam in monasterio Corbeiensis Priore, qui ambo semper, dum Romæ essent, assiduam mihi præstitere operam.

Quodque prorsus novum insolitumque est, atque utilitatis multum affert, hæc homiliæ descriptæ fuere a quodam, qui S. Doctoris lateri hæsisse videtur, quique in homiliarum titulis loca refert ubi homiliæ habitæ sunt, et sæpe causam cur concionatus sit indicat, ac non pauca ad historiam pertinentia admiscet. Certissimumque est illas Constantinopoli habitas fuisse, omnesque annis 398 et 399: An vero continenter et illo quo habitæ fuere ordine hic referantur, de multis liquidum est, de omnibus affirmare non ausim, tamenque verisimile est omnes illo, quo hic ponuntur, ordine dictas fuisse.

I. Prima in martyrio, seu in ecclesia Martyrum, quæ in Antiqua Petra, ἐν Παλαιῇ Πέτρᾳ, sita erat, dicta fuit. Quinam hic locus esset apud rerum Constantinopolitanarum scriptores nondum reperi. Tempus autem assignat Chrysostomus, cum paulo post initium dicit habitam homiliam fuisse cum nondum triginta dies effluxissent ab ingenti illo terræ motu, qui totam urbem concusserat: ita ut plurimi ex opulentioribus, bonis omnibus, possessionibus et patria relictis, extra patriam et extra fines præ formidine aufugerint, alique bona illorum invaserint. Certum autem videtur terræ motum illum ex numero eorum fuisse, quos Claudianus Constantinopoli accidisse memorat (*Claudian. lib. 2 in Eutropium, v. 24 sqq.*) ante consulatum Eutropii, anno videlicet 398. Omnes quippe homilias istas vel ante consulatum Eutropii, vel ipso consule, sed ante fugam eademque illius, quæ mense ci reiter Augusto anni 399 accidit, habitas fuisse certum est.

Tillemontius, qui homilias hasce non viderat, putat homiliam illam de terræ motu, quam Combefsius publicaverat, et quam ex Vaticano codice emendatam dedimus tom. 2, p. 717; homiliam, inquam, illam habitam fuisse post terræ motum, qui anno 398, postquam Chrysostomus episcopus ordinatus fuerat, accidit. At cum ille terræ motus accidit, Chrysostomus morbo detineatur, ut ipse in homiliæ principio dicit: neque uspiam legimus Chrysostomum primo vel secundo episcopatus sui anno, vel morbo vel infirmitate quapiam correptum fuisse; neque in hac prima homilia, quæ post terræ motum illum anni 398 habita est, de infirmitate sua quidpiam loquitur. Ad hæc populus qui huic primæ concioni adfuit vel adesse debuit, ob negligentiam et ignaviam acerrime carpitur; contra vero in illa alia de terræ motu homilia populus ob studium et fervorem summis laudibus celebratur, quem Antiochenum populum esse puto. Antiochia enim, ut diximus et probavimus in Monito ad Homiliam de Lazaro et de Terræ motu tom. I, p. 772, frequentissimis terræ motibus agitabatur. Verum addit Tillemontius, in homilia illa frequentissime de litaniiis agi, quæ litaniiæ ab ipso Chrysostomo, paulo postquam episcopus ordinatus fuerat, primum institutæ fuere. At nihil de litaniiis illic agitur, sed de cantu psalmorum et hymnorum, quos in tempore calamitatum eangebant Christiani ad ecclesiam venientes, diu antequam Chrysostomus episcopus ordinaretur. Hæc de re jam actum est in Vita Chrysostomi.

II. Secunda homilia celebritatem nobis singularem indicat. Cum martyrum reliquiæ solemniter transferrentur ex Magna Ecclesia ad martyrium seu ecclesiam S. Thomæ apostoli et martyris, in Drypsia sita et novem milliariis a Magna Ecclesia distantem, ingens populi frequentia fuit; imo Imperatrix ipsa Endoxia Arcadii uxor, nocte et die per tantum viæ spatium prope SS. martyrum thecam pedes incessit. Quapropter ubi ad martyrium perventum est, Chrysostomus concionem habuit, ubi celebritatem illam descripsit, et Imperatricem summis laudibus extulit.

III. Insequente die Imperator ad idem martyrium seu ecclesiam venit cum satellitio et armatorum manu, atque deposito diademate, reliquias debito cultu prosecutus est: illi quoque positis armis paria præstiterunt: ac non expectata concione, Imperator cum suis recessit. Tuncque concionatus Chrysostomus est, pluribusque probavit post Adæ peccatum homines ad excellentiorem statum venturos esse, si recte vitam instituant; resurrectionem tamen futuram obscure priscis illis temporibus prænuntiatam fuisse dicit.

IV. Quarta homilia in templo S. Anastasiæ habita fuit: pauci fuere auditores; tamenque Chrysostomus de Jobi patientia et virtute longam et elegantem habuit orationem (a).

V. Homilia quinta in templo S. Irenes habita est. In ea Chrysostomus de absentibus conqueritur, et presentibus gratulatur; de psalmodiarum cantu agit, probatque muliebrem sexum impedimentum non esse ad virtutis exercitium.

VI. Homilia sexta habita est in ecclesia Sanctorum Apostolorum in die Theodosii Imperatoris, contra eos qui se Catharos sive Puros vocabant. Chrysostomus, postquam duo alii episcopi concionati fuerant, hanc dixit homiliam.

Primo ambos episcopos laudat, quorum alter junior, inquit, senis gravitatem, alter senex, junioria vigore præ se ferebat. Deinde Theodosium Magnum laudibus effert, cujus dies tunc celebrabatur; dies nempe ut verisimile est mortis ejus, qui Januarii decimo die contigit. Unde arguitur hanc homiliam mense Januario anni 399 dictam fuisse. Theodosius autem anno 395 obierat. Hunc imperatorem celebrat ille a pietate et a victoriis, quas opitulante Deo retulit de tyrannis Maximo et Eugenio. Quas ille victorias, tacito tyrannorum nomine, ita refert, ut ab aliis historiæ scriptoribus narrantur.

Homilia vero istæ in medio magna sui parte mutila est, ita ut quæ plurima eorum quæ contra Catharos seu Novatianos dicebantur, interciderint ac perierint. Novatiani autem tunc Constantinopoli magno numero erant, episcopum suæ sectæ peculiarem habebant, ac sese καθαρούς, seu puros, appellabant, qua de causa illos acerrime perstringit Chrysostomus, ut in homiliæ fine videas.

Post illam contra Catharos homiliam, in Codice Vaticano sequitur homilia cujus titulus, *Adversus eos, qui ad hippodromi et theatrorum spectacula se conferunt*. Cujus initium est, *Hæccine ferenda? hæccine toleranda? vobis enim ipsis iudicibus contra vos uti volo*. Quam edidimus tom. VI, p. 272, ex Coisliniano. Codice desumptam; ideoque illam hic prætermittimus.

Verum quia in homiliæ nonæ sequentis titulo, et in ipsa homilia nona, multa habentur quæ ad istam homiliam referuntur, hic necessario quædam de hujus homiliæ occasione deque aliis quibusdam referenda.

Anno 399, postquam unum jam annum in episcopatu enisus erat Chrysostomus, ordinatus nempe anno 398, 26 Februarii; feria quarta hebdomadæ sanctæ, quæ feria anno 399 incidit in sextam Aprilis, tam ingens pluvia decidit, ut metus esset ne agri devastarentur, messesque omnes in perniciem ruerent. Hinc preces, supplicationes et *ἀραιαί*, seu processiones, episcopo duce et toto concurrente populo ad ecclesiam Apostolorum. Post hæc, imbre cessante, necdum sublata formidine, trajecto navibus Bosporo, ad ecclesiam SS. Petri et Pauli, in opposita maris ora sitam, cum episcopo totus cœtus accurrit. Hoc perfuncti periculo Constantinopolitani plerique, una tantum interposita die, nempe feria quinta in Cœna Domini, cum in Parasceve ludi equestres agerentur, nihil curantes diem illam sacram ad hoc spectaculum accederent, interim ingemiscente domique sedente Chrysostomo; imo die sequente, nempe Sabbato sancto, ad theatrales ludos se contulerunt, ubi meretricia erant spectacula, quæ singulatim et egregie depingit Chrysostomus in ista concione, ubi in prævaricatores hujusmodi gravissime invehitur, demumque in illos *excommunicationis* sententiam pronuntiat, sed comminando tantum, ut puto, et ut ibidem pluribus dixi.

Circa diem qua hæc concio dicta fuit, aliquid difficultatis mihi offerri videbatur. Dixit ille in concione *ante tres dies imber ingens*. Imber autem ille feria quarta majoris hebdomadæ decidit; feria quinta nihil memoratur incidisse; feria sexta in Parasceve ad ludos circenses itum est, Sabbato ad theatrale spectaculum; ita ut homilia istæ dicta fuisse omnino videatur Dominica Resurrectionis Domini. Verum aliquid tunc dubii me incessebat, cur, si dies Paschatis esset, ne verbum quidem de Paschate faciat. Verum jam nulla difficultas superest, cum in titulo homiliæ nonæ sequentis, et in homilia ipsa dicatur diem illum in quo tam graviter illos circensium et theatralium ludorum spectatores insectatus est, Dominicam fuisse, atque adeo diem Resurrectionis Domini: quam ideo non commemoravit Chrysostomus, quod contra spectatores illos graviter succensus esset, illamque rem unice cogitare (b).

(a) Μὴ γινώσκω, nescio quibus rationum momentis ductus, hanc homiliam post Septembrem mensem anni 398 habitam fuisse suspicatur.

(b) Matthæius, qui locum homiliæ aliter intelligit, contendit homiliam contra theatra habitam fuisse Sabbato ante Pascha.

VII. Homilia septima in ecclesia Sanctæ Anastasiæ habita fuit, ubi modicus erat, inquit ille, auditorum numerus, neque tamen ideo conqueritur, sed exemplum Samaritanæ offert: quam licet unam tantum, quia tamen audiendi studio fervebat, longo tempore alloquutus est Christus. Deinde vero pluribus explicat quid sibi velit Paulus, cum ait, *De confirmatione Evangelii, et in his orationem claudit.*

Dicta fuisse videtur hæc homilia in hebdomada Paschatis: nam qui homilias hæc in ipso tempore colligebat, ut ex titulis concionum deprehenditur, illo quo dicebantur ordine eas descripsit.

VIII. Homilia octava rem prorsus insolitam nobis exhibet atque inauditam. Tunc Gothorum pars maxima, qui vel Constantinopoli vel circum erant, Arianismum sectabantur. Erant tamen Catholici gentis ejusdem non pauci. Cum autem in ecclesiam Sancti Pauli convenissent, jussit Chrysostomus Gothos aliquot loca quædam Scripturarum, quæ in Gothicam linguam conversæ fuerant, Gothice legere, et postea Gothum presbyterum Gothice concionari. Cur autem ita jusserit satis declarat in concione quam ipse continenter post Gothum presbyterum eadem in ecclesia habuit; ut videlicet Græcos philosophos eorumque religionis sequaces, et Judæos quoque pudore suffunderet: quod dum illi veritatis lucem respuerent, barbaræ per totum orbem nationes sole fulgidiorem Evangelii lucem amplecterentur. Addit etiam eum, qui in Veteri Testamento primus vocatus fuit, nempe Abrahamam, barbarum fuisse in medio barbarorum versantem; barbaros quoque fuisse illos qui Christi ortum primi annuntiarunt, nimirum magos, qui ex Oriente venerant.

Hæc autem concio habita fuit in ecclesia S. Pauli intra hebdomadam Paschatis festum subsequentem et per octavam, ut ex sequentis homiliæ titulo, ab eo qui his concionibus aderat præmissò, liqudum est; etiamque confirmatur ex iis quæ initio homiliæ sequentis dicuntur.

Etenim cum illos gravissime pupugisset ipsisque molestiam creasset in ea homilia, quam in Dominica Resurrectionis Christi habuerat, eo quod in die Parasceves et in Sabbato sancto ad circenses et theatrales ludos se contulissent, imò excommunicationis sententiam, saltem comminatoriam, in illos protulisset: illi tamen postea, re secum serio perpensa, non sine causa se acriter impetitos fuisse videntes, et plura his de rebus audire cupientes, ad Magnam Ecclesiam, ut concioni interforent, ingenti numero se contulere. Verum accidit ut illo die, nempe Dominica post Pascha, quidam adesset ex Galatia episcopus, vir tum ex senectute, tum ex aliis animi dotibus venerandus, cui concionandi vicem Chrysostomus cessit: quod auditores ægerrime tulere: summo enim Chrysostomi se iterum carpentis, imò secantis, ut ipse ait, audiendi desiderio tenebantur.

IX. Quapropter ille Dominica, ut credere est, sequenti, secunda videlicet post Pascha, in Ecclesia Magna concionem hanc habuit, ubi statim auditoribus gratulatur, quod licet tam graviter excepti in concione illa Dominicæ Resurrectionis, tam ferventer et tanto numero iterum compareant. Tum sese excusat quod Dominica præcedenti episcopo Galatiæ seniori concionandi locum cesserit; iterumque contra circenses ludos, etiamsi mitius moderatiusque loquitur, remque tangit omnino deplorandam, quæ hesternam die in hippodromo contigerat, et ab hujusmodi ludis alios avertere debebat. Quidam enim, qui postridie uxorem ducturus erat, dum cum aliis cursoribus concertaret interceptus, miserabili casu capite truncatus, et extremis membris abscissis ibi manserat. Deinde explicat illud Evangelii dictum, *Pater meus usque modo operatur, et ego operor*, probatque Filium æqualem esse Patri.

X. Homilia decima habita fuit in ecclesia Apostoli (a), postquam senex quidam episcopus ante Chrysostomum concionatus fuerat: quodque observandum est, illum senem, et se juvenem vocat, etsi ex vulgari opinione annum 52 jam evensus erat (b).

XI. Undecima quoque et postrema homilia dicta fuit a Chrysostomo (die festi Machabæorum), postquam senex quidam concionatus fuerat. Id ipsum sæpe videmus, duas nempe et aliquando tres homilias continenter haberi in eadem ecclesia et eodem audiente populo. In hac autem agit Chrysostomus de Eleazaro et de Machabæis, quos probat ille pro Christo passos fuisse.

(a) Matthæus contendit illam homiliam habitam fuisse in ecclesia Apostolorum, id ex eo conjiciens quod in cursu illius dicatur: *Ad Apostolorum thecas venimus* (Col. 326. lin. 34). Idem ex his verbis, *Iis quæ hodie lecta sunt* (nempe *Matth. 9, 37*) *demus operam*, quæ ibidem, post aliquot lineas leguntur, quo tempore homilia habita fuerit, concludit. « Hinc, inquit, constat quo die hanc homiliam habuerit: nimirum tricesimo mensis Junii. Eo enim die celebratur memoria XII apostolorum. Legitur autem *Matth. 9, 36 ad 10, 8*. Id mihi notum est ex Synaxariis Græcorum. »

(b) Perperam hæc notant Benedictini, cum in hac homilia minime se juvenem vocet, sed episcopum qui ante illum erat concionatus. juvenem simul et senem esse dicat, sub dupliæ scilicet respectu animi et corporis.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

Ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῷ ἐπὶ τῇ παλαιῇ πέτρᾳ, ὁλίγων συλλεγόντων διὰ τὸν χειμῶνα εἰς τὸ δεῖν συνεχῶς συνάγεσθαι, καὶ μὴ διαγορευεῖν τὴν σωτηρίαν ἐν ἁμαρτήμασιν ὄντας, ἀλλὰ μετανοῶν ἐπιδεικνυσθαι.

[323] Τί τοῦτο; τὴν πόλιν ἅπασαν παρεῖναι δέον σήμερον, οὐδὲ τὸ πολλοστὸν ἡμῖν ἀπήντηκε τοῦ συλλόγου μέρος; Τάχα ὁ πηλὸς αἴτιος καὶ ὁ υἱός; Ἄπαγε· οὐχ ὁ πηλός, ἀλλ' ἡ βλάβη καὶ ἡ ἀναπεπικυῖα γνῶμη. Τίνα γάρ ἂν ἔχοιεν συγγνώμη οἱ ἀπολείφθεντες, ὅπου γε οἱ μὲν μάρτυρες καὶ αὐτῆς τῆς ζωῆς κατεφρόνησαν, αὐτοὶ δὲ ὑπὲρ τοῦ παραγενέσθαι οὐδὲ πηλοῦ κατετόλμησαν; Πῶς μακαρίσω τοὺς παραγενομένους ὑμᾶς; πῶς ταλαίψω τοὺς ἀπολείφθεντας· ἐκείνους, διὰ τε τὴν ἀπολείψιν, διὰ τε τὴν αἰτίαν τῆς ἀπολείψεως; Εὐδὴλον γάρ ὅτι βιωτικὰς προσηλωμένοι φροντίσι, καὶ τὸν ἅπαντα λυμαινόμενον τῶν χρημάτων ἔρωτα σφοδρότερον ἐν ἑαυτοῖς ἀνάπτοντες, τῆς καλῆς ταύτης ἀπελείφθησαν ἐσρῆτις. Ἄλλ' εἰ καὶ μὴ πάρεσις, ἀναγκαῖον καὶ πρὸς ἀπόντας διαλεχθῆναι· εὐδὴλον γάρ ὅτι δι' ὑμῶν ταῦτα ἀκούσονται τῶν παρόντων· μέχρι ποῦτε τῶν χρημάτων ἡ λύσσα; μέχρι τίνος ἡ μηδέποτε σθενυμένη κάμνις; πάντα ἔπεισι καὶ καταφλέγει; οὐκ ἴστε ὅτι αἷτη ἡ φλόξ ἐκείνο τικτεὶ τὸ ἄσβεστον πῦρ; αὐτὴ ἡ τηκεδὼν ἐκείνον γεννᾷ τὸν σκώληκα τὸν λοβόλον; Εἰ δὲ καταφρονεῖς γενένης, καὶ οὐ διασεῖ· σου τὴν διάνοιαν ταῦτα τὰ ῥήματα διὰ τὸ μέλλειν εἶτι τὴν κόλασιν· κἂν τὰ παρόντα πειθῆτω σε. Οὐκ ἔγνωτε οἶον τὸν καρπὸν ἢ φιλοχρηματία πρῶν ἐπεδείξατο; οὐ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ὑμῶν ἔστι τὰ ὑπομνήματα; οὐκ ἔναυλος τῆς τοσαύτης καταστροφῆς ἡ ἀπόδειξις; Πᾶσα ἡ πόλις ἡμῖν τῶν [324] λειψάνων τοῦ ναυαγίου ἐκείνου ἐμπέπλησται· καὶ ὅπου περ ἂν ἀπέλθης, ὥσπερ πλοίου μεγάλου καταποντισθέντος, ὁ μὲν τὴν σανίδα, ὁ δὲ τὴν κώπην, ὁ δὲ τὸ ἴστιον, ὁ δὲ μέρος τι τῶν ἀγογίμων διασώσαντες ἔχουσι καὶ περιφέρουσιν· οὕτω δὲ καὶ τοῦ πρῶν ἐντεῦθεν ἐπενεχθέντος σεισμοῦ, ὁ μὲν τὴν οἰκίαν, ὁ δὲ τοὺς ἀγροὺς, ὁ δὲ τὰ ἀνδράποδα, ὁ δὲ τὸ ἀργύριον, ὁ δὲ τὸ χρυσίον διαιεμάμενοι, πλατεῖαν τῆς συμφορᾶς τὴν ἔψιν εἰργάσαντο, καὶ πανταχοῦ τοῦ κλόνου τὰ ὑπομνήματα διασπαρῆναι παρσεκυσάσαν. Καὶ ὁ μὲν νύκτας ἀσπνοὺς διατελέσας, καὶ μυρίους πόνους καὶ κινδύνους ὑπομείνας, καὶ ἁμαρτήματα τοσαῦτα συναγαγὼν ἀπὸ τῆς τοιαύτης πλεονεξίας, ἄδικος, ἀπολις πρὸς τὴν ὑπερορίαν φυγὰς γέγονε, καὶ τῆς ἀναγκαίας ἀπορεῖ τροφῆς· καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων κίνδυνον ἐπιπρεμάμενον ὄρᾶ, ξίφη καὶ βιβλίους καὶ βράβαρα φανταζόμενος, μυρίων θανάτων χαλεπωτέραν ζωὴν ζῶν· ἕτεροι δὲ τοῖς ἐκείνου κτήμασιν ἐντροφῶσι, καὶ οἱ πρὸ τούτου κολακεύοντες αὐτὸν, ἐπιβουλεύουσι νῦν. Ταῦτα οὖν οὐχ

ἱκανά καὶ τὸν σφόδρα ἀναίσθητον σωφρονίζεις; Ἄλλὰ μετὰ τοσαύτην πληγὴν, μετὰ τοσοῦτον χειμῶνα, μετὰ τοσαύτην καταστροφὴν, μετὰ τοσαύτην μεταβολὴν καὶ τηλικαύτην, τὴν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν φαινομένην, τὴν πρὸ τριάκοντα οὐδ' ὄλιως γεγεννημένην ἡμερῶν, πάλιν ταῦτα μαίνεσθε; καὶ ποῖαν ἂν σχοίητε συγγνώμην, ἢ τίνα ἀπολογίαν; Καὶ οὐ μαίνεσθε μόνον, ἀλλ' οὐδὲ παραγίνεσθε, ἵνα αὐτὸ τοῦτο μάθητε. Ὡσπερ γάρ πρὸς παρόντας τοὺς ἀπόντας διαλέγομαι, πολλῇ τῇ ἀθυμίᾳ κεκαρέμωνος, ὅτι οὐ τῷ φόβῳ τῶν μελλόντων, οὐ τῇ πείρᾳ τῶν παρόντων γίνονται βελτίους· ἀλλ' ἀρπάζοντες, πλεονεκτοῦντες, ὥσπερ ἐν τινι κοπρίᾳ σκώληκες, τῷ φορυτῷ τῶν φροντίζων τούτων ἀπειλημένοι καὶ ἐγκατορυρυγμένοι, οὐδὲ ἅπασι τῆς ἑβδομάδος παραγίνεσθαι σπουδάζουσιν, ἵνα κἂν αὐτὸ τοῦτο μάθωσιν ἔνθα εἰσιν. Ὡσπερ γάρ οἱ φρενίτιδι κατεχόμενοι αὐτοὶ μὲν οὐκ ἂν δύναιντο συνιδεῖν ἐν οἷς εἰσιν, ἱατρῶν δὲ δέονται τῶν τῆς μανίας αὐτοὺς ἀπαλλάξόντων· οὕτω δὲ καὶ οἱ τῇ χαλεπῇ λύσει τῶν χρημάτων κατεχόμενοι, ἐτέρων δέονται διδασκάλων, ἵνα κἂν ὅτι λυσοῦσι μάθωσι. Διὰ τοῦτο μάλιστα αὐτῶν δέομαι καὶ παρακαλῶ καὶ ἱκετεύω ἀπαντᾶν πρὸς ἡμᾶς, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ λόγου δεχέσθαι φάρμακα. Οὐκ ἔστι μοι σιδήριον ἠκονημένον, ἀλλ' ἔστι λόγος σιδήρου τομίωτερος· οὐκ ἔστι πῦρ, οὐδὲ φάρμακον δάκνον, ἀλλ' ἔστι ῥήματα πυρὸς θερμότερα, καὶ ἀνώδυνον ἐπάγοντα τὴν ἱατρίαν.

β'. Τίνος οὖν ἔνεκεν ἀποτηδᾶς, εἰπέ μοι, καὶ οὐδὲ τὴν αὐτὴν ἐπιδείκνυσσαι περὶ τὴν ψυχὴν πρόνοιαν, ὅσην ἔχεις περὶ τὴν σάρκα φειδῶ; Ἐκείνης μὲν γὰρ κακῶς διακειμένης καὶ χρήματα δαπανᾶς, κἂν δανείσασθαι δέη, πάντα ὑποθέμενος ἀναλίσκες· καὶ ἱατροῖς, κἂν τεμεῖν βουληθῆσι, κἂν καῦσαι, μετὰ πολλῆς προθυμίας παρέχεις τὸ σῶμα πειεῖν ὅπερ ἂν ἐθέλωσι· τῆς δὲ ψυχῆς πηγὰς σκωλήκων ἐχούσης, οὐκ ἀπαντᾶς ἀκουσόμενος, εἰπέ μοι, λόγου τὴν σηπεδὸνα ἐκκαθάροντος· καὶ ταῦτα οὕτε χρήματα ἔχων καταβαλεῖν, οὔτε τοσαύτην ὀδύνην ὑπομείναι· ἀλλ' ἐξέδωκας σαυτὸν ἀπωλεῖν παντελεῖ; καὶ τοῦ ταῦτα ἄξια συγγνώμης; Εἰ μὲν γὰρ ἔλεγον, Ὁ πλεονεκτῶν, ὁ ἀρπάζων, ὁ πορνεύων, [325] ὁ μοιχεύων μὴ ἀπαντᾶτω εἰς ἐκκλησίαν, καὶ ἤλαυνον καὶ ἐδωκον ἅπαντας τοὺς ἐν ἁμαρτήμασι· μάλιστα μὲν οὐδὲ τότε τὴν τις ἀπολογία· ἔδει γὰρ ἐκκαθαρθέντα ἀπαντᾶν· νυνὶ δὲ οὐδὲ τοῦτο λέγω, ἀλλὰ κἂν πορνεύσης, κἂν μοιχεύης, κἂν ἀρπάζης, κἂν πλεονεκτῆς, ἀπάντησον εἰς ἐκκλησίαν, ἵνα

SANCTI PATRIS NOSTRI
JOANNIS CHRYSOSTOMI,
ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

HOMILIA HABITA IN MARTYRIO SIVE IN ECCLESIA, QUÆ EST IN ANTIQUA SEU VETERI PETRA,
UBI PAUCI OB DELAPSAM PLUVIAM CONVENERANT : QUOD FREQUENTER CONVENIENDUM SIT ;
NEQUE OPORTEAT EOS QUI IN PECCATIS SUNT DE SALUTE DESPERARE, SED PŒNITENTIAM
EXHIBERE.



Imber et lutum plurimis ne in ecclesiam convenirent causa fuit. — Quid hoc est? cum oporteret hodie totam civitatem adesse, ne minima quidem pars convenit? An fortasse lutum et pluvia in causa fuit? *Apogē*: non lutum, sed ignavus demissusque animus. Quam enim veniam consequantur ii qui non convenerunt, quando martyres quidem ipsam vitam contempserunt; illi vero ut venirent, ne lutum quidem despiciere ausi sunt? Quomodo beatos vos prædicem qui convenistis? quo pacto illos miseros ostendam, tum ob absentiam, tum ob absentiae causam? Palam enim est illos, sæcularibus curis afixos, et pecuniarum amore, qui omnia pessumdat, vehementius incensos, a præclara hac festivitate abesse. Verum etiamsi absint, necessarium tamen nec abs re est absentes alloqui: nihil dubium quippe est, eos hæc a vobis nunc præsentibus audituros esse: Quousque hæc pecuniarum rabies? quousque fornax istæ, quæ nunquam exstinguitur, omnia invadit et incendit? nescitis hanc flammam ignem illum inextinguibilem parere? hanc tabem vermem illum virus jaculantem generare? Si autem gehennam despicias, nec verba istæc animum tuum commovent, eo quod supplicium in futurum mittatur; saltem præsentia id tibi suadeant. Annon scitis qualem fructum (a) amor pecuniæ nuper exhibuerit? annon hujusce rei monumenta ob oculos habetis? annon manet adhuc tanti exitii demonstratio? Urbs tota plena est tanti naufragii reliquiis: et quocumque etiam procul abieris, quasi navi magna demersa, alius tabulam, alius remum, alius velum, alius sarcinarum partem penes se servat et circumfert: ita igitur etiam in ea, qui nuper accidit, eversione, alius domo, alius agris, alius mancipiis, alius argento, alius auro inter se distributis, latum exhibere calamitatis spectaculum, effeceruntque ut concussionis ubique monumenta dispergerentur. Et alius quidem insomnes transigens noctes, eum tot peccata ex tali habendi cupiditate accumulasset, domo et urbe relicta fugitivus extra finis se contulit, rebus ad victum necessariis privatus; et quotidie se extremo periculo videns, gladios, carnifices et barathra imaginans, mille moribus gra-

viorem vitam ducit: alii vero ejus bonis et possessionibus fruuntur, et qui pridem illi adlabantur, nunc ipsi insidias struunt. An hæc non satis fuerint vel ad eum, qui omni sensu careat, ad sanam mentem reducendum? Verum post tantam plagam, post tantam tempestatem, post tantam eversionem, post tantam et talem mutationem, quæ ante oculos accidit, quæ non ante totos triginta dies invecata est (a), tanta rursus insania correpti estis; et quam veniam, quam excusationem habueritis? Neque tantum insanitis, sed ne huc quidem acceditis, ut hoc ediscatis. Nam absentes perinde atque præsentibus alloquor, multo aggravatus mœrore, quod nec futurorum metu, nec præsentium experimento meliores evadant; sed rapientes, avaritiæ studentes, quasi vermes in fumo sollicitudinum hujusmodi congerie intercepti et infossi, ne semel quidem in hebdomada huc convenire curant, ut vel hoc discant, quo nempe in statu jaceant. Ceu quadam phrenitide detenti, ipsi quidem nosse non possunt quomodo valeant, sed medicis opus habent qui illos ab insania liberent: sic etiam qui illa pecuniarum rabie detenti sunt, aliis doctoribus opus habent, ut se rabie correptos esse saltem sciant. Idecirco maxime ipsos rogo, oro ac deprecor, ad nos accedant, et verbi pharmaca accipiant. Non est penes me ferrum acutum, sed est verbum ferro penetrabilius: non est penes me ignis, nec medicamentum quod mordeat, et vim afferat sed sunt verba ferro vehementiora, quæ sine dolore medicinam afferant.

2. Cur ergo resiliis, dic mihi, nec tantam quidem pro anima, quantam pro carne adhibes curam et sollicitudinem? Carne namque male se habente, pecunias expendis; et si sænori dare oporteat, omnia profundis ad medicos advocandos impensas facis: si illi scicare et urere velint, cum magna alacritate corpus offers, ut ipsum pro lubito curent. Anima autem vermibus scatente, dic mihi, non accedis sermonem auditurus, qui tabem illam expurget: et hoc

(a) Hic locus, sensu allegorico, de Eutropii ruina, non de terræ motu accipiendus est. Erravit itaque Montelaconius, cum, tempus definire volens quo hæc homilia habita esset, illam descriptionem sensu naturali intellectam, argumenti loco usurpaverit. Sic igitur ratiocinandum erat: Eutropius in exilium actus est, anno 399, sub finem mensis Augusti; porro hæc homilia habita est, vix triginta post illius exilium dies; ergo habita est eodem anno sub finem mensis septembris.

(a) Fructum nunc appellat exitium Eutropii, qui ante hos dies vix triginta ex fastigio suo fuerat deturbatus. МАТТН.

cum neque pecuniæ sint profundendæ, nec tantus dolor subeundus; sed teipsum in omnimodam perniciem conjicis? et quomodo hæc venia digna fuerint? Si enim dicerem: Avarus, raptor, fornicator, adulter, ne accedant ad ecclesiam, si expellerem et persequerem illos omnes qui in peccatis sunt, ne sic quidem excusatio foret; oporteret enim ab iis purgatum accedere: nunc autem non hoc dico, sed licet forniceris, adulter sis, rapias, pecunias colligas per fraudem, in ecclesiam accede, ut hæc non ultra admittere discas: omnes attraho, et verbi recta undique expandens, non sanos tantum, sed agros hic capere volo. Hæc quotidie dico: Veni, et mecum sanitatem accipe: nam ego quoque medicus pharmacis opus habeo: homo namque sum, ejusdem tecum natura: affectibus subditus: verbis opus est mihi, quæ inordinatum animum vinculo frenent: neque vitam duco tranquillam, curis et tumultu vacuum; sed agitor ipse quoque concupiscentiæ tumultibus et perturbationum fluctibus. Sed cur vel me vel alium dixerim, quando is ipse qui cælos attingebat Paulus, multa opus habebat curatione? Et quod ea opus habuerit, ipse nobis declaravit. Neque ille tranquillam agebat vitam, sed multa inibat certamina: ideoque dicebat: *Castigo corpus meum, et in servitutum redigo, ne forte aliis prædicans, ipse reprobus efficiar* (1. Cor. 9. 27). Castigabat autem illud quod insurgebat, et in servitutum redigebat id quod frenum admittere volebat: ideoque alios monebat, dicens: *Qui sibi videtur stare, videat ne cadat* (1. Cor. 10. 12). Quod si Paulus non tranquillitate fruebatur, sed haud secus quam ii qui in mari navigans, multos undique fluctus concitari videbat: quis ausit dicere se non egere correctione, curatione et perpetuis vigiliis?

Verbi Dei virtus. — Veni igitur, et mecum doctore curationem adhibe. Quod si sanus es, ideo accede ut sanior evadas. Verbum enim et morbo affectos ab agridine liberat, et morbo liberos firmiores reddit; utpote quod et admissa corrigat, et adversus nondum admissa præservet. Quod si non hoc, at aliud habes peccatum? *Quis enim gloriabitur se castum habere cor? aut quis fidenter dixerit se mundum esse a peccato* (Prov. 20. 9)? Ne igitur, quia peccasti, te pudeat accedere; imo ob hoc ipsum accede. Nemo enim dicit: Quia ulcus habeo, medicum non accerso, neque pharmacum accipio: imo ob hoc ipsum maxime et medici advocandi sunt, et pharmacorum vim requirere opus est. Scimus etiam nos ignoscere, quia et ipsi aliis peccatis sumus obnoxii. Ideo namque Deus non angelos dedit nobis doctores, neque Gabrielem desuper mittens ipsum gregi præfecit; sed ex ipso ovili pastores assumit, ex ovibus gregis ducem, qui ad ignoscendum subditis pronus sit, et infirmitatem propriam perpendens, non insurgat adversas gregarios; sed frenum habeat et humilitatis causam suæ nempe conscientiæ necessitudinem. Quod autem hæc non augurando dicta fuerint, audi Paulum hæc scribentem et philosophantem: ad Hebræos

enim scribens, sic ait: *Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur, ut offerat dona et sacrificia; qui condolare possit iis qui ignorant et errant, quoniam et ipse circumdatus est infirmitate: et propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam et pro semetipso offerre pro peccatis* (Hebr. 5. 1-5). Viden' quam optimam nobis causam dixerit, ob quam non angeli, non archangeli, sed homines Ecclesiis præficiantur, ut condolare possint iis, qui ejusdem sunt naturæ; peccatorum suorum conscientiam ceu maximam humilitatis disciplinam habentes? Etenim et ipse, inquit, circumdatus est infirmitate, et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. Hoc ipsum nunc quoque efficitur: in hac quippe sacra mensa adstantes, et tremendum sacrificium offerentes, quemadmodum pro populi delictis veniam petimus, ita pro nostris ipsis quoque rogamus, oramus, deprecamur, et pro omnibus sacrificium offerimus... (a)

3. Ne mihi avarum, ventris servum, et eum qui naturæ nobilitatem nequitæ prodidit, adduxeris; sed hunc et eos qui sicut ille archetypum servarunt, et regum characterem ac formam non labefactarunt: et tunc scies quid sit homo. Nam hic quoque homo erat, mulieris partu natus et lacte nutritus: in terra habitabat, acrem spirabat, et omnia, quæ nobis, ipsi quoque communia erant: communia, inquam, ea quæ ad naturam pertinent; sed quoniam vitæ institutum spectant egregia erant, ideo hæc tanta gratia fulsit. Atqui non pecuniis instructus erat, non generis splendore, non patriæ celebritate, non eloquentia, non linguæ acumine, non servorum grege, nec eunuchorum agmine: non domus ipsi decurato tecto, non sericæ vestes non mensa deliciis referta, non aliud quidpiam ex iis, quæ multi beata esse reputant; sed extrema paupertas: non illi ad victum necessaria suppetebant, sed apud viduam mulierem, illamque Sidoniam, emendicabat, manuum extendens et panem petens: habitaculum ipsi erat spelunca, vestimentum pellis, mensa terra, progenitores ignobiles et ne nomine quidem noti, patria vilis, vita agrestis. Attamen nihil horum impedimento ipsi fuit ad splendorem et celebritatem sed etiam regibus omnibus opulentior, et philosophis cunctis rhetoribusque sapientior, et illis qui diademate insigniuntur illustrior erat: et nobilitate magis decorabatur, quam ii qui regias urbes habent patriam: orbem namque patriam habebat; imo etiam orbis ipsi ceu parva urbs erat, clamatque Paulus dicens: *Circuierunt in melotts, in pellibus caprinis: quibus dignus non erat mundus* (Hebr. 11. 37). Etenim in superna civitate versabatur, cuius artifex et conditor est Deus. Ideo tibi pauperem et agrestem virum induxi pietate conspicuum, ut nullum obtentum haberes. Nam si divitem et sapientem induxissem, dicere potuisses, Paupertas et ignorantia impedit, quominus talis efficiar: nunc autem ad nullum talem obtentum

(a) Hic deest, ut apparet, pagina avulsa.

μάτης μηκέτι τοιαῦτα ποιεῖν· ἔλκω πάντας καὶ ἐπισπῶμαι, καὶ τὰ δίκτυα τοῦ λόγου παταχόμεν ἀπλώσας, οὐχί τοὺς ὑγιαίνοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς νοσούντας ἐνταῦθα ζω- γρήσας ἐπιβουλάς. Ταῦτα λέγω καθ' ἑκάστην ἡμέραν· ἐλθε καὶ θεραπεύου μετ' ἐμοῦ· καὶ γὰρ ἐγὼ ἰατρῶν χρῆσαν ἔχω φαρμάκων· ἄνθρωπος γὰρ εἰμι καὶ τῆς αὐτῆς σοφύσεως ὑποκείμενος πάθει, καὶ δέομαι βημάτων τῶν τὸν ἄτακτον δεσμὸν χαλινούντων· οὐδὲ ἀπράγμονα ζῶ βίον καὶ ἡσύχιον καὶ ἀτάραχον, ἀλλ' ἔχω καὶ αὐτὸς θορούθους ἐπιθυμίας καὶ παραχὰς κυμάτων. Καὶ τί δεῖ λέγειν ἐμεῖ καὶ τὸν θεῖον, ὅπου γε ὁ πῶν οὐρανῶν ἀψάμενος Παῦλος· καὶ αὐτὸς πολλῆς ἐδεῖτο τῆς θεραπείας; Καὶ τοῦτο αὐτὸ δη- λον ἡμῖν ἐποίησεν, ὅτι ἐδεῖτο, καὶ οὐδὲ αὐτὸς ἀπράγμονα ἐξῆ βίον, ἀλλὰ πολλὰ εἶχε παλαίσματα· διὸ καὶ ἔλεγεν· Ὑποτιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ, μὴ πως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι. Ὑπεπίαζε δὲ τὸ ἐξ- ανιστάμενον, καὶ ἐδουλαγῶναι τὸ ἀφηνιάσαι βουλομένον διὸ καὶ ἄλλοις παρήναι λέγων· *Ὁ δοκῶν ἐστάναι βλε- πῆτος μὴ πῆσι.* Εἰ δὲ ὁ Παῦλος οὐκ ἀπέλαυε γαλήνης, ἀλλ' ὡς περὶ οἱ πελάγει φερόμενοι, πολλὰ πανταχόθεν ἐώρα διεγειρόμενα κύματα· τίς τολμήσει λέγειν, ὅτι οὐ δεῖται διορθώσεως καὶ θεραπείας καὶ διηγεκούς ἀγρυπνίας; Ἐλθε τοίνυν καὶ θεραπεύου μετ' ἐμοῦ τοῦ διδασκάλου. Εἰ δὲ ὑγιῆς εἶ, καὶ διὰ τοῦτο παραγίνου, ἵνα ὑγιέστερος γένη· ὁ γὰρ λόγος τοὺς τε ἔχοντας νοσήματα ἀπαλλάττει τῆς ἀβρώστιας, τοὺς τε οὐκ ἔχοντας ἀσφαλεστέρας καθίστησι, διορθωτικὸς τε ὢν τῶν γενομένων, καὶ προ- φυλακτικὸς τῶν οὐδέπω συμβάντων. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο ἔχεις τὸ ἀμάρτημα, ἀλλ' ἕτερον ἔχεις· *Τίς γὰρ κευ- χίσεται ἀγῆνην ἔχειν καρδίαν; ἢ τίς παρβήσιωσται καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ἀμαρτίας;* Μὴ τοίνυν, ἐπειδὴ ἡμαρ- τες, αἰσχυρῆς παραγενέσθαι, ἀλλὰ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο ἀπάντησον. Οὐδέεις γὰρ λέγει· Ἐπειδὴ ἔλκος ἔχω, οὐκ ἐπιζητῶ τὸν ἰατρὸν, ἀλλ' οὐδὲ καταδέχομαι φάρμακον· ἀλλὰ δι' αὐτὰ μὲν οὖν ταῦτο μάλιστα καὶ τοὺς ἰα- τρῶντας καὶ τῶν φαρμάκων τὴν δύναμιν ἐπιζητεῖν ἀναγκαῖον. Ἴσμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς συγγινώσκειν, ὅτε καὶ αὐτοὶ ἐτέροις ἀμαρτήμασιν ἄντες ὑπεύθυνοι. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ θεὸς οὐκ ἀγγέλους ἔδωκεν ἡμῖν διδασκάλους, οὐδὲ τὸν Γαβριὴλ ἄνωθεν κατενεγκὼν ἐπέστησεν αὐτοῦ ταῖς ἀγέλαις, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ποιμνίου ἀναλαμ- βάνων ποιεῖ ποιμένας, ἀπ' αὐτῶν τῶν προβάτων τὸν ἀγελ- ἀρχην, ἵνα συγγνωμονικὸς ᾖ τοῖς ἀρχομένοις, καὶ τὴν οἰκίαν ἀσθένειαν ἐννοῶν, μὴ ἐπαίρηται κατὰ τῶν ποι- μαινομένων, ἀλλ' ἐξη χαλινὸν καὶ ταπεινοφροσύνης ὑπό- θεσιν τοῦ οἰκείου συνειδότος τὴν ἀνάγκην. Καὶ ὅτι οὐ στοχασιδοὺς τὰ εἰρημένα, ἀκουσον Παύλου ταῦτα γράφον- τος καὶ φιλοσοφούντος· τοῖς γὰρ Ἑβραίοις ἐπιστέλλων, οὕτως ἐφη· *Πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται, ὥστε προσφέ- ρειν δῶρον καὶ θυσίας, μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περι- κείται ἀσθένειαν· καὶ διὰ ταύτην ὀφείλει, καθὼς περὶ τοῦ λαοῦ, οὕτως καὶ [326] περὶ αὐτοῦ προσφέρειν περὶ ἀμαρτιῶν.* Εἶδες πῶς ἄριστα τὴν αἰτίαν ἡμῖν εἶρηκε, δι' ἣν οὐκ ἄγγελοι οὐδὲ ἀρχάγγελοι, ἀλλ' ἄνθρω- ποι ταῖς Ἐκκλησίαις ἐφστήχασιν, ἵνα δύνωνται συν- αλγεῖν τοῖς ὁμογενέσι, τὸ τῶν οἰκείων ἀμαρτημάτων συνειδὸς μέγιστον διδασκάλου ταπεινοφροσύνης ἔχοντες; Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς περικείται, φησὶν, ἀσθένειαν, καὶ διὰ ταύτην ὀφείλει, καθὼς περὶ τοῦ λαοῦ, οὕτως καὶ περὶ ἑαυ- τοῦ προσφέρειν περὶ ἀμαρτιῶν. Τοῦτο γοῦν καὶ νῦν γί- νεται· καὶ γὰρ τῆ ἐρεῖ τούτῃ τραπέζῃ παρεστῶτες, καὶ τὴν φρικτὴν θυσίαν ἀναφέροντες, ὡς περὶ ὑπὲρ τῶν τοῦ

λαοῦ πλημμελημάτων αἰτοῦμεν γενέσθαι συγχώρησιν, οὕτω καὶ ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων αὐτῶν παρακαλούμεν καὶ δεόμεθα καὶ ἱκετούμεν καὶ ὑπὲρ πάντων τὴν θυσίαν ἀναφέροντες.....

γ. Μὴ μοι τὸν πλεονέκτην, καὶ τὸν γαστρὸς δούλον, καὶ τὸν προδεδωκότα τῇ πονηρίᾳ τῆς φύσεως τὴν εὐγένειαν εἰς μέσον ἀγάγῃς, ἀλλὰ τοῦτον καὶ τοὺς κατ' ἐκεῖνον ἄν- δρας, τοὺς τὸ ἀρχέτυπον διατηροῦντας, καὶ τὸν χαρα- κτήρα τὸν βασιλικὸν οὐ λυμαινομένους, καὶ τότε εἴσῃ τί ποτὲ ἐστὶν ἄνθρωπος. Καὶ γὰρ καὶ οὗτος ἄνθρωπος ἦν, καὶ ἀπὸ γυναικὸς ἐτέχθη, καὶ γάλακτι ἐτρόφη, καὶ γῆν φύκης, καὶ ἀέρα ἀνέπνευσε, καὶ πάντα κοινὰ αὐτῷ ἦν πρὸς ἡμᾶς, κοινὰ τὰ τῆς φύσεως· ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ τῆς προαιρέσεως ἐξαιρέτα γέγονε, διὰ ταῦτα καὶ ταύτης α χάριτος ἐξέλαμψε. Καίτοι οὐδὲ χρήματα αὐτῷ παρῆν, οὐ γένους περιφάνεια, οὐ πατρὶδος μέγεθος, οὐ λόγων δει- νότης, οὐ γλῶττα ἰκονηρική, οὐκ ἀνδραπέδων ἀγέλαια, οὐκ εὐνούχων ἔσμηδ, οὐκ οἰκία χρυσοφόρος, οὐχ ἱμάτια σιχηρικά, οὐ τράπεζα τρωφῆν ἔχουσα, οὐκ ἄλλο τι τῶν δο- κούντων εἶναι πολλοῖς μακαριστῶν, ἀλλὰ πενία ἡ ἐσχάτη· οὐδὲ γὰρ τῆς ἀναγκαίας τύποις τροφῆς, ἀλλὰ χήρας γυναικὸς, καὶ ταῦτα Σιδωνίας, προσαιτῆς ἐγίνετο, χεῖρα προτείνων, καὶ ἄρτον αἰτῶν· καὶ στήλαιον ἦν αὐτῷ τὸ οἶκημα, καὶ δέρμα τὸ ἱμάτιον, καὶ ἡ τράπεζα γῆ, καὶ πρόγονοι ἄσημοί τε καὶ ἀνώθυμοι, καὶ πατρὶς εὐτελής, καὶ βίος ἀγροικῶδης. Ἄλλ' ὅμως οὐδὲν τοῦτων ἐγένετο κώλυμα τῷ ἀνδρὶ πρὸς εὐδοκίμησιν, ἀλλὰ καὶ βασιλέων ἀπάντων εὐπορώτερος ἦν, καὶ φιλοσόφων ἀπάντων καὶ ρητόρων σοφώτερος, καὶ τῶν τὰ διαδήματα ἔχόντων περιφανέστερος, καὶ μᾶλλον εὐπατρίδης τῶν τὰς βασιλικὰς κεκτημένων πόλεις· τὴν γὰρ οἰκουμένην εἶχε πατρίδα, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὴ αὐτῷ μικρὰ πόλις ἦν, καὶ βοᾷ Παῦλος λέγων· *Περὶ ἧλθον ἐν μηλοταῖς, ἐν αἰγίαις θέρμασιν· ὡν οὐκ ἦν ἄλιος ὁ κόσμος.* Καὶ εἰς τὴν ἄνω πόλιν ἐτέλει, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ θεός. Διὰ τοῦτο σοὶ πένητα καὶ ἀγροικον παρήγαγον εὐδοκίμουνα, ἵνα μηδεμίαν ἔχῃς πρόφασιν. Εἰ μὲν γὰρ πλούσιον παρήγαγον καὶ σοφόν, ἠδύνασο λέγειν, ὅτι δὴ Ἐμὲ ἡ πενία καὶ ἡ ἀμαθία κωλύει γενέσθαι τοιοῦτον· νυνὶ δὲ εἰς οὐδεμίαν πρόφασιν τοιαύτην ἔχεις καταφυγεῖν· καὶ γὰρ καὶ πένηθ ἦν ἐκεῖνος, πάντων ἂν ἀνθρώπων πενέστερος, καὶ τὴν ἔρημον ὤκει, καὶ ἐκ προγόνων ἄσημος· καὶ ἐκ πατρίδος καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων [327] ἀπάντων. Ἄλλ' ὅμως ὑπὲρ τὴν ἧλιον ἔλαμψε καὶ τότε καὶ νῦν, καὶ ὅσην ἧλιος ἐφορᾷ γῆν, τοσαύτην ἐπει- σιν αὐτοῦ ἡ δόξα, καίτοι πρὸ τοσοῦτου χρόνου γεγονό- τος· ἀλλ' οὐκ ἔσβεσε τοῦ χρόνου τὸ πλῆθος αὐτοῦ τῆς μνήμης· καὶ μάλα εἰκότως. Τοιοῦτον γὰρ ἡ ἀρετὴ, πρᾶ- γμα ἀθάνατον, καὶ ὑπὲρ τὸν ἧλιον λάμπων. Ἄλλ', ὅπερ, ἐφθην εἰπὼν (οὐ γὰρ δεῖ τῆς ὑποθέσεως ἐπιλαθεῖσθαι εἰς τὸ πέλαιος ἐξενεχθέντας τῶν ἐγκωμίων τοῦ προφήτου), καὶ οὗτος δείκνυσσι τὰ ἐπὶ τοῦ Μωυσέως εἰρημένα· Ἐπειδὴ γὰρ εἰκόθ ἦν ὑπὸ τῶν κατορθωμάτων αὐτοῦ, ἐπαρθέντα, οὐ σφύδρα εἶναι τοῖς πολλοῖς συγγνωμονικόν, ὅρα τί ποιεῖ ὁ θεός· Ἀφίσιν αὐτὸν γυμνωθῆναι τῆς παρ' αὐτοῦ χάριτος, ὥστε διεγθῆναι αὐτοῦ τὴν ἀσθένειαν· μᾶλλον δὲ πρότερον ἀναγκαῖον δεῖξαι πῶς οὐ σφύδρα ἦν συγγνωμονικός· Ἐπειδὴ γὰρ ἔκλεισε τὸν οὐρανόν, καὶ τὴν γῆν ἐποίησεν ἄγονον, καὶ λιμὸς ἦν, λιμὸς ἀπάντων ὁ πικρότατος, καὶ ἀνάλωτο ὕδατα, καὶ ἐξηράνη βοτάνη πᾶσα, καὶ ἐπέλιπον ποταμοὶ, καὶ φοβερὴν τῆς γῆς τὸ πρῶτον ἦν, θάνατον ἀπειλοῦν, καὶ πάντα ὁ λιμὸς

^a Leg. καὶ τὰ τῆς. ΜΑΤΙΗ

^b Leg. καὶ πάντων.

ἐπιὼν ἐπενέμετο, θάνατον ἐπάγων τὸν οἰκτιστον· οὐδὲ οὕτως ἐνεδίδου, ἀλλ' ἀπελθὼν ἐπὶ κορυφῆς βρους ἐκάθητο, τῇ χαλεπῇ ταύτῃ τηκεδόνι τῶν Ἰουδαίων τὸν δῆμον παραδούς. Ἄλλ' ὁ φιλόανθρωπος Θεός, καὶ ἡ ἀφαιτος ἀγαθότης, οὐκ ἠνείχετο τῆς αὐστηρότητος ταύτης· ἀλλ' ἐπειδὴ αὐτὸς αὐτὸν οἰκοθεν παρακαλέσας οὐκ ἠβουλήθη λύσαι τὸ δεινόν, αὐτὸς τε αὐτὸ πάλιν χωρὶς ἐκείνου τοῦτο ποιῆσαι οὐκ ἤθελεν, ὅρα τί γίνεται· πρότερον αὐτῷ κοινοῦται, καὶ τότε ἀφήσει τὸν ὑετόν. Εἶδες Θεοῦ καὶ ἐν τούτῳ ἀγαθότητα καὶ φιλανθρωπίαν καὶ εἰς τὸν ἅγιον τιμὴν; Ὅδὲ γὰρ πρότερον ἀφῆκε τὰς ἡνίας τῶν θυμῶν, ἕως ὅτε αὐτῷ διελέχθη καὶ εἶπε τὸ μέλλον ἐσεσθαι, καὶ κήρυκα αὐτὸν τῆς μελλούσης εὐπορίας ἀπέστειλεν. Ἐπειδὴ γάρ δι' αὐτοῦ τὰ σχοληρῶς γέγονεν, ἠβουλήθη καὶ τῶν χρηστῶν αὐτὸν ἀγγελῶν γενέσθαι· καὶ καταγαγὼν ἀπὸ τοῦ βρους, ἐπεμφεν ἀπαγγέλλοντα πανταχοῦ τῆς γῆς ἐκείνης τὴν τῶν θυμῶν παρουσίαν καὶ τὴν τοῦ λιμοῦ λύσιν. Ἄλλ' ὅμως κατενεχθέντος δὴ τοῦ ὑετοῦ, καὶ ἐν βραχεῖα καιροῦ ῥοπή τῆς εὐθηνίας ἐπανελοούσης, ἀγαγὼν τοὺς ἱερεῖς τοῦ Βάαλ τοὺς τετρακοσίους, καὶ τοὺς τετρακοσίους ὀφδοήκοντα, κατέσφαξε, καὶ χειμάρβρους ἀφῆκεν αἱμάτων.

δ'. Τί οὖν ταῦτα πρὸς τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν; Μὴ θορυβηθῆς, ἀγαπητέ· πρὸς γὰρ αὐτὸ βαδιοῦμαι λοιπὸν τὸ πέρας τῶν εἰρημένων. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν λαμπάδα κατήνεγκεν ἐκείνην, καὶ τὴν νίκην ἤρατο, καὶ λαμπρὸν τὸ τρόπαιον ἔστησε, καὶ τὴν σφαγὴν τῶν ἱερέων εἰργάσατο, ἀφῆκε χαίρων, καὶ μέγα φρονῶν ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις. Ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν ἡ γυνὴ τοῦ Ἀγαάθ, πορνιδιον εὐτέλες καὶ εὐκαταφρόνητον, λέγουσα· *Τάδε ποιήσειάν μοι οἱ θεοί, καὶ τάδε προσθελήσαν, ἐὰν μὴ θῶ τὴν ψυχὴν σου αὐριον ὡς ἐνός τῶν ἱερέων τούτων. Καὶ ἐξοθήθη, καὶ ἐφυγεν ὁδὸν ἡμερῶν τεσσαράκοντα.* Τί οὖν; ἡ οὐρανομήκης ἐκείνη ψυχὴ, ὁ τοῦ κόσμου παντὸς ὑπερρῶν, ὁ λιμοῦ τοσούτου καταφρονήσας, καὶ βασιλείως οὕτω τυραννικοῦ κατεξαναστάς, ὁ κλείσας τὸν οὐρανὸν καὶ ἀνοίξας, ὁ νῦν μὲν ὑετόν, νῦν δὲ λαμπάδα κατενεγκών, [528] ὁ τὰς ἀνάγκας τῆς φύσεως καταπατήσας, ὁ ἀσπτάληκτος, ὁ πανταχοῦ θαρβῶν· οὗτος ἀθρόον, μετὰ τοσαῦτα κατορθώματα, μετὰ τηλικαύτην παρρησίαν, μιᾶς κόρης πορνευομένης ἀπειλὴν οὐκ ἤνεγκε τὴν διὰ βημάτων, ἀλλὰ λοιπὸν φυγὰς καὶ ἀπολις γίνεται, κλιδραπετεύει πρὸς τὴν ἔρημον, καὶ τεσσαράκοντα ἡμερῶν ὁδὸν ἀναχωρεῖ. Τί ποτε ἄρα τὸ αἴτιον; Ἐγύμνωσεν αὐτὸν ὁ Θεὸς τῆς χάριτος, καὶ ἐδείχθη τῆς φύσεως ἡ ἀσθένεια· ἔδειξε τὸν προφήτην, ἔδειξε καὶ τὸν ἀνθρώπων, ἵνα μάθωσιν, ὅτι καὶ τὰ γενόμενα τότε τῆς χάριτος γέγονεν ἔργον. Ταῦτα δὲ ἐποίηε συγγνωμονικὸν τε αὐτὸν κατασκευάζων τοῖς πολλοῖς, καὶ τὴν ἐκ τῶν κατορθωμάτων ἐγγινόμενῃ ἀπόνοιαν ὑποτεμνόμενος· καὶ κωλύων. Ὅτι γὰρ μεγάλη περὶ ἑαυτοῦ ἐφρόνει καὶ ἐφαντάζετο, καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων κατεξάνιστατο, αὐτὸν ὑμῖν τοῦτον παρέξομαι μάρτυρα. Ἐπειδὴ γὰρ ἤλλε πρὸς αὐτὸν ὁ Θεός, καὶ ἠρώτα τὴν αἰτίαν τῆς αὐτοῦ διετριβῆς, λέγων· *Τί σοι ὤδε, Ἥλια;* καὶ, *Τί σοι ὤδε;* ἠρώτα, οὐ μαθεῖν θέλων, ἀλλὰ ἡμῖν ἐκκαλύψαι τὰ ἀπόρρητα τῆς διανοίας αὐτοῦ βουλόμενος· ἐπεὶ καὶ τὴν Χανναϊαν ἐ Χριστὸς ὅτε ἠρώτα, οὐκ ἔνα μάθη, ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς διδάξῃ τὸν θησαυρὸν τὸν ἐναποκεῖμενον αὐτῇ τῆς πίστεως· ἔρωτα τοῖων αὐτὸν, τί δῆποτε ἀφιγμένος εἶη τοσαύτην ὁδὸν, καὶ καταλιπὼν πόλεις καὶ ἄμους, τὴν ἔρημον ἀσπάζεται, οὐκ ἔνα αὐτὸς μάθη, (πῶς γὰρ ὁ πάντα εἰδώς;) ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς διδάξῃ διὰ τῆς

ἀποκρίσεως ἐκείνου τὰ ἀπόρρητα τῆς διανοίας αὐτοῦ, καὶ ὅτι εἰκότως ἀφῆκεν αὐτὸν ὑπὸ τοῦ φόβου διασεισθῆναι, καὶ εἰς δειλίαν ἐμπεσεῖν· ἀφῆκεν, οὐκ ὠθήσε· συνεχώρησεν, οὐκ ἐνήργησεν, ἀλλ' ἐγύμνωσεν αὐτὸν μόνον, καὶ ἠλέγχθη· ἐπειδὴ οὖν εἶπεν, *Τί σοι ὤδε, Ἥλια;* ἀκούσωμεν τί φησὶ· *Τὰ θυσιαστήρια σου κατέσκαψαν, καὶ τοὺς προφήτας σου ἀπέκτειναν· κἀγὼ ὑπελείφθην μόνος, καὶ ζητοῦσι τὴν ψυχὴν μου.* Ὅρξεν ὅτι πάντας ἐνόμιζεν ἀπολωλέναι, καὶ μόνον αὐτὸν ὑπολειφθῆναι, καὶ μετ' αὐτὸν οὐδένα εἶναι ἕτερον· ὅπερ αὐτὸν κατὰ μικρὸν εἰς ἀπόνοιαν ἀγαγεῖν ἠδύνατο. Διὰ δὴ τοῦτο ὁ Θεὸς τοῦτον ἐξαίρων αὐτοῦ τὸν λογισμὸν τὸν πεπλανημένον, φησὶ· *Κατέλιπον ἑμαυτῷ ἑπτακισχιλίους ἄνδρας, οἵτινες οὐκ ἐκαμύων γόνυ ἐν τῷ Βάαλ.* Ἐπεὶ οὖν καὶ ἠνίκα τὸν αὐχμὸν ἐπήγαγε, παρέμενον ἐπιτείνων τὴν κόλασιν, καὶ μετὰ ταῦτα περὶ ἑαυτοῦ μεγάλη ἐφαντάζετο, ἄτε δὴ μόνος ὢν ἐπὶ τῆς γῆς τοιοῦτος· ἀφῆσιν αὐτὸν αισθῆσθαι τὴν οἰκίαν ἀσθένειαν, διδάσκων τὸ πλῆθος τῶν διασωθέντων, δι' ἀμφοτέρων τούτων καθαιρῶν αὐτοῦ τὴν δianoian, καὶ πείθων μετριάξῃεν πανταχοῦ, καὶ συγγνωμικὸν εἶναι, καὶ τῷ ζῆλῳ κεραυνῶναι φιλανθρωπίαν.

ε'. Εἰ δὲ βούλει καὶ ἐπὶ τῆς Καινῆς αὐτὰ ταῦτα ἰδεῖν, πάλιν σοι τοὺς κορυφαίους καὶ πύργους καὶ προβόλους, καὶ τὰ κεφάλαια τῶν ἐν τῇ Καινῇ εἰς μέσον ἀγαγεῖν περὶ τοσούτων. Ὡσπερ Μωϋσέα καὶ Ἥλιαν, οὕτω Παῦλον καὶ Πέτρον ἐπὶ τῆς Καινῆς δείκνυνται. Καθ' ἕνα γὰρ τοῦτων ἐκάτερος ὁ μὲν Αἰγυπτίου ἐνός, ὁ δὲ πόρης μιᾶς ἀπειλὴν δέισαντες ἐφυγαδύθησαν· οὕτω δὴ καὶ Πέτρος ἡ κρηπίς, ὁ θεμέλιος, ὁ στῦλος, μετὰ μυρία παραγγέλματα, μετὰ τὰ τοσαῦτα θαύματα, μετὰ τὴν τοσαύτην φιλοσοφίαν, οὐδὲ βασιλεὺς, οὐδὲ [529] ἄνδρως, ἀλλὰ θυρωροῦ κόρης ἀπειλὴν ἔδειξε· καὶ ἦν τοῦ ἁπλοῦς προτέρου πολλῷ χαλεπώτερον. Οἱ μὲν γὰρ δέισαντες ἐφυγον μόνον, οὗτος δὲ καὶ πῦμα ἔπεσε χαλεπώτατον, ὅπερ ἅπαντες Ἰσαιν· ἐπειδὴ γὰρ ἐγυμνώθη τῆς χάριτος, ἐδείχθη καὶ ἡ τοῦτου ἀσθένεια, ἐρήμη γενομένη τῆς τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας. Ἀφῆκε δὲ ὁ Θεὸς αὐτὸν πεσεῖν, ἐπειδὴ καὶ τοῦτον ἐμελλεν ἄρχοντα ποιεῖν τῆς οἰκουμένης ἀπάτης· ἵνα τῶν οἰκείων ἀναμιμησκόμενος πτωμάτων, τῶν ἐφεξῆς γινομένων συγγνώσκῃ τοῖς ὑποσκελιζόμενοις. Καὶ ὅτι οὐ στοχασμὸς τὰ εἰρημένα, ἀκούσων αὐτοῦ λέγοντος τοῦ Χριστοῦ· *Σίμων, Σίμων, ποσάκις ἐξήτησεν ὁ Σατανᾶς σινιδάσει σε ὡς τὸν σίτον· κἀγὼ ἐδείθηθον περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλίπῃ ἡ πίστις σου. Καὶ σὺ ποτε ἐπιστρέψας, στήριξον τοὺς ἀδελφεούς σου.* Ταύτην μοι ὁδὸς τὴν ἀμοιβὴν, φησὶ, τῆς περὶ σὲ βοηθείας· εἰ γὰρ μὴ τῆς ἐμῆς ἀπέλαυς προνοίας, οὐκ ἂν ἤρκεσας καθ' ἑαυτὸν ἐνεγκεῖν ἐκείνου τὴν ἐφοδόν. Ἐνοῶν τοίνυν τὰ σὲ, γίνου καὶ τοῖς ἄλλοις συγγνωμονικός· τὸ γὰρ, *Στήριξον*, τοῦτό ἐστιν αἰνιτισμὸς· τοὺς σαλευσμένους στήριξον συγκαταβαλῶν, χεῖρα ὀρέγων, φιλανθρωπίαν ἐπιδεικνύμενος πολλῶν. Καὶ ὁ Παῦλος ὁ λέοντος παντὸς θρασύτερος ὢν, ἡ ἀκατάληκτος ψυχὴ, τὸ αὐτὸ τοῦτο ἔπαθε. Καὶ ὅρα πῶς δείκνυσιν ἑαυτὸν συνεχῶς δεόμενον τῶν τῆς ταπεινοφροσύνης φαρμάκων· Κορινθίους γὰρ ἐπιστέλλων φησὶν· *Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγροεῖν, ἀδελφοί, περὶ τῆς θλιψέως ἡμῶν τῆς γενομένης ἡμῖν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐβαρῆθημεν ὑπὲρ δύναμιν· ἀλλ' αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς τὸ ἀπῆλθον τοῦ θανάτου*

* Melius scriberetur τοῦτο.

magnitudine, piscatores ex piscatoribus, extrema paupertate laborantes, dubitant quomodo eum illis acturi sint, et dicunt, *Quid faciemus hominibus istis? Viden' quanta res sit virtus? quomodo tentationes confirmatio sint Evangelii? Dicunt ad eos: Nonne præcipiendo præcepimus vobis ne loqueremini in nomine isto? Et vultis inducere super nos sanguinem hominis istius* (Act. 5. 28). Si homo est tantum, quid times? si vero Deus est, cur illum non adoras? Annon clamabas nuper, *Sanguis ejus super nos et super filios nostros* (Matth. 27. 25)? unde sanguinem times? quid mentem tam exigitavit? nonne ligasti? nonne flagellasti? nonne crucifixisti? nonne mortuum vidisti ex cruce detractum? nonne sepultum vidisti, et terra opertum? nonne signa sepulcro imposuisti? nonne milites pretio emisti? nonne famam sparsisti quod discipuli ejus ipsam furati sint? Quid nunc times? cur ejus sanguinem fornidas? Vides veritatem per omnia fulgentem? Quia enim videbant post illas insidias rem esse ferri, atque initia splendida esse et ipso sole lucidiora, et ab ipso cursus principio exhibita, quodque totum orbem comprehensura esset, utique errorem ad extrema depellendum esse, nec posse ejus vim ineffabilem sustinere; virtutem ejus timent, formidant victos, damnatos, flagellatos, insidiis circumdatos, duos eosque idiotas. Ideo Paulus tentationes confirmationem Evangelii vocat: ideo etiam alibi dicit: *Scire autem vos volo, fratres, quia quæ circa me sunt, magis ad profectum venerunt Evangelii: ita ut plures e fratribus in Domino, confidentes vinculis meis, abundantius audent sine timore verbum loqui* (Philipp. 1. 12. 14). Quis vidit, quis audivit, quod vincula audaciam indant, et catena fiduciam, non victo tantum, sed etiam discipulis ejus? Attamen cum hæc fierent, per contraria prædicatio extollebatur, et discipuli, cum magister oppugnetur, insidiis appeteretur, vinciretur, magis fidebant, magis exultabant, magis insilliebant. Dicta laudastis? Tandem fortitudinem imitemur, virtutem æmulemur: nihil nos terreat, nullæ nos tentationes perturbent. Hæc enim sunt pietatis incitamenta, hæc sunt philosophiæ alæ: hæc nos fortiores et invictos reddunt, hæc majorem apud Deum dant fiduciam, majoremque attrahunt ejus benevolentiam, multamque in nobis gratiam confirmant. Ut ergo his omnibus fruamur, omnia quæ accidunt, quæso, feramus, per omnia Deum glorificantes, quia ipsum decet gloria, honor, imperium, una cum unigenito ejus Filio et sancto Spiritu, nunc et æsemper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA VIII.

Ejusdem homiliae habita in ecclesia Pauli, Gothis legentibus (a), postquam presbyter Gothus concionatus fuerat (b).

(a) Vide quæ hæc de re diximus in Monito.

(b) Hæc et sequens homilia a Chr. Fr. Matthæio editæ sunt in libello academico, Vitembergæ 1802.

1. Vellam adesse Græcos hodie, ut quæ lecta sunt audirent et discerent quanta sit Crucifixi virtus, quanta crucis potestas, quanta Ecclesiæ nobilitas, quanta fidei firmitas, quanta erroris turpitudine, quanta demonum irrisio. Etenim quæ philosophorum sunt

καὶ οὐκ ἔωσαν τῶν πειρασμῶν τὸ πληθὺς περιγενέσθαι τῶν κηρυττόντων, καὶ ταῦτα ὀλίγων ὄντων, διὰ τοσούτων κρατῆσαι κωλυμάτων. Ἐἴ τις οὖν βούλοιο σαφῆ λαμβάνειν ἀπόδειξιν τοῦ θεῖαν εἶναι δύναμιν τὴν ἡμῖν ἐνηχοῦσαν, τοὺς πειρασμοὺς λαμβανέτω, τοὺς κινδύνους, τὰς ἀλύσεις, τὰ δεσμοτήρια. Οὐ γὰρ ἐστὶν ἀνθρωπίνης δυνάμεως διὰ τοσούτων κρατῆσαι κρημνῶν, διὰ τοσούτων πλεῦσαι κυμάτων, διὰ τοσούτων χωρῆσαι βελῶν, ἀλλὰ θείας καὶ ἀμάχου ταῦτα ἰσχύος. Ὅστε βεβαίως τοῦ εὐαγγελίου ἢ ἄλυσις, οὐκ ἐκείνους μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν τοῖς πάσχουσι· δοκιμωτέρους γὰρ ἡμᾶς ἐργάζεται, ἰσχυροτέρους, μᾶλλον καταφρονεῖν ποιεῖ τῶν ἐπιβούλων. Διὸ καὶ ἔλεγεν, Ἡ θλίψις ὑπομονὴν κωτεργάζεται, ἢ δὲ ὑπομονὴ δοκιμὴν, ἢ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα, ἢ δὲ ἐλπίς οὐ καταισχύνει.

ε'. Ὁρᾷ πῶς ἡ θλίψις βεβαίως τὸ εὐαγγέλιον; Διὰ δὲ [370] τοῦτο καὶ ἀλλαγῶ αἰτοῦνται αὐτῶ τῶν πειρασμῶν ἀπαλλαγὴν, καὶ πολλάκις ὑπὲρ τούτων προσελθόντι, ἤκουεν· Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου· ἢ γὰρ δύναμις μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. Ἀσθενείαν ἐναυθὰ τοὺς δουλοῦς καλεῖ, τοὺς πειρασμοὺς, τοὺς κινδύνους, τὰς ἐπιβουλὰς, τὰς ἐπιχειρήσεις. Ἡ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ἡδυνάμηναυτὰ κωλύσαι, φησὶ, καὶ σβῆσαι τὸν πόλεμον, καὶ ἀναστῆναι τὰ κύματα, ἀλλ' οὐκ ἐποίησα, ἵνα μειζώσω; ἢ δύναμις μου δεῖχθῆ. Οὐ γὰρ οὕτως ἐδείκνυτο αὐτοῦ ἡ δύναμις, τούτων μὴ γινομένων, ὡς γινομένων μὲν, οὐκ ἰσχυρότων δέ. Ἐπεὶ καὶ κυβερνήτην ἐκείνον κριστὸν εἶναι φαμεν, οὐ τὸν ἐν γαλήνῃ πόντῳ δυνάμενον κατευθύνειν τὸ σκάφος, ἀλλὰ τὸν μεταξὺ σκοπέλων καὶ κυμάτων καὶ χειμῶνων καὶ πνευμάτων διασώζοντα τοὺς ἐμπλέοντας· καὶ ἰατρὸν, τὸν μυρίων νοσημάτων ἐπιχειμένων ἐξαρπάζοντα τὸν κάμνοντα· καὶ στρατηγὸν, τὸν πανταχόθεν πολεμίων ἐπιτεθέντων καὶ βαλλόντων δυνάμενον στήσαι τὸ τρίποιον· καὶ ποιμένα, τὸν μυρίων λύκων ἐπιχειμένων καὶ ἐτέρων ἐπιβούλων διατηροῦντα τὴν ἀγέλην ἐν ἀσφαλείᾳ. Οὕτω δὲ καὶ τότε τοῦτο μάλιστα ἐποίησε τὸ θαῦμα, ὅτι δὴ μυρία πάσχοντες ἐκράτουν καὶ περιεγένοντο τῶν ποιούντων αὐτῶν. Ὅτε γοῦν τὸν Πέτρον καὶ τὸν Ἰωάννην, τὸν υἱὸν τῆς βροντῆς, καὶ τὴν κρηπίδα τῆς πίστεως, εἰς δεσμοτήριον ἐπέβαλον, ἐνόησον πῶς ἀπεθέντων αὐτῶν διαποροῦσιν. Ἀγαθόντες γοῦν αὐτοὺς, ἐν μέσῳ τοῦ θαύματος λέγουσι· Τί ποιήσομεν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις; Ἰουδαῖοι οἱ αἵμασιν ἐντραφέντες προφητικοί, ὄμιος μεμνηνὸς καὶ λυσσῶν, ὁ τὰ ὑψιστῆρια κατασκάψας, ὁ τοὺς προφήτας ἀποκτείνας, ὁ φόνους συνανατραφεὶς, ὁ θηρίων ἀγριώτερος, ὁ στάζων ἀπὸ τοῦ αἵματος; εἰ τοῦ δεσποτικοῦ, ὁ σταυρώσας· οὗτος δύο λαβὼν ἀλιεῖας ἀγραμμάτους, ἰδιώτας, ἀσήμους, ἰχθύων ἀφωνοτέρους, ὧν θάτερος οὐδὲ θυρωρῶ ψιλὴν ἀπειλὴν ἤνεγκε· τούτους δὲ λαβόντες, ἐν μέσῳ ἔχοντες δεδεμένους, γυμνοὺς, οὐ χρημάτων περιβεβλημένους περιουσίαν, οὐ σωματίων ἰσχύον, οὐ λόγων δεινότητά, οὐ

ῥητορεία; δύναμιν, οὐ γένους περιφάνειαν, οὐ πατριδος μέγεθος, ἀλιεῖας ἐξ ἀλιέων, ἐσχάτη πτωχεία συνουσιότητάς, ἀποροῦσιν τί αὐτοὺς χρήσονται, καὶ φασὶ· Τί ποιήσομεν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις; Ὁρᾷ ἡλίκων ἀρετῆ; πῶς οἱ πειρασμοὶ βεβαίως τοῦ εὐαγγελίου; Καὶ λέγουσι πρὸς αὐτούς· Οὐ παραγγεῖλα παρηγγεῖλαμεν ὑμῖν μὴ λαλεῖν ἐπὶ τῷ ἐνόματι τούτῳ; Καὶ βούλοισθε ἐπαγαγεῖν ἐφ' ἡμᾶς τὸ αἷμα τοῦ ἀνθρώπου τούτου. Εἰ ἀνθρωπῶς ἐστὶ ψιλὸς, τί δέδοικας; εἰ δὲ θεὸς ἐστὶ, τίνας ἕνεκεν οὐ προσκυνεῖς; Οὐκ ἐδόξας πρῶτον λέγων, Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν; πόθεν δέδοικας; τὴν αἷμα; τί σου τὴν διάνοιαν διέσεισεν; οὐκ ἔδοξας; οὐκ ἐμάστιξας; οὐκ ἐσταύρωσας; οὐ νεκρὸν εἶδες καθαιρούμενον ἀπὸ τοῦ σταυροῦ; οὐ θαπτόμενον ἐθάψω. καὶ τῆ γῆ κρυπτόμενον; οὐ σήμαντρα ἐπέθηκας τῷ τάφῳ; οὐκ ἐπῆρῳ τοὺς στρατιώτας; οὐ φήμην διέσπειρας, ὅτι ἐκλεψαν αὐτὸν οἱ μαθηταί; Τί δέδοικας νῦν; τί ἐρέμεις αὐτοῦ τὸ αἷμα; Ὁρᾷ τὴν ἀλήθειαν διὰ πάντων λήκπουσαν; Ἐπειδὴ γὰρ εἶδον μετὰ τὴν ἐπιβουλήν· ἀκείνην [571] τὸ πρᾶγμα αἰρούμενον, καὶ τὰ προόμια λαμπρὰ καὶ ἥλιον φανότερα καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς βαλδιδος ἐπιδεικνύμενα· εἰ πᾶσαν ἀθρόον κατακλιθεῖται τὴν οἰκουμένην, καὶ κατ' ἄκρας ἐλάσει τὴν πλάνην, καὶ οὐδὲ ἐνεγκεῖν δύνησεται τὴν ἄρατον αὐτοῦ ῥύμην καὶ τὴν δύναμιν· δεδοίκασι, τρέμουσι τοὺς δεσμοτάς, τοὺς καταδικούς, τοὺς μαστιχθέντας, τοὺς ἐπιβουλεύθέντας, τοὺς δύο, τοὺς ἰδιώτας. Διὰ ταῦτα Παῦλος βεβαίως ἐπαγγέλιον καλεῖ τοὺς πειρασμούς· διὰ ταῦτα καὶ ἀλλαγῶ φησὶ· Γινώσκοντες δὲ ὑμῖς βούλομαι, ἀδελφοί, ὅτι τὸ κατ' ἐμὲ μᾶλλον εἰς προκοπὴν τοῦ εὐαγγελίου ἐλήλυθεν· ὥστε τοὺς πλείονας τῶν ἀδελφῶν ἐν Κυρίῳ πεποιθότας τοῖς δεσμοῖς μου, περισσοτέρως τολμᾶν ἀπόθως τὸν λόγον λαλεῖν. Τίς εἶδε, τίς ἤκουσεν, ὅτι δεσμὰ θάρρους ποιεῖ, καὶ ἄλυσις παρῆρσιαν ἐργάζεται, οὐ τὴν δεδεμένην μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς μαθητευομένους; Ἄλλ' ὅμως, ὅτε ταῦτα ἔγινετο, διὰ τῶν ἐναντίων τὸ κήρυγμα ἤρετο, καὶ οἱ μαθηταί, τοῦ διδασκάλου πολεμουμένου καὶ ἐπιβουλεουμένου καὶ δεσμουμένου, μᾶλλον ἐθάβρον, μᾶλλον ἐσχίρτων, μᾶλλον ἐπήδων. Ἐπῆρνεσθε τὰ εἰρημμένα; Λοιπὸν μιμησάμεθα τὴν ἀνδρείαν, ζηλώσωμεν τὴν ἀρετὴν, καὶ μηδὲν ἡμᾶς πτοεῖτω, μηδὲν θορυβεῖτω τῶν πειρασμῶν· ταῦτα γὰρ ἄμματα τῆς εὐσεβείας, ταῦτα περὶ τῆς φιλοσοφίας, ταῦτα ἰσχυροὺς καὶ ἀχειρούτους κατασκευάζει, ταῦτα πλείονα πρὸς τὸν θεὸν δίδωσι τὴν παρῆρσιαν, μείζονα ἐπισπάται τὴν εὐνοίαν, πολλὴν ἐπισκηνύουσαι ποιεῖ τὴν χάριν. Ἴνα οὖν ἀπάντων τούτων ἀπολαύωμεν, φέρωμεν ἅπαντα, παρακαλῶ, τὰ συμπίπτοντα, διὰ πάντων τὸν θεὸν δοξάζοντες, ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα, τιμὴ καὶ κράτος, ἅμα τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ Υἱῷ καὶ τῷ ἀγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

^a Mattheio placeret ἐπιβολήν.

^b Suspiciatur Matth. legendum esse: ἄλλ' ὅμως τότε ταῦτα.

OMILIA H'.

Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἐπὶ Παύλου, Γόθῳ ἀναγρόντων, καὶ πρεσβυτέρου Γόθου προομιλήσαντος.

α'. Ἐβουλόμην παρῆναι Ἐλληνας τήμερον, ὥστε τῶν ἀνεγνωσμένων ἀκούσαι καὶ μαθεῖν πόση τοῦ σταυρωθέντος ἡ ἰσχύς, πόση τοῦ σταυροῦ ἡ δύναμις, πόση τῆς

Ἐκκλησίας ἡ εὐγένεια, πόση τῆς πίστεως ἡ εὐτομία, πόση τῆς; πλάνης ἡ αἰσχύνη, πόσος τῶν δαιμόνων ὁ γέλως. Τὰ μὲν γὰρ τῶν φιλοσόφων καὶ παρὰ τοῖς δημοφώνοις καταλέλυται, τὰ δὲ ἡμέτερα καὶ παρὰ ἐτερογλώσσους πολλὴν ἔχει δύναμιν· καὶ τὰ μὲν ἀρέχνης εὐκολώτερον διασπάσθη, τὰ δὲ ἀδόξαντος στερότερον κέπηγε.

Ποῦ τὰ Πλάτωνος· καὶ Πυθαγόρου καὶ τῶν ἐν Ἀθήναις· ἐσέσθη. Ποῦ τὰ τῶν ἀλιέων καὶ σκηνοποιῶν· οὐκ ἐν Ἰουδαίᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ τῶν βαρβάρων γλώττῃ, καθὼς ἠκούσατε σήμερον, ἡλίου φανότερον διαλάμπει· καὶ Σκύθαι καὶ Θράκες καὶ Σαυρομάται καὶ Μαῦροι καὶ Ἰνδοὶ καὶ οἱ πρὸς αὐτὰς ἀπικισμένοι τὰς ἐσχάτιας τῆς οἰκουμένης, πρὸς τὴν οἰκίαν ἕκαστος μεταβαλόντες· γλώτταν, τὰ εἰρημένα φιλοσοφοῦσι ταῦτα· ἃ μὴδὲ θναρ ἐφαντάσθησαν οἱ παρὰ τοῖς Ἑλλησι τὸν [372] πύγωνα ἔλκοντες, καὶ τῇ βακτηρίᾳ τοὺς ἀπαντῶντας ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς σοβούντες, καὶ τοὺς βοστρύχους ἀπὸ τῆς κεφαλῆς σείοντες, λεόντων μᾶλλον ἢ ἀνθρώπων ἐπιδεικνύμενοι πρόσωπα. Ἄλλ' οὐ τὰ ἡμέτερα τοιαῦτα, οὐδὲ ἐν τῷ σχήματι, ἀλλ' ἐν σωφροσύνῃ τὰ τῆς φιλοσοφίας. Ἡ μὲν γὰρ πόρνη, ἅτε καὶ φυσικὸν οὐκ ἔχουσα κάλλος, ἐπιτρίμμασι καὶ ὑπογραφαῖς καὶ ἱματίοις λευκοῖς καὶ ἐτέροις τοιοῦτοις τεχνάσμασι χειροποιητὴν τινα ἐπιτίθεισιν ἑαυτῇ ὄραν, τὸ ἀπὸ τῆς φύσεως δυσειδὲς συσκιάζουσα· ἡ δὲ καλὴ φύσει καὶ ἐπίχαρις καὶ εὐγενὴς κόρη γυμνὸν ἀφίησι τῆς φύσεως ἀγωνίζεσθαι τὸ δῶρον, οὐδενὸς τούτων δεομένη τῶν βοηθημάτων, ἀλλὰ διακρουομένη, ὥστε μὴ τὴν φυσικὴν ὄραν τοῖς παραπετάσμαισι συσκιᾶσαι τοῦτοις. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ἐπὶ τῶν ἑξῶθεν ἔστιν ἰδεῖν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ φυσικὸν κάλλος οὐκ ἔχοντες, οὐδὲ εὐσεβεῖα κοσμησῆσθαι δυνάμενοι, εὐχλωστία καὶ ῥήμασι ἀποτετορνευμένοις, καὶ συνθήκαις λέξεων, καὶ κόμαις καὶ εὐθήμασι καὶ ἐτέροις τισὶ τὰ καθ' ἑαυτοὺς σεμνύνουσιν· οἱ δὲ παρ' ἡμῖν οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πάντα ταῦτα διακρουσάμενοι, καὶ τὴν ἑξῶθεν φαντασίαν βίβαντες, φυσικὸν τὸ κάλλος ἐπιδεικνύονται, οὐ γλώτταν ἀκονῶντες, οὐδὲ εὐφημίαν διώκοντες, ἀλλ' ἐν δυνάμει νοημάτων φιλοσοφούντες, καὶ ἔργων ἐπιδείξει καὶ πολιτείας ἀκριβεῖα τὴν ἑνοικουσαν αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ χάριν διὰ πάντων ἀνακηρύττοντες. Διὰ δὲ τοῦτο οὐ τὴν οἰκουμένην μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν οἰκίαν· οὐ τὴν γῆν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν θάλατταν· οὐ τὰς πόλεις μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ὄρη καὶ τοὺς βουνούς καὶ τὰς νάπας· οὐ τὴν Ἑλλάδα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν βάρβαρον· οὐ τοὺς ἐν ἀξιώμασι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν ἐσχάτῃ πενίᾳ· οὐκ ἀνδρας μόνον, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας· οὐ γεγηρακότας μόνον, ἀλλὰ καὶ νέους ἐσαγγήνευσαν. Οὐ μέχρι δὲ τούτων, ἀλλὰ καὶ περαιτέρω προήλθον, καὶ τῇ καθ' ἡμᾶς οὐκ ἀρκεσθέντες οἰκουμένην, πρὸς αὐτὸν ἐξέβησαν τὸν Ὀκεανὸν, καὶ τὰς βαρβαρικὰς χώρας καὶ τὰς Βρετανικὰς νήσους εἰσω τῶν οἰκείων δικτύων ἔλαβον· καὶ ὅπου περ ἂν ἀφίκη λοιπὸν, τῶν ἀλιέων ὄφει τὰ ὀνόματα ἐν τοῖς ἀπάντων στόμασι περιφερόμενα, οὐ δεῖ τὴν τῶν ἀλιέων δύναμιν, ἀλλὰ τὴν τοῦ σταυρωθέντος ἰσχὴν τὴν πανταχοῦ προσδοκιοῦσαν αὐτοῖς, καὶ τοὺς ἰδιώτας τῶν φιλοσόφων σοφωτέρους, καὶ τοὺς ἀγραμμάτων καὶ ἰχθύων ἀφροντέρους ῥητόρων καὶ λογογράφων καὶ σοφιστῶν εὐτονωτέρους ἀποφαίνουσιν. Μὴ τοίνυν αἰσχύνῃ τις ἠγείσθω τῆς Ἐκκλησίας, ὅτι βαρβάρους εἰς μέσον ἀναστῆναι καὶ εἰπεῖν παρεσκευάσαμεν· τοῦτο γὰρ τῆς Ἐκκλησίας κόσμος, τοῦτο καλλύπισμα, τοῦτο τῆς ἐν τῇ πίστει δυνάμει ἀποδείξις· τοῦτο καὶ ὁ προφήτης ἄνωθεν προαναφωνῶν ἔλεγεν· Οὐκ εἰσι λαλοῦντες οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν· εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέματα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. Τοῦτο καὶ ἔτερος

παραδηλῶν πάλιν, ἐτέροις ῥήμασι ἠντίτετο λέγων· Λύκοι καὶ ἄρτες ἀμὰ βοσκηθήσονται, καὶ πέρδαλις συναπαύσεται ἐρίφω, καὶ λέων ὡς βοῦς φάσεται ἄχυρα· οὐ περὶ λεόντων καὶ ἀρνῶν καὶ παρδάλων καὶ ἐρίφων διηγούμενος, ἀλλὰ προαναφωνῶν ἡμῖν καὶ δεικνύς, ὅτι δὴ τὸ θηριῶδες τῶν ἀνθρώπων εἰς τοσαύτην ἤξει ἡμερότητα τῇ φιλοσοφίᾳ τοῦ κηρύγματος κερασθὲν, ὥστε μετὰ τῶν ἡμέρων καὶ πραοτάτων [373] ἀνδρῶν συναγελάζεσθαι. Καὶ τοῦτο σήμερον ἐωράκατε, τοὺς πάντων ἀνθρώπων βαρβαρικωτέρους μετὰ τῶν τῆς Ἐκκλησίας προβάτων ἐστώτας, καὶ κοινὴν οὔσαν τὴν νομὴν καὶ τὸν σηκὸν ἕνα, καὶ μίαν ἅπασιν τράπεζαν προκειμένην.

β'. Αἰσχυνέσθωσαν Ἰουδαῖοι οἱ τὰ γράμματα ἀναγινώσκοντες, καὶ τὰ νοήματα ἀγνοοῦντες· ἐγκαλυπτεσθῶσαν Ἕλληνες, τῆς ἀκτίνας φανοτέραν ὄρωντες τὴν ἀληθειαν λάμπουσιν, οἱ τοῖς λίθοις παρακαθήμενοι καὶ τὸ σκότος διώκοντες· καλλυπίζεσθω ἡ Ἐκκλησία ἡ διὰ πάντων λάμπουσα καὶ πετομένη. Ὡσπερ γὰρ ἥλιος κοινὸς καὶ γῆ κοινὴ καὶ θάλαττα καὶ ἀήρ, οὕτως πολλῶν ἡ μάλλον ὁ τοῦ κηρύγματος λόγος ἐγένετο κοινός· διὸ καὶ Παῦλος ἔλεγεν· *Ἴνα τινὰ καρπὸν σχῶ καὶ ἐν ὑμῖν, καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν.* Ἑλλησι τε καὶ βαρβάρους, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις ὀφειλέτης εἰμι· οὕτω τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελισσασθαι. Καὶ τί θαυμάζεις εἰ ἐν τῇ Καινῇ, ὅπου καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ τὸ αὐτὸ τοῦτο γίνεται. Ὁ γὰρ πρῶτος καὶ τῆς Ἐκκλησίας καὶ τῆς συναγωγῆς πρόγονος γενόμενος, ἐκεῖνον μὲν κατὰ σάρκα, ἡμῶν δὲ κατὰ πνεῦμα, βάρβαρος ἦν καὶ ἐκ μέσης Πελοπίδος ἤγετο, ὁ πατριάρχης λέγω Ἀβραάμ, καὶ οὕτε γραμμάτων ἀκούσας, οὕτε προφητείας μετασχὼν, οὐ τὸν διδάσκοντα ἔχων, οὐχ ἱστορίαν δεξάμενος· οὕτω γὰρ ἦν Μωϋσῆς γενόμενος· οὐ τῶν πρὸ αὐτοῦ τι μαθὼν, οὐ τὰ μετ' αὐτὸν ἐσόμενα διδάχθεις, ἀλλ' ἐν μέσῃ τῇ Πελοπίων χώρα τεχθεὶς καὶ τραφεὶς, οὕτως ἀθρόον ἐπιλοσόφησεν, ὡς καὶ τῆς Καινῆς πολλὰ προλαβὲν ἐπιτάγματα, καὶ διὰ τῶν ἔργων ἐπιδείξασθαι. Καὶ γὰρ κελευόμενος ἐξελεῖν ἀπὸ τῆς πατριδος, καὶ ἀφείναι οἰκίαν καὶ φίλους καὶ συγγενεῖς, καὶ ἔλθειν ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν, οὐδὲν ἔπαθεν ἀνθρώπινον, οὐδὲ συμπαθεῖα κατεσχέθη, οὐδὲ ἐλογίσαστο πρὸς αὐτὸν καὶ εἶπεν· Τὰ φανερά καὶ δῆλα ἀφελὲς, ἐπὶ τὰ ἀφανῆ καὶ ἀδῆλα ἀπελεύσομαι· ἀλλὰ τὴν πίστιν ὁδηγὸν ἔχων, καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπόσχασιν ἀντὶ βακτηρίας κησάμενος, τὰ μὲν ἐν χερσὶν ἤφει, τὰ δὲ ἐν ἐλπίσι προσελάμβανε· καὶ γὰρ καὶ κατὰ τοῦτο τῆς Ἐκκλησίας πρόγονος ἦν. Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς κελευόμεθα τῶν μὲν βιωτικῶν ὑπεροπῆν πραγμάτων καὶ τῶν φαινομένων, πρὸς δὲ τὰ ἀδῆλα τὴν ἐλπίδα τείνειν, καὶ τὴν πίστιν κρατεῖν, τὴν ἀγκυραν τῆς ἡμετέρας σωτηρίας, καὶ ἐκεῖνα ζητεῖν· διὸ καὶ Παῦλος ἔλεγε· *Τῇ γὰρ ἐλπίδι ἐσώθημεν· ἐλπίς δὲ βλεπομένη οὐκ ἐστὶν ἐλπίς·* καὶ πάλιν, *Τὸ γὰρ προαιετικὸν ἐλαφρὸν τῆς οὐρανοῦ ἡμῶν, καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης καταρτίζεται ἡμῖν, μὴ σκοποῦντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα.* Ἐξελεθῶν δὲ ἀπὸ τῆς πατριδος ὁ μακάριος

* I.e.g. οὕτω καὶ πολλῶν.

antibus qui ejusdem linguæ erant, confutata fuere; nostra vero etiam apud extraneos multam vim habent. et illa quidem facilius quam aranæ tela dissipata sunt; hæc autem firmius quam adamas infixæ sunt.

Barbaræ gentes ad fidem conversæ Scripturas in linguam suam converterunt.—Ubi sunt nunc illa Platonis, Pythagoræ et eorum qui Athenis erant? extincta sunt. Ubi sunt illa piscatorum et tentoriorum artificum? non in Judæa solum, sed etiam apud barbaram linguam, ut hodie audistis, splendidius quam sol ipse fulgent; et Scythæ et Thracæ et Sarmatæ et Mauri et Indi et qui ad extrema orbis sedes habent, iis quæ scripta sunt in linguam suam translatis, philosophantur: hæc, inquam, quæ ne per somnium quidem imaginati sunt ii, qui apud Græcos barbaram gestant, et scipione eos qui sibi in foro occurrunt amovent, qui capillos capitis agitant, leonum magis quam hominum faciem præ se ferentes. Sed nostra non sunt similia; nec in vestitu, sed in temperantia philosophia sita est. Nam meretrix quidem, utpote quæ naturali non gaudet pulchritudine, fucis, picturis, vestitu albo, aliisque similibus artibus, manu concinnatam sibi conciliat formam, naturalem abumbrans deformitatem: quæ vero ex natura formosa est, gratiosa et nobilis puella, naturæ donum nudum sinit, ut per se concertet, non indigens similibus auxiliis; sed illa depellit, ne naturalem formam hujusmodi ceu velamentis obscuret. Hoc et in Ecclesia, et apud externos videre est. Illi enim cum naturalem pulchritudinem non habeant, neque pietate sese ornare possint, linguæ facundia, verbis ornatis dictionumque compositione, ac comis, vestibus et aliis quibusdam se cohonestare student: apud nos autem non ita, sed hæc omnia repellentes et extrinsecum fastium repudiantes nostri, naturalem exhibent pulchritudinem; non linguam acuentes, non elegantiam sermonis captantes, sed in sententiarum virtute philosophantes, atque ex operum exemplo et ex accurato vite instituto inhabitantem in se Dei gratiam per omnes prædicant. Ideo etiam non habitatam modo terram, sed inhabitatam; non terram solum, sed etiam mare; non urbes tantum, sed etiam montes, colles et valles; non Græciam modo, sed etiam barbaras nationes; non eos qui in dignitate tantum, sed et eos qui in extrema paupertate; non viros solum, sed etiam mulieres; non senes tantum, sed etiam juvenes tamquam sagena ceperunt. Nec eo usque tantum, sed etiam ulterius processerunt, et cum non satis ipsis esset terra nostra, in ipsum Oceanum se contulerunt, barbarasque regiones et Britannicas insulas in retibus suis incluserunt: et quocumque jam abieris, piscatorum nomina in omnium ore ferri videbis; non propter piscatorum virtutem, sed propter Crucifixi potentiam, quæ ubique ipsis viam monstraverat, atque idiotas philosophis sapientiores, et illiteratos magisque mutos quam pisces, rhetoribus, oratoribus et sophis solidiores reddiderat. Ne ergo quis putet id pudori esse Ecclesie, quod barbaros in medio surgere et loqui præceperimus: hoc enim Ecclesie ornatus et decor, hæc demonstratio est virtutis

quæ in fide sita est: hoc et Propheta olim prænuntiatus, dicebat: *Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum: in omnem terram exiit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum* (Psal. 18. 4. 5). Hoc et alius rursus declarans, aliis subindicabat verbis, dicens: *Lupi et agni simul pascentur, et pardus quiescet cum hædo, et leo sicut bos comedet paleas* (Isai. 65. 25): non de leonibus, de agnis, de pardis, de hædis loquens, sed nobis prænuntiatus et significans fore ut ea pars hominum quæ ferina erat, in eam veniat mansuetudinem per prædicationis philosophiam temperata, ita ut cum mansuetis et mitissimis viris conveniat. Et hoc hodie videtis, eos nempe, qui præ omnibus hominibus barbari erant, cum Ecclesie ovibus stantes, iisdemque pasceis atque eadem caula utentes, unamque omnibus appositam mensam.

2. Erubescant Judæi, qui literas legunt, et sensum ignorant: præ pudore se obtegant gentiles, qui radio solari clariorem vident veritatem splendens, qui lapidibus assident, et tenebras sequuntur: gloriatur Ecclesia, quæ apud omnes fulget et evolat. Sicut enim sol communis est et terra communis, ut et mare et aer: sic, et multo magis verbi prædicatione facta est communis: ideoque Paulus dicebat: *Ut aliquem fructum habeam et in vobis, sicut et in cæteris gentibus. Græcis ac barbaris, sapientibus et insipientibus debitor sum: ita et in me promptum est et in vobis, qui Romæ estis, evangelizare* (Rom. 1. 13-15). Et quid miraris si in Novo, quando etiam in Veteri idipsum fiebat. Nam primus et Ecclesie et Synagogæ progenitor, illorum quidem secundum carnem, nostri vero secundum spiritum, barbarus erat et ex media Perside ducebatur, patriarcha nempe Abraham: et neque literas audierat, neque prophetiæ particeps erat, nec qui se doceret habebat, nec historiam audierat; nondum enim venerat Moyses; nec quidpiam a majoribus didicerat, neque ea quæ post se futura erant edoctus fuerat; sed in media Persarum regione natus et educatus, ita repente philosophatus est, ut etiam Novi Testamenti multa præoccuparet præcepta, et per opera exhiberet. Etenim iussus egressi ex patria, et domum deserere et amicos et cognatos, et venire in alienam terram, nihil passus est humanum, neque ex affectu detentus est, neque apud se cogitavit et dixit: Quæ manifesta et clara sunt relinquens, ad incerta et obscura me conferam? sed fidem habens viæ duce, et Dei promissionem pro baculo assumens, quæ præ manibus habebat reliquit; quæ vero in spe, accepit: etenim et secundum hoc Ecclesie progenitor fuit. Nam et nos iubemur res sæculares despiciere et extraneas, et ad occulta spe intendere, et fidem tenere ancoram salutis nostræ, et illa quærere. Ideo etiam Paulus dicebat: *Spe enim salvi facti sumus: spes autem quæ videtur, jam non est spes* (Rom. 8. 24): et rursus, *Id enim, quod in præsentem est momentaneum et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus opratur in nobis; non contemplantibus nobis quæ vi-*

dentur, sed quæ non videntur (2. Cor. 4. 17. 18).

Abraham apostolica præcepta operibus exhibuit. — Egressus autem e patria beatus hic Abraham, cum in aliena tugurium fixisset, apostolica rursus præcepta operibus exhibuit. Postquam enim splendidum illud tropæum crexerat, stupendamque victoriam retulerat, et barbaros vicerat, non virtute corporis, sed fidei potentia, cum ab iis qui servati fuerant mercedem laborum accipere juberetur; barbaro namque sibi dicente, *Accipe tu equos, et da nobis viros; quid ait? Extendo manum meam ad Deum altissimum, si accepero a te a funiculo usque ad corrigiam calecamenti* (Gen. 14. 21. 22. 23). Viden' quomodo præceptum illud evangelicum implevit, *Gratis accepistis, gratis date* (Matth. 10. 8)? Moyses quoque in barbarica domo educatus est et crevit; attamen nihil inde damni accepit, sed etiam ille philosophatus est, non minus quam patriarcha, Sybariticam mensam irridens, illorumque deliciis sublimior affectus, divitias spernens et regnum Ægyptique sceptra; ad lutum autem et lateritium opus se sponte transtulit. Ideoque Paulus ipsum admirans, dicebat: *Majores divitias putans quam Ægypti thesauros, improperium Christi* (Hebr. 11. 26). Deinde horum doctorem bonorum ostendens addebat dicens: *Invisibilem enim tanquam videns sustinuit*: quod maximæ fidei erat. Ne ergo pudori id nobis esse putemus quod barbari in ecclesia sint, sed potius multo ornamento: nam et ipse Dominus noster Jesus Christus, cum in orbem terræ venisset, barbaros primos vocavit. Postquam enim natus est et in præsepio positus, magi ex Perside venientes, ipsum adoraverunt. O novas et inexpectatas res! rege quidem in urbem ingressuro, velamenta et lampades eriguntur; et qui in dignitate et potentia sunt omnes ipsi obviam veniunt cum eleganti ornatu, et tibiæ, fistulæ, citharæ, et omne musicæ genus; et vestimenta sunt splendida, et corollæ, et multa est magnificentia: Rege autem cælorum ingressuro in orbem, nihil simile, sed omnia contraria: tugurium et tabernaculum et præsepe, et mater vilis, ut videbatur; inopia multa et paupertas. Atqui, si voluisset, venire poterat cælum commovens, terram quatiens, fulgura mittens: et quid hæc dico? si nudam solam divinitatem ostendisset, quanto majus hoc non fuisset omni splendore et festivitate? Sed non ita fecit; non enim perdere, sed salvos facere volebat; non perterrefacere, sed corrigere, et ab initio fastum humanum calcare et arrogantiam deprimere. Ideo non solum sit homo, sed pauper homo, et matrem delinquit, ac diversorium vile; extremum paupertatis terminum ab initio et ab ipso partu amplectens. Quænam, dic mihi, mulier, etiamsi omnium maxime inops fuerit, etiamsi mendicans, lectum non habet, ubi partum infantem reclinet? At ille non in lecto reclinabatur, sed in præsepio simpliciter et utcumque, et in tugurio, nec in diversorio. Hæc sunt ingressus ejus præmia, ita splendida et magnifica. Cum audis ingressum, ne transitum ex loco cogites, sed œconomix attemperationem.

5. Etenim Paulus cum ait, *Cum autem rureus introduxerit Primogenitum in orbem* (Hebr. 1. 6), dispensationem nobis annuntiat: qui enim ubique præseus est, et omnia implet, quoniam intraverit? sed illam per œconomiam manifestationem sic vocavit. Ingressus itaque in orbem, cum vili habitu intravit, fastum calcans, arrogantiam deprimens, omnibus suadens ut moderate agant, paupertatem ne contemnant neve mendicitatem despiciant; ad divitias ne inhiant, ne quid magnum esse putent humanum fastum, sed umbra tenuiorem, foliis viliozem, et somniis fallaciorem. Ingressus ergo barbaros vocavit, nec simpliciter barbaros, sed magos, pessimum impietatis genus. Quia enim omnia in orbe male affecta erant, et impietas ubique dominabatur, nidorque et fumus; ac neque lex quidpiam poterat, neque prophetæ emendaverant, non monita quid profecerant, non miracula, non supplicium, non poenæ; et terra sanguine humano polluebatur, et natura ipsa ignorabatur: nam *Immolaverunt filios suos et filias suas dæmoniis* (Paul. 105. 37): altaria destruebantur, prophetæ occidebantur, ac templum pietatis in ruderum versum est et idolorum receptaculum, ac populus Judaicus qui exstitit ut ceteros erudiret, aliis blasphemix occasio fiebat: *Nomen meum enim, inquit, per vos blasphematur in gentibus* (Isai. 52. 5). Sa. riticia abrogabantur, festa, meomeniæ et sabbata, ac reliqua cultus genera rejiciebantur, virtute neglecta; et vox superne Dei accusantis erat, et voces prophetarum in terra plangentium, et voces undique, rebus male procedentibus; multaque erat nequitix potentia, densa quædam nubes et profunda nox, et nequitia audacter et confidenter agebat, quæ ad virtutem autem spectant, eliminabantur. Tempestas in altum tollebat, fluctus alius alium sequebatur, naufragia frequentia accidebant, omnes immergebantur, neque ulla gubernatoris vox audiebatur, nec nautarum ars quidquam poterat; sed maligni spiritus dominabantur, neque ulla erat spes salutis, nemoque invocare Deum audebat: quomodo enim ausus esset, prophetis accusantibus, angelis qui singulis gentibus patrocinebantur, se præ pudore occultantibus? Creatorem universi tempus demum advocabat, ipsum conditorem, qui ab initio genus nostrum eformaverat. Quoniam igitur gravissima erat ægritudo, quæ maxime parva erat ex arrogantia et audacia; cum et principium et medium et finis rerum corrumperetur: ille ex paterno throno exsiliit, et in terram venit. Cum autem illud *exsiliit* audis, cave putes mutato illum loca et deseruisse cælos: nam cum in utero virgineo esset, cum Patre erat: quomodo autem, ne quæras neque rationes expetas: cum enim Deus operatur, sola fide opus est, consensu item et confessione. Cum venisset ergo et vidisset agrum in lecto jacentem ac desperatum (cum agrum dico, de humano genere loquor, non in lecto vulgari, sed in lecto nequitix), a medicis derelictum, vitis animi obsessum, morbo detentum; cum vidisset omne ægritudinis genus humanam naturam Inva-

οὗτος Ἀβραάμ, καὶ ἐν ἄλλοτρίᾳ καλύθη πηξάμενος, ἀποστολικά πάλιν παραγγέλματα διὰ τῶν ἔργων ἐπέδειξατο. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ λαμπρὸν ἐκεῖνο τρόπαιον ἔστησε, καὶ τὴν παράδοξον νίκην ἤρατο, καὶ τῶν βαρβάρων περιεγένετο, οὐκ ἰσχύει σώματος, ἀλλὰ δυνάμει πιστεῦσε, καὶ μισθὸν λαβεῖν τῶν πῶν ἐκείνων καὶ τῆς ταιλαιπωρίας παρὰ τῶν σωθέντων ἐκελεύετο· τοῦ γὰρ βαρβάρου πρὸς αὐτὸν λέγοντος, *Δάδε σὺ τὸν Ἰπποκ, καὶ δὸς ἡμῖν τοὺς ἄνδρας, τί φησιν; Ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου πρὸς τὸν θεὸν τὸν ὕψιστον, εἰ λήγεται παρὰ σοῦ ἀπὸ σπαρτίου ἕως σφαιρωτῆρος ἐπιποδίουματος.* Εἶδες πῶς ἐκεῖνο τὸ ἐπίταγμα ἐπλήρωσε τὸ εὐαγγελικὸν τὸ λέγον· [374] *Δωρεῶν ἐλάθετε, δωρεῶν δότε;* Καὶ Μωϋσῆς δὲ καὶ ἂ ἐν βαρβαρικῇ οἰκίᾳ ἐτρέφη τε καὶ ἠύξθη ἄλλ' ὅμως οὐδὲν ἐντεῦθεν παρεδλάπτετο, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐφιλοσόφει τοῦ πατριάρχου οὐκ ἔλαττον, τῆς μὲν Συβαριτικῆς καταγελῶν τραπέζης, καὶ ὑψηλότερος τῆς ἐκείνων τρυφῆς γινόμενος, καὶ πλουτοῦν ἀτιμάζων καὶ βασιλεῖαν καὶ τὰ σκήπτρα Αἰγύπτου, πρὸς δὲ τὸν πηλὸν καὶ τὴν πλινθουργίαν αὐτομολῶν. Διὸ δὴ καὶ ὁ Παῦλος θαυμάζων αὐτὸν, ἔλεγε· *Μεῖζονα πλουτοῦν ἠησάμενος τῶν Αἰγύπτου θησαυρῶν τὸν οὐνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ.* Εἶτα καὶ δεικνὺς τὸν διδάσκαλον τῶν ἀγαθῶν τούτων, προσετίθει λέγων· *Τὸν γὰρ ὁράτορον ὡς ὄρων ἐκατέρησεν* ὡς περ πίστεως ἦν μεγίστη. Μὴ τοίνυν αἰσχύνῃ νομιζόμεν τὸ βαρβάρους ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ εἶναι, ἀλλὰ καὶ πολλὸν κόσμον· καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς παραγενόμενος εἰς τὴν οἰκουμένην, βαρβάρους πρῶτους ἐκάλεσεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐτέθη καὶ ἐπὶ τῆς φάτνης ἐτέθη, καὶ μάγοι ἐλθόντες ἀπὸ Περσίδος αὐτὸν προσκύνουν· οὐ καινῶν καὶ παραδόξων πραγμάτων! βασιλέως μὲν εἰς πόλιν εἰσεῖναι μέλλοντος, παραπετάσματα καὶ λαμπάδες***, καὶ οἱ ἐν ἀξιώμασι καὶ οἱ ἐν δυναστείαις ἀπαντῶσιν ἅπαντας μετὰ φαιδρῶ τοῦ σχήματος, καὶ ἀλλοὶ καὶ σύριγγες καὶ κιθάραι, καὶ πᾶν μουσικῆς γένος, καὶ ἐσθήματα λαμπρὰ καὶ στεφανώματα, καὶ πολλὴ ἡ περιφάνεια· τοῦ δὲ βασιλέως τῶν οὐρανῶν εἰσεῖναι μέλλοντος εἰς τὴν οἰκουμένην, οὐδὲν τοιοῦτον, ἀλλὰ τάναντία πάντα, καλύθη καὶ σκηνῆ καὶ φάτνης, μήτηρ εὐτελής τὸ φαιρόμενον, καὶ πτωχεῖα πολλὴ καὶ πενίας ἐπίτασις. Καίτοι γο, εἰπερ ἐδοῦλετο, ἡδύνατο παραγενέσθαι τὸν οὐρανὸν σείων, τὴν γῆν σαλεύων, ἀστραπὰς ἀφίεις, καὶ τί λέγω ταῦτα; γυμνὴν μόνην εἰ ἔδειξε τὴν θεότητα, τοῦτο πόσης λαμπρότητος καὶ φαιδρότητος μεῖζον οὐκ ἂν ἦν; Ἀλλ' οὐκ ἐποίησεν οὕτως· οὐ γὰρ ἀπολέσται, ἀλλὰ σῶσαι ἐβούλετο, οὐκ ἐκπλήξαι, ἀλλὰ διορθῶσαι, καὶ ἐκ προοιμίων τὸν τύφον καταπατήσαι τὸν ἀνθρώπινον καὶ τὴν ἀπόνοιαν κατενεχεῖν. Διὰ δὴ τοῦτο οὐκ ἀνθρώπος γίνεται μόνον, ἀλλὰ καὶ πτωχὸς ἀνθρώπος, καὶ μητέρα τοιαύτην αἰρεῖται, καὶ καταγώγιον εὐτελές, τὸν ἔσχατον τῆς πενίας ὄρον ἐκ προοιμίων αὐτῶν καὶ ἐξ αὐτῶν ὠδίνων ἀσπαζόμενος. Ποῖα γὰρ, εἰπέ μοι, γυνή, κἂν ἀπάντων ἀνθρώπων πτωχότερα ἦ, κἂν αὐτοπροσαίτις, οὐκ ἔχει κλίνην ὥστε τὸ τεχνὸν παιδίον κατακλίνας; Ἀλλ' αὐτὸς οὐδὲ ἐν κλίνῃ κατεκλίνετο, ἀλλ' ἐν φάτνῃ ἀπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε, καὶ ἐν καλύθῃ καὶ οὐκ ἐν καταλύματι. Τοιαῦτα τῆς εἰσόδου αὐτοῦ τὰ προόμια, οὕτω λαμπρὰ καὶ περιφανῆ· εἰσόδον δὲ ὅταν ἀκούσης, μὴ τόπου νόμιζε μετᾶσθαι, ἀλλ' οἰκονομίας συγκατάδειξαι.

* *Melius* καὶ *omitteretur aut scriberetur* καὶ αὐτὸς ἐν, inquit *Matthaeus.*

*** *Deest aliquid.*

γ'. Καὶ γὰρ ὁ Παῦλος ὅταν λέγῃ, *Ὅταν δὲ ἴδωμεν εἰσαγγῆ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην*, τὴν οἰκονομίαν ἡμῖν ἀπαγγέλλει· ὁ γὰρ πανταχοῦ παρῶν, καὶ τὰ πάντα πληρῶν, ποῦ ἂν εἰσέλθοι; ἀλλὰ τὴν διὰ τῆς οἰκονομίας φανερώων οὕτως ἐκάλεσεν. Εἰσίων τοίνυν εἰς τὴν οἰκουμένην, μετὰ ταπεινῶ τοῦ σχήματος εἰσῆει, τὸν τύφον καταπατῶν, τὴν ἀπόνοιαν καταστέλλων, μετριάζειν ἅπαντα; πείθων, μὴ ἀτιμάζειν πενίαν μήτε ἐξευτελίζειν πτωχεῖαν, μὴ κεχρημέναι πρὸς πλοῦτον, μὴ μέγα νομίζειν εἶναι τὴν φαντασίαν τὴν ἀνθρωπίνην, ἀλλὰ σκιάς [375] ἀδρανεστέραν, καὶ φύλλων εὐτελεστέραν, [καὶ] ὄνειράτων ἀπαθλοτέραν. Εἰσελθὼν τοίνυν, βαρβάρους ἐκάλεσε, καὶ βαρβάρους οὐκ ἀπλῶς βαρβάρους, ἀλλὰ καὶ μάγους, τὸ ἐπιτεταμένον τῆς ἀσεβείας εἶδος. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ τῆς οἰκουμένης ἅπαντα κακῶς διέκειτο, καὶ ἀσέβεια πανταχοῦ ἐκράτει, καὶ κνίσσα καὶ καπνός, καὶ οὔτε νόμος ἴσχυεν, οὔτε προφηταὶ διώρθωσαν, οὐ παραινέσεις ὠφέλισαν, οὐ θαύματα, οὐ κόλασις, οὐ τιμωρίαι, καὶ ἡ γῆ δὲ ἀνθρωπίνους αἵμασιν ἐμολύνετο, καὶ ἡ φύσις αὐτὴ ἠγνοεῖτο· *Ἔθυσαν γὰρ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θραυτέρας τοῖς δαιμονίοις*· θυσιαστήρια κατεσκάπτει, προφῆται ἀνηροῦντο, καὶ ὁ τῆς εὐσεβείας ναὸς ἐρείπειον ἐγένετο καὶ εἰδιῶλον καταγώγιον, καὶ ὁ δῆμος ὁ παραχθεις εἰς μέσον ὥστε παιδεῦσαι ἐτέρους, βλασφημίας ἄλλοις ὑπόθεσις ἐγένετο. *Τὸ γὰρ βρομά μου δι' ὑμᾶς βλασφημεῖται*, φησὶν, *ἐν τοῖς ἔθνεσι*· καὶ θυσίαι ἠλέγχοντο καὶ ἔορτα καὶ νεομηναὶ καὶ σάββατα, καὶ τὸ λοιπὸν τῆς λατρείας εἶδος ἐξεβέβλητο, ἀρετῆς ἀμελουμένης, καὶ φωνῆ ἀνωθεν τοῦ Θεοῦ κατηγοροῦντος, καὶ φωνῆ κάτωθεν τῶν προφητῶν ὀδυρομένων, καὶ φωνῆ πανταχόθεν, τῶν πραγμάτων κακῶς διαχειμένων, καὶ πολλῆ τῆς κακίας ἢ δυνάμει, καὶ πυκνὴ τις ἦν νεφέλη καὶ βαθεῖα νύξ, καὶ ἐν παρῶσι τὰ τῆς πονηρίας, καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς ἐκποδῶν, καὶ ὁ χειμῶν εἰς ὕψος ἤρατο, καὶ τὰ κύματα ἐπάλληλα, καὶ ναυάγια πυκνὰ καὶ συνεχῆ, καὶ πάντες ἦσαν ὑποβρύχιοι, καὶ οὐδὲ κυβερνήτου φωνὴ ἤκούετο, οὔτε ναυτῶν ἰσχυρὰ τέχνη, ἀλλ' ἐπεκράτει τὰ πονηρὰ πνεύματα, καὶ οὐδεμία σωτηρίας ἦν ἐλπίς, οὐδὲ παρακαλέσαι τις τὸν θεὸν ἐτόλμα· πῶς γὰρ, τῶν μὲν προφητῶν κατηγοροῦντων, τῶν δὲ ἀγγέλων τῶν καθ' ἕκαστον ἔθνος ἐπιτατούντων ἐγκαλυπτομένων; τὴν ἐγμιουργὸν τοῦ παντὸς ὁ καιρὸς ἐκάλει λοιπὸν, αὐτὸν τὸν πλάστην τὸν καὶ ἐξ ἀρχῆς τὸ γένος ἡμῶν ποιήσαντα. Ἐπει' οὖν χαλεπωτάτῃ ἡ νόσος, μέλιστα δὲ ἐξ ἀπονοίας καὶ ἀλαζονείας αὐτὴ ἐτέθη, καὶ ἡ ἀρχὴ καὶ τὰ μέσα καὶ τὰ τέλη τῶν πραγμάτων διεσφείρετο· ἤλατο ἐκ τῶν θρόνων τῶν πατρικῶν, καὶ εἰς τὴν γῆν ἤλθεν. Τὸ δὲ ἤλατο πάλιν ὅταν ἀκούσης, μὴ μετᾶσθαι τόπου νόμιζε, μὴ ἐρήμοισιν οὐρανῶν· καὶ γὰρ ἐν τῇ μέτρῃ ὡν τῇ παρ-Οὐενικῇ, μετὰ τοῦ Πατρὸς ἦν· τὸ δὲ πῶς μὴ ζῆτει μηδὲ εὐθύνας ἀπαίτει· ὅταν γὰρ ὁ Θεὸς ἐργάζηται, πίστεως χρεῖα μόνης καὶ συγκαταθέσεως καὶ ὁμολογίας. Ἐλθὼν τοίνυν καὶ ἰδὼν τὸν κάμνοντα ἐπὶ κλίνης κείμενον καὶ ἀπεγνωσμένον (κάμνοντα δὲ ὅταν εἴπω, τὸ γένος φημὶ τὸ ἀνθρώπινον, οὐκ ἐπὶ κλίνης τοιαύτης, ἀλλ' ἐπὶ κλίνης τῆς πονηρίας), ὑπὸ ἱατρῶν ἐγκαταλειμμένον, ὑπὸ παθῶν πολιορκούμενον, ὑπὸ τῆς νόσου κρατούμενον, πᾶν εἶδος ἀβῶναστῆματος εἰς τὴν ἀνθρωπίνην κατασχεῖψαν φύσιν, καὶ αὐτὸν ἐχυτοῦ λοιπὸν ἀπεγνωκότα τὸν ἀνθρώπον, καὶ τὸν δεδομένον ἱατρῶν τῶν ἑλκῶν κατήγορον γινόμενον πικρὸν, τὸν νόμον λέγω, καὶ αἰζῶντα τὰ ἐγκλήματα, καὶ μεῖζον· οἶκῃ ποιοῦντα ὑπεύθυνον τὸν ἀνθρώ-

πον, καὶ τῆς ἀρβύρας τὴν τυραννίδα, καὶ τῶν κακῶν τὴν ὑπερβολήν, οὐδένα ἕτερον ἐπιζητοῦντα, ἢ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἡμᾶς διαπλάσαντα· ὅρα ἐκ προοιμίων τί ποιεῖ τὴν φύσιν περιβάλλεται τὴν ἡμετέραν, τὴν ἡσθενηκυῖαν, τὴν ἡττηθεῖσαν, ὥστε μαχέσθαι καὶ ἀναπαλαῖσαι δι' αὐτῆς· καὶ ἐκ τῶν προτυλαίων εὐθὺς αὐτῶν καὶ τῶν προοιμίων πρόβριζον [376] ἀνασπᾶ τῆς ἀπονοίας τὴν φύσιν· καὶ γὰρ πάντων αἰτίων τῶν κακῶν τοῦτο γέγονε. Τὸν γοῦν διάβολον οὐκ ὄντα διάβολον, τοῦτο διάβολον εἶναι πεποίηκε· καὶ δείκνυσιν ὁ Παῦλος λέγων· *Μὴ νεφύριον, ἵνα μὴ τυφωθεῖς εἰς κρῖμα ἐμπέσῃ τοῦ διαδόλου*. Τοῦτο τὸν Ἀδὰμ ἐκ τοῦ παραδείσου ἐξέβαλεν· ἐπειδὴ γὰρ ἤκουσεν, Ἔσθεθε ὡς θεοί, τῇ ἐλπίδι ταύτῃ ἀπατηθεῖς, ἤφατο τοῦ δένδρου, καὶ τὸν νόμον ἐπάτησε, καὶ τὴν ἐντολὴν παρέβη. Διὰ τοι τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς κατάλληλον τῷ τραύματι τὸ φάρμακον κατεσκεύασεν. Ὡσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν σωματίων τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐστὶν ἰατρικὰ, καθάπερ καὶ ἰατρῶν παιδῆς φασί, καὶ τὸ κατεφυγμένον θερμαίνομεν, καὶ τὸ καταξηρανθὲν ὑγραίνομεν· οὕτω δὴ καὶ ὁ Θεὸς ἐπὶ τῶν παθῶν τῆς ψυχῆς ἐποίησεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπόνοια αὐτὴν ἐπῆρε καὶ φλεγμᾶναι παρεσκεύασε, φάρμακον ἐπέθηκε καταστῆλον αὐτῆς τὸ φύσημα καὶ καθαιροῦν τὸ σόδημα. Ποῖον δὲ φάρμακον; Τὸν θάνατον ἐπιτείχιζας αὐτῇ. Διὰ τοῦτο οὐχὶ ὀνητὸν τὸ σῶμα μόνον εἰργάσατο, ἀλλὰ καὶ σήπασθαι παρεσκεύασε καὶ φύρεσθαι, καὶ πηγᾶς· βρῦεν σκωλήκων, καὶ εἰς ἰχώρα καταλύειν καὶ δυσωδίας πληροῦσθαι, θεμέλια ταπεινοφροσύνης προαποτιθέμενος, καὶ οὐδέποτε οὐδὲ τὸν σφόδρα ἀπονενομημένον ἀφίει; μέγα φρονεῖν. Τί γὰρ δυσωδέστερον ἀνθρωπίνου σώματος; τί δὲ εὐτελέστερον τελευτήσαντος;

δ'. Ἀλλὰ μὴ στυγνάσῃς, ἀγαπητέ, ἀλλὰ κἀναυθία σκόπει τοῦ Θεοῦ τὴν κηδεμονίαν. Οὕτε γὰρ ὁ τελευτήσας αἰσθάνεται τῶν γινομένων, ἵνα ἀληθῆ, ὃ τα ζῶν ἐν ἄλλοτριῷ σώματι παιδεύεται φιλοσοφεῖν. Κἂν γὰρ μυριάκις τὴν ὄψιν ἀνασπάσῃ καὶ μέγα κομπᾶσῃ, εἰς τάφον ἀπελθῶν, καὶ δυσωδίας προσπιπούσης· αἰσθανόμενος, καὶ τῆς εὐτελείας ἡμῶν ἀναμνησθεῖς, καταστῆλλεται καὶ συμπίπτει, καὶ πρὸς αὐτὸν καταβαίνει τὸν ἄδην. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι τοῦτο διὰ τοῦτο γέγονεν, οὐκ ἀτιμάζοντος αὐτοῦ τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν, ἀλλὰ τὴν ἀπόνοια τῆς διανοίας· χαλινοῦντος, καὶ διατηροῦντος ἐν διηνεκεῖ ταπεινοφροσύνη τὸν ἄνθρωπον, ἐπειδὴ ἐξ ἀρχῆς αὐτῷ τὸ ἀμάρτημα ἐντεῦθεν γέγονεν· ἀκουσον τί φησὶν ὁ προφήτης Ἡσαΐας· *Ὅπως ἐξέπεσεν ἐξ οὐρανοῦ ὁ ἑωσφόρος ὁ πρῶτ' ἀνατέλλων*· οὐ περὶ ἑωσφόρου λέγων· οὐδὲ γὰρ ἐξέπεσε ποτε ὁ ἑωσφόρος, ἀλλ' ἐμπέπηγε θεμελιωθεὶς ἀπᾶς ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τὸν οἰκεῖον ὄρθρον διατηρεῖ. Τί οὖν ἐστὶν ὃ φησὶν ὁ προφήτης, *Ὅπως ἐξέπεσεν ἐξ οὐρανοῦ ὁ ἑωσφόρος ὁ πρῶτ' ἀνατέλλων*; Περὶ βαρβάρου τινὸς λέγει βασιλέως· ἑωσφόρον δὲ αὐτὸν καλεῖ διὰ τὴν περιφάνειαν, διὰ τὸ διάδημα, διὰ τὴν πορφυρίδα, διὰ τὴν λαμπρότητα τῶν δορυφορῶν, διὰ τὴν αἰγλήν τὴν ἀπὸ τῶν ὀπλίων, διὰ τὸν λάμποντα χρυσόν, διὰ τὰ ὄματα τὰ ἠκονημένα καὶ ἀποστῆλθοντα, διὰ τὴν ὀπλῆν ἅπασαν φαντασίαν, διὰ τὸ ἀγειν ἅπαντα καὶ φέρειν. Ὅτι γὰρ οὐ περὶ ἑωσφόρου φησὶν, ἀλλὰ μεταφορικῶς κέχρηται τῷ ὀνόματι εἰπὼν, *Ὅπως ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ ἑωσφόρος ὁ πρῶτ' ἀνατέλλων*; προῖον λέγει, *Σὺ δὲ εἶπας ἐν τῇ καρδίᾳ σου, Εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναθήσομαι, ἐπάνω τῶν ἀστρῶν τοῦ οὐρανοῦ θήσω τὰ ὄρατά μου, καὶ ἔσο-*

μαι ὅμοιος τῷ Ὑψίστῳ. Ὅτι δὲ ἀστήρ οὐτε διάνοιαν ἔχει οὐτε νοῦν οὐτε βήματα, παντὶ που δηλόν ἐστίν· ἀλλὰ περὶ βασιλέως λέγει βλασφημίου τινὸς καὶ ἀλαζόνος καὶ μεγαληγόρου, καὶ τοιαῦτα κομπάζοντος. Τίς δὲ ὁ βασιλεὺς; Δυνατὸν καὶ ἡμῖν εἰπεῖν, ἀλλ' ἵνα [377] μὴ πάντα παρ' ἡμῶν μανθάνητε, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ φροντίζοντες καὶ ἀγρυπνοῦντες ἐρευνᾶτε τῆς θείας Γραφῆς τοὺς θησαυροὺς, ἐπέλθετε τὸ χωρίον τοῦ προφήτου, καὶ εἰσεσθε, τίς τε ὁ βασιλεὺς, καὶ ποῖον εἶνους, καὶ πότε γενόμενος· *Δίδου γὰρ, φησὶ, σοφῶ ἀφορμῆν, καὶ σοφώτερος ἔσται*. Ἐπειδὴ τοίνυν οὗτος ὁ βασιλεὺς λαμπρὸς ὢν καὶ περιφανῆς, καὶ πολλὴν ἔχων πλοῦτου περιουσίαν, καὶ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἐπελθῶν, καὶ τὴν βασιλείαν ἐκτείνας τὴν ἑαυτοῦ, ἀθρόον ἀνηρπάσθη καὶ ἀπέθανεν· εἰδὼς τῶν ἀνθρώπων τὴν μεταβολὴν ὁ προφήτης, *Ὅπως ἐξέπεσεν*, εἶπεν, *ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ ἑωσφόρος ὁ πρῶτ' ἀνατέλλων*. ὁ τελὸν βασιλεῖς, ὁ θεὸς τῶν οἰκουμένην ὅλην ἐρημον; καὶ πρὸς αὐτὸν ἀποτεινόμενος καὶ κωμωδῶν αὐτὸν, φησὶ· *Σὺ δὲ εἶπας, Εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναθήσομαι, ἐπάνω τῶν ἀστρῶν τοῦ οὐρανοῦ θήσομαι τὰ ὄρατά μου, καὶ ἔσομαι ὅμοιος τῷ Ὑψίστῳ*, τῶν δὲ εἰς ἄδην κατεβίβησεν, ὑποκάτω σου στρώσουσι σῆψιν· καὶ τὸ κάλυμμα σου σκώληξ. Ὁρᾶς πῶς, ὅπερ ἔφη, διὰ τοῦτο τοιαύτην λῆξιν ἔχειν ἡμῶν τὸ σῶμα παρεσκεύασεν, ἵνα φάρμακον ἀπονοίας ᾦ; Ἰδὼν γοῦν αὐτὸν ἀπονενομημένον, ἀπὸ τῶν μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτὸν παιδεύει, τῶν σκωλήκων ἀναμιμνήσκων, τῆς δυσωδίας, τοῦ ἰχώρος, ἵνα ἐκείνο λογισάμενος, καθυψῆ τῆς ἀπονοίας, μὴ τὰ παρόντα σκοπῶν καὶ φυσώμενος, ἀλλ' εἰς οἶον ἀπαντήσεται τέλος, οἷαν δέξεται μεταβολὴν. Διὰ δὲ τοῦτο παθητὸν τὸ σῶμα ἐλάχομεν, καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν οὕτω δυσωδῶδες. Εἰ γὰρ, τῆς φύσεως; τοιαύτης οὕσης, πολλοὶ τῶν ἀνοήτων εἰς τοῦτο ἀπονοίας ἐξώκειλαν, ὡς ἰσοθεῖαν φαντάζεσθαι καὶ τὸν οὐρανὸν σκοπεῖν· εἰ μὴ τούτῳ κατείχοντο τῷ χαλινῷ, ποῦ οὐκ ἂν ἐξεβράχυσεν παρανομίας; Οὐχ οὕτος δὲ μόνον βασιλεὺς, ἀλλὰ καὶ ἕτερος εὐρίσκεται τοῦτο αὐτὸ φανταζόμενος· ὃν γοῦν ὁ Ἰεζεκιὴλ κωμωδῶν ἔλεγε προφήτης ἕτερος· *Σὺ δὲ εἶπας, Θεὸς εἰμι καὶ οὐκ ἄνθρωπος, κατοικῶν ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς· μὴ ἐν τῇ χειρὶ τῶν ἀποκτενοῦντων σε ἐρεῖς, ὅτι Θεὸς εἰμι καὶ οὐκ ἄνθρωπος*; Ὁρᾶς ὅτι καὶ οὗτος ἠνίκατο, ὅτι ὁ θάνατος διὰ τοῦτο ἐπεστήθην, ἵνα τὴν ἀπόνοιαν καταστῆλῃ, ἵνα τὴν πονηρὴν ἐκείνην ἐνοῖαν, ἣν ἐξ ἀρχῆς ἐνέσπειρε τῷ πρωτοπλάστῳ ὁ διάβολος, πρόβριζον ἀνασπάσῃ; Καὶ γὰρ εἰδωλολατρεία ἐντεῦθεν γέγονεν, ὁ κολοφῶν τῶν κακῶν τῶν ἀνθρώπων, τῶν πολλῶν * εἰς ἀπόνοιαν αἰρομένων καὶ ἰσοθεῖας ἐπιθυμούντων. Ἄπαντες γοῦν οἱ παρὰ τοῖς Ἑλλήσι θεοὶ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἀνεπλάσθησαν ἄπερ ἵνα μὴ γένηται τὴν θάνατον ἐπετείχισεν ὁ Θεός, ἐλέγχων τὴν ἀσθέειαν τῆς φύσεως. Διὰ δὲ τοῦτο ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τὴν ἀπόνοιαν καταστῆλῶν, τοιαῦτα τῆς εἰσόδου τὰ προοίμια κατεσκεύασε παθεῖν, καὶ καλύθην καὶ πενίαν καὶ μητέρα πτωχῆν, διὰ τῶν ἔργων πείθων ἅπαντας καταπατεῖν τὸν ἀνθρώπινον τύπον· καὶ παραγεγόμενος, πρῶτον βαρβάρους καλεῖ. Τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί; Ἐπειδὴ κακῶς τὸ τῶν ἀνθρώπων διέκειτο γένος (πάλιν γὰρ τὸν αὐτὸν ἀναλήψομαι λόγον), καὶ πάντες ἀπεγνωκίσαν τῆς σωτηρίας, τὴν ἀκρόπολιν τοῦ διαδόλου καὶ τὰ ἰσχυρότατα αὐτοῦ ὄπλα μετατίθησι πρῶτα, ἵνα τῶν

* Rectius leges τῶν κακῶν τῶν ἀνθρώπων, πολλῶν.

sisse, ipsumque hominem de se desperantem, medicum vero, qui datus ipsi fuerat ad ulcera curanda, accu-atoem malum, legem dico, effectum esse crimina augentem, et hominem majori pœnæ obnoxium facientem, et morbi tyrannidem malorumque exsuperantiam considerasset; que neminem alium postularent, quam eum qui nos ab initio condiderat: vide quid faciat: natura nostra induitur infirmata et deviata, ut per illam pugnaret et certaret, atque ab ipso limine et exordio arrogantiae naturam radicibus evellit, quæ malorum omnium causa fuerat: nam hæc diabolum, cum diabolus non esset, diabolum effecit, ut declarat Paulus dicens: *Non neophytum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli* (1. Tim. 3. 6). Hoc Adamum ex paradiso eiecit: quia enim audivit, *Eritis sicut dii* (Gen. 3. 5); hac spe deceptus, arbori manum admovit, legem calcavit, et præceptum transgressus est. Ideo etiam Deus congruentem vulneri apparavit medicinam. Sicut enim in corporibus contraria contrariis medelam afferunt, ut aiunt medici, et quod frigidius est calore fovemus, quodque exsiccatum humido temperamus: sic etiam Deus in animæ passionibus fecit. Quia enim arrogantia ipsam efferebat et inflabat, pharmacum apposuit quod flatum contraheret et tumorem auferret. Quod vero pharmacum? Mortem quasi murum ipsi opponens. Ideo non tantum mortale fecit corpus, sed etiam ut corrumpeteretur effecit, ut misceretur, ut vermium fontes emitteret, atque in sanie dissolveretur, foetoreque impleteretur; humilitatis fundamenta ponens nec unquam vel admodum arrogantem sinens altum de se sapere. Quid enim foetidius humano cadavere? quid vilius mortuo?

4. Sed ne agrè feras, dilecte; verum hic quoque Dei providentiam perpende. Neque enim is qui mortuus est in horum sensum venit: qui autem vivit in alieno corpore, philosophari discit. Quantumvis enim supercilium attollat ac sese efferat, ad sepulcrum, veniens et foetorem sentiens, concidit, atque ad ipsum infernum descendit. Et ut discas hoc ideo ita factum esse, ipso naturam nostram non despiciente, sed animi arrogantiam frenante, hominemque in perpetua humilitate detinente, quoniam ab initio inde peccatum venerat: audi quid dicat Isaias propheta: *Quomodo cecidit de cælo lucifer, qui mane oriebatur* (Isai. 14. 12)? non de lucifero loquens; nunquam enim lucifer recidit; sed in cælo fundatus infixusque est, suumque servat cursum. Quid ergo sibi vult propheta, cum dicit: *Quomodo cecidit de cælo lucifer, qui mane oriebatur*? De rege quodam barbaro loquitur; luciferum autem vocat illum ob splendorem, ob diadema, ob purpuram, ob satellitum fulgorem, ob arma nitentia et aurum splendescens, ob lanceas acutas et fulgorem emittentes et ob omnem alium fastum, quodque cuncta diripiat et populetur. Quod enim non de lucifero loquatur, sed metaphoricè loquatur, hoc palam est, cum enim dixisset, *Quomodo cecidit de cælo lucifer, qui mane orie-*

batur, sic pergit: Tu autem dixisti in corde tuo, In cælum ascendam, supra stellas cæli ponam thronum meum, et similis ero Altissimo (Isai. v. 13). Quod autem stella nec cogitationem nec mentem habeat, neque verba proferat, nemini non notum est: sed de rege ait quodam blasphemus, arrogantia et jactantia pleno, qui cum fastu loquitur. Quis autem ille rex est? Hoc possumus dicere: verum ut non omnia a nobis discatis, sed vos ipsi etiam meditates et vigilantes divinæ Scripturæ thesauros scrutemini, locum prophetae adite, et sciatis quis sit rex, cuius populi, et quandonam fuerit: nam ait ille, *Da sapienti occasionem, et sapientior erit* (Prov. 9. 9). Cum igitur hic rex; qui splendidus fuerat et illustris et immensis instructus divitiis, et orbem totum invaserat, et regnum extenderat suum, repente raptus mortuusque esset, quod scivit propheta rerum humanarum volubilitatem, dixit, *Quomodo cecidit de cælo Lucifer, qui mane oriebatur*? qui reges concutit, qui totum orbem desertum reddit? illumque alloquens et traducens, ait: *Tu autem dixisti, In cælum ascendam, supra stellas cæli ponam thronum meum, et similis ero Altissimo. Nunquam autem in infernum descendes, sub te sternent putredinem, et operimentum tuum vermis. Viden' quomodo, ut dixi, ideo talem sortem corpus nostrum habere constituit, ut arrogantiae pharmacum esset? Videns igitur illum arrogantia plenum, ab iis quæ post mortem accidunt illum erudit, vermes memorans, foetorem, sanie; ut hæc cogitans arrogantiam demittat, non præsentia considerans et inflatus, sed perpendens qui sibi finis instet, quam suscepturus sit mutationem. Ideoque passibile corpus sortiti sumus, et post mortem ita foetidum. Si enim, cum talis sit natura, insensati multi in tantam arrogantiam devenerant, ut se Deo æquales imaginarentur, et ad cælum scopum intenderent; nisi hoc retinerentur freno, quoniam iniquitatis non erumperent? Neque hic tantum rex, sed et alius invenitur idipsum sibi fingens, quem alius propheta Ezechiel sic traducit: *Tu autem dixisti, Deus sum, non homo, habitans in corde terræ: an in manu te confodientium dices, Deus sum, non homo* (Ezech. 28. 2)? Viden' quomodo hic etiam subindicavit, mortem ideo ingressam esse, ut arrogantiam comprimeret ut malam illam cogitationem, quam ab initio in primo parente inseruit diabolus, radicibus evelleret? Etenim idololatria quoque hinc ortum habuit, quæ humanorum malorum colophon est, quod multi in arrogantiam elati, æqualitatem cum Deo concupierint. Omnes enim qui apud Græcos dii sunt, ab hominibus conficti fuere: quod ne eveniret, mortem opposuit Deus, quæ infirmitatem naturæ comprobant. Ideo unigenitus Filius Dei, arrogantiam deprimens talia ingressus proemia apparavit ut pateretur iugurium, paupertatem, matrem inopem: per opera omnibus suadens ut calcarent humanum fastum: et cum advenisset, primo barbaros vocat. Cur et qua de causa? Quia male affectum erat humanum genus (rursus enim eumdem resumam sermonem), et omnes de salute desperabant. Primo diaboli acropolim et sortissima ejus arma trans-*

fert, ut aliorum nemo desperaret. Alioquin etiam ut Judæi pudore afficiantur, id fit, quod ipsi accedere dubitarent; hi vero longam peregrinationem susceperant, ut illum viderent et adorarent: et circumcinctes dicunt, *Ubi est qui natus est Rex Judæorum (Matth. 2. 2)?*

5. *Cur Christus primo a magis barbaris annuntietur. Stella quæ magis apparuit, quid esset. Cur Paulus Timotheum circumciderit.* — O res mirabiles et inexpectatæ! per barbaram vocem primam unigenitus Filius Dei in Judæa prædicatur, ubi prophætæ, patriarchæ, et justi et lex, arca, testamentum, templum, sacrificium, cultus: et illi quidem qui in his innutriti erant, a barbaris edocti erudiuntur: qui vero nullum eorum vel cogitarunt quidem, doctores hæc meditantium efficiantur. Ideo traducens illos propheta David dicebat: *Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania (Psal. 2. 1)?* Quomodo enim vana mente hæc tractaverunt, qui eum, qui a prophetis annuntiatum erat, non receperunt? At ita non magi; sed illi, relicta patria et domo et amicis et cognatis, ac longa suscepta peregrinatione, in pericula se coniecerunt. Nam in regiam urbem venientes interrogabant ubi rex natus esset; non regis tunc regnantis iram, non plebis insultum suspicantes, non urbis insidias. Quia enim prædicationem susceperant, et philosophi et martyres viventes statim fiunt, mortem non timentes, pericula despicientes, præsentem vitam spernentes, cum fiducia prædicantes ea quæ didicerant, in media urbe, in medio populo natum annuntiantes. Ideo namque stella occultatur, ut ductore non comparente, a Judæis ediscere cogentur; imo potius discendo docerent illos: locum enim solum quæerunt; quod autem natus esset, prius didicerant. Sed vide Dei sapientiam, quomodo illos vocaverit. Non prophetam misit, non enim admisissent; non apostolum, non enim attendissent; non scripturas, non enim sciebant: sed a rebus ipsis familiaribus, in quibus innutriti erant, illos ab errore abducit. Quia enim magi erant, et circa stellas ars ipsorum versabatur, stella apparet, ipsos a finibus suis abstrahens; stella non una ex iis quas videmus, sed divina quadam et invisibilis virtus in stellæ speciem transformata: trahit autem illos stella, ut abducat illos deinceps a stellarum speculatione, et astrologiæ tyrannidem solvat. Sic et Paulus fecit, Dominum suum imitans; nam ait, *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi (1. Cor. 4. 6)*. Sicut enim Dominus ejus magos vocans, stellæ speciem misit, ut rem consuetam agnoscentes, facile obsequerentur, et venientes stellarum Dominum viderent, et relicta illa servitute, se huic dominio subderent: sic et ille circumcisionem sublaturus, cum circumcisione Timotheum misit. Quia enim Judæi illum excepturi erant, ipse vero filius erat Judææ fidelis, patris autem gentilis, ideoque præputiatus, circumcidit eum, piscatorum more agens: hi enim quoque hamum nudum non injiciunt in mare sed carne ipsam circumdant. Sit ergo mare Synagoga, Judæi vero piscès, hamus Timotheus, circumcisio caro hamum circum-

dans, piscator autem Paulus: hamum ergo jactat in mare, sed non nudum; Timotheum, cum circumcissione, et non præputiatum. Si enim præputiatum misisset, pisces aufugissent, hamum videntes nudum: ideo illum munit circumcissione, ut rem consuetam videntes, accederent ad prædam, et ne ille accedentes præ metu fugaret; sed per circumcisionem illi attraherentur, et doctrinæ verbo retinerentur: ut etiam factum est. Ingressus enim et circumcisus, circumcisionem solvit. Ili sunt enim œconomix modi: primo illa sese attemperat, et tunc trahit. Sic et Christus fecit barbaros vocans. Nam ut homines vocans hominem induit et secundum speciem et secundum naturam: sic magos vocans, invisibilem virtutem in stellæ speciem mutavit. Quod enim non stella esset ex aliarum stellarum numero, ex cursu disco. Non enim ab oriente ad occidentem currebat, sed ab septentrione ad meridiem; ita enim Palæstina erga Persidem sita est: et apparet illa non noctu, sed interdiu, quod stella non facit: ideoque et apparet et occultatur, quod etiam stellæ non fuerit: absconditur cum Jerosolymam se contulerunt, et apparet postquam a rege discesserant. Unde palam est intelligentem fuisse virtutem, quæ ad jussa complenda omnia observaret. Neque vero inde solum id palam est; sed etiam quod, cum duxisset ad præsepe, non ex alto ostenditur eis, sed infra descendens steterit, ubi erat puer, supra ejus caput, ut ita dicam: si enim stella fuisset, non locum tam angustum et circumscriptum ostendisset. Scitis enim probe quod ob nimiam altitudinem ne urbis quidem locum assignare stella possit, neque clare potest ad perpendicularum dirigi, tam alte posita. Illa vero parvum locum et præsepe monstravit, prope caput posita; et cum ostendisset, statim abscessit: id quod stellæ non erat.

6. Quod si magi dicant, *Vidimus stellam ejus (Matth. 2. 2)*, ex arte sua loquentes id dicunt, postea tamen illuc deducti, ab errore liberati sunt. Quod enim statim atque stellam viderunt ab errore liberati sint, palam est ex eo quod adoraverint puerum: si enim vulgarem aliquam stellam esse putavissent, non adorassent. Quid enim sperabant a puerulo extranei, adventæ et barbari? unde scire poterant ipsum esse victurum, et donorum vicem relaturum, cum tanto spatio distarent? quomodo periculum præsens non præcaverint? quomodo non cogitaverint periculum esse ne ipse ex hac vita abriperetur, neve is qui regnabat illum occideret? quod tandem regis signum videbant? quæ atria? quos satellites? quos scutatos? quem famulatum? quos clypeos aureos? quas anlas? quem eunuchorum gregem? Nihil horum, sed contraria omnia, præsepe, tugurium, diversorium, matrem inopem, paupertatem magnam, paanos. Cuiam igitur offerebant aurum, thus et myrrham? annon manifestum est ipsos jam fidei alis instructos fuisse? Et multa est donorum excellentia, quæ prædicationis etiam speciem referat. Non enim rejicienda illa opinio est, quæ per vulgum spargitur, quod per thus Deum confiterentur, per aurum regem, et patientem

ἄλλων μηδεὶς ἀπογιώσκη. Ἄλλως δὲ καὶ εἰς αἰσχύνην Ἰουδαίων τοῦτο γίνεται, ὅτι ἐκεῖνοι μὲν ἐστασιαζόν [εἰδισταζόν] προσελθόν, οὗτοι δὲ καὶ μακρὰν ἀποδημίαν ἐσταίλαντο, ὥστε αὐτὸν ἰδεῖν καὶ προσκυνῆσαι, καὶ [378] περιούντες λέγουσι· *Ποῦ ἔστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων;*

ε'. Ὁ θαυμαστῶν καὶ παραδόξων πραγμάτων· παρὰ βαρβαρικῆς πρώτης φωνῆς ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐν Ἰουδαίᾳ κηρύττεται, ἐνθα προφήται καὶ πατριάρχαι καὶ δίκαιοι καὶ νόμοι καὶ κίωτός καὶ διαθήκη καὶ ναὸς καὶ θυσία καὶ λατρεία· καὶ οἱ μὲν τοῦτους ἐντραφέντες οὐδὲ παρὰ βαρβάρων μαθόντες παιδεύονται· οἱ δὲ μηδενὸς μηδέποτε τοιοῦτου ἀκούσαντες διδάσκαλοι τῶν ταῦτα μελετήσαντων γίνονται. Διὰ δὲ τοῦτο κωμωδῶν αὐτοὺς ὁ προφήτης Δαυὶδ ἔλεγεν· *Ἰσραὴ ἤφρυσαν ἔσθη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά;* Πῶς γὰρ οὐ κενὰ ἐμελέτησαν μὴ δεξάμενοι τὸν προφητευθέντα; Ἄλλ' οὐχ οἱ μάγοι, ἀλλὰ πατριὰ καταλιπόντες καὶ οἰκίαν καὶ φίλους καὶ συγγενεῖς, καὶ μακρὰν ἀποδημίαν ἐσταίλαντο, καὶ εἰς κίνδυνον ἑαυτοὺς ἔρριψαν. Εἰς γὰρ βασιλευμένην πόλιν ἰλθόντες ἑρώτων, ποῦ ὁ βασιλεὺς ἐτέχθη; οὐ τοῦ βασιλεύοντος τότε τὸν θυμὸν ὑπειδόμενοι, οὐ τοῦ δῆμου τὴν ἐπανάστασιν, οὐ τῆς πόλεως τὰς ἐπιβουλὰς. Ἐπειδὴ γὰρ ἐδέξαντο τὸ κήρυγμα, καὶ φιλόσοφοι καὶ μάρτυρες ζῶντες ἀθρόον γίνονται, κατατολμῶντες θανάτου, καταφρονούντες κινδύνων, ὑπερορώντες τῆς παρουσίας ζωῆς, ἐν παρῆσι ἀνακηρύττοντες ὅπερ ἔμαθον, ἐν μέσῳ δῆμῳ καὶ μέσῃ πόλει τὸν τεχθέντα ἀναγορεύοντες. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ ἀστὴρ κρύπτεται, ἵνα ἀπολέσαντες τὸν χειραγωγοῦντα ἀναγκασθῶσι παρὰ Ἰουδαίων μανθάνειν, μᾶλλον δὲ ἐν τῷ μανθάνειν διδάσκειν ἐκείνους· τὸν γὰρ τόπον ζητοῦσι μόνον, ὅτι δὲ ἐτέχθη, προλαβόντες ἤδεσαν. Ἄλλ' ὄρα Θεοῦ σοφίαν, πῶς αὐτοὺς ἐκάλεσεν. Οὐ προφήτην ἐπεμφεν, οὐ γὰρ ἂν ἠνέσχοντο· οὐκ ἀπόστολον, οὐ γὰρ προσεῖχον· οὐ γραφεῖς, οὐ γὰρ ἤδεσαν· ἀλλ' ἀπὸ τῶν οἰκείων καὶ συντρόφων πραγμάτων ἀνιμάται τῆς πλάνης αὐτοῦς. Ἐπειδὴ γὰρ μάγοι ἦσαν, καὶ περὶ ἀστέρας αὐτοῖς ἡ τέχνη, ἀστὴρ αὐτοῖς φαίνεται, ἔλκων αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ὑπερζαρίας, ἀστὴρ οὐχ εἰς τῶν ὀρωμένων, ἀλλὰ θεία τις καὶ ἀόρατος δύναμις εἰς ὕψιν ἀστέρας σχηματισθεῖσα· ἔλκει δὲ αὐτοὺς ἀστὴρ, ἵνα ἀπαλλάξῃ τοῦ περὶ ἀστέρας λοιπὸν ἠσυχοληθῆαι, καὶ τὴν τῆς ἀστερονομίας καταλύση τυραννίδα. Οὕτω καὶ ὁ Παῦλος ἐποίησε, τὸν Δεσπότην τὸν ἑαυτοῦ μιμούμενος· *Μιμηταὶ γὰρ μου γίνεσθε*, φησὶ, *καθὼς καὶ γὰρ Χριστοῦ.* Καθάπερ γὰρ ὁ Δεσπότης αὐτοῦ μάγους καλῶν ἀστέρας ἐπεμφεν ὕψιν, ἵνα τὸ σύνθημα ἐπιγνόντες εὐκόλως ὑπακούσῃσι, καὶ ἔλθοιεν τὸν τῶν ἀστέρων Ἰδωσι Δεσπότην, καὶ τῆς δουλείας ἀπαλλάγντες ἐκείνης· ταύτη προσελθῶσι τῇ δεσποτείᾳ· οὕτω δὲ καὶ αὐτὸς μέλλων περιτομὴν καθαιρεῖν, μετὰ περιτομῆς ἐπεμφε τὸν Τιμόθεον. Ἐπειδὴ γὰρ Ἰουδαῖοι ἦσαν οἱ μέλλοντες αὐτὸν δεχέσθαι, αὐτὸς δὲ ἦν γυναικῆς Ἰουδαίας πιστῆς υἱὸς, πατὴρ δὲ Ἕλληνας, καὶ διὰ τοῦτο ἀκρόβυστος, περιέθηκε τὴν περιτομὴν, τὰ τῶν ἀλιέων ἐργαζόμενος· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τὸ ἀγκίστρον γυμνὸν οὐκ ἀφίσταν εἰς τὸ πέλαγος, ἀλλὰ κρέας αὐτῷ περιτιθέντες. Ἔστω τοίνυν ἡ συναγωγὴ πέλαγος, οἱ δὲ Ἰουδαῖοι ἰχθύες, τὸ δὲ ἀγκίστρον ὁ Τιμόθεος, ἡ δὲ περιτομὴ τὸ κρέας τὸ τῷ ἀγκίστρῳ περιτιθέμενον, ὁ δὲ ἀλιεὺς ὁ Παῦλος· ῥίπτει τοίνυν τὸ ἀγκίστρον εἰς τὴν θάλατταν, [379] ἀλλ' οὐ γυμνὸν, τὸν Τιμόθεον, μετὰ περιτομῆς, ἀλλ'

οὐκ ἀκρόβυστον· εἰ γὰρ ἀκρόβυστον ἐπέμφεν, ἔφυγον ἂν οἱ ἰχθύες, γυμνὸν τὸ ἀγκίστρον θεασάμενοι· διὰ τοῦτο αὐτὸ περιστέλλει τῇ περιτομῇ, ἵνα τὸ σύνθημα ἐπιγνόντες, δραμόντων ἐπὶ τὴν θήραν, καὶ μὴ σοφίᾳ τὴν ἄγρην δραμόντων ἐπὶ τὴν θήραν· ὅπως ἔλκυσθῶσι μὲν διὰ περιτομῆς, κατασχεθῶσι δὲ τῷ λόγῳ τῆς διδασκαλίας· ὁ δὲ καὶ γέγονεν. Εἰσελθὼν γὰρ καὶ περιτομὴν ἔχων, κατέλυσε τὴν περιτομὴν. Τοιαῦτα γὰρ τὰ τῆς οικονομίας· συγκαταβαίνει πρότερον, καὶ τότε ἀναστῆ. Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησε βαρβάρους καλῶν. Ὄπερ γὰρ ἀνθρώπους καλῶν, ἀνθρώπων [ἀνθρώπων?] περιέθηκεν ἑαυτῷ καὶ ἕψιν καὶ φύσιν· οὕτω καὶ μάγους καλῶν, τὴν ἀόρατον δύναμιν εἰς ἀστέρας ὕψιν ἐσημάτισεν. Ὅτι γὰρ οὐκ ἀστὴρ ἦν εἰς τῶν πολλῶν ὁ ἀστὴρ ἐκεῖνος, ἀπὸ τοῦ δρόμου μάνθανε. Οὐ γὰρ ἀπὸ ἀνατολῆς εἰς δύσιν ἔτρεχεν, ἀλλ' ἀπὸ ἀρκτου εἰς νότον· οὕτω γὰρ ἡ Παλαιστίνη πρὸς τὴν Περσίδα κεῖται· καὶ φαίνεται οὐκ ἐν νυκτὶ, ἀλλ' ἐν ἡμέρᾳ, ὅπερ οὐκ ἐστὶν ἀστέρας· διὰ τοῦτο καὶ φαίνεται καὶ κρύπτεται, ὅπερ οὐδὲ αὐτὸ ἀστέρας· καὶ κρύπτεται, ὅτε ἐπέθηκεν Ἱεροσολύμων, καὶ φαίνεται ὅτε ἀπηλλάγησαν τοῦ βασιλείως. Ὅθεν δῆλον ὅτι λογικὴ τις ἦν δύναμις πρὸς τὸ ἐπιταχθῆν πάντα οικονομῶσα. Οὐκ ἐντεῦθεν δὲ μόνον τοῦτο δῆλον, ἀλλ' ὅτι καὶ χειραγωγῆσας πρὸς τὴν φάτιν, οὐκ ἀνοθεν αὐτοῖς δείκνυται, ἀλλὰ κάτω κατελθὼν ἔσθη, οὐ ἦν τὸ παιδίον, ἐπάνω ὑπὲρ αὐτῆς ὡς εἰπεῖν τῆς κεφαλῆς· εἰ γὰρ ἀστὴρ ἦν, οὐκ ἂν τοιοῦτον ἔδειξε τόπον, στενὸν καὶ περιωρισμένον. Ἰστε γὰρ δῆπου σαφῶς, ὅτι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ ὕψους οὐδὲ πόλεως τόπον χαρακτηρῆσαι δύναται· ἂν ἀστὴρ, οὐδὲ εὐσημῶς ἐστὶν αὐτοῦ ἡ εὐθεῖα ἡ κατὰ κάθετον ἀφιεμένη διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν ὕψοματων. Ἐκεῖνος δὲ καὶ μικρὸν χωρίον καὶ φάτιν ἔδεικνυ, πλησίον τῆς κεφαλῆς γενόμενος, καὶ δείξα· εὐθέως ἀπετίθησεν· ὅπερ οὐκ ἦν ἀστέρας.

ζ'. Εἰ δὲ οἱ μάγοι λέγουσι, *Ἰδόμεν αὐτοῦ τὸν ἀστέρα*, ἀπὸ τῆς οικείας τέχνης τῶς φεγγόμενοι, ὕστερον μέντοι χειραγωγηθέντες ἀπηλλάγησαν. Ὅτι γὰρ ὁμοῦ τε εἶδον τὸν ἀστέρα καὶ τῆς πλάνης ἀπηλλάγησαν, ἀφ' οὗ προσκυνοῦσι δῆλον· εἰ γὰρ ἕνα τῶν πολλῶν ἐνόμιζον, οὐκ ἂν προσεκύνησαν. Τί γὰρ προσεδόκων παρὰ παιδίον καὶ ξένον καὶ ἐπὶ λυδῆς καὶ βάρβαροι; πόθεν δὲ ἤδεσαν ὅτι βίωσι καὶ ἀποδώσει τὰς ἀμοιβὰς αὐτοῖς ἐκ τισούτου δικαστήματος οὕσι; πῶς δὲ τὸν παρόντα κίνδυνον οὐ προσέλιπον [προσείδοντο?]; πῶς δὲ οὐκ ἐνενόησαν ὅτι καὶ προσεαρπασθῆναι εἰκὸς τῆς παρουσίας ζωῆς, τοῦ τότε βασιλευμένου αὐτοῦ ἀνιρρῶντος; τί δὲ καὶ βασιλείας σύμβολον εἶδον; ποῖα προπύλαια; ποῖους δορυφόρους; ποῖους ὑπασιπτεῖς; ποῖαν θεραπεῖαν; ποῖας ἀσπίδας χρυσᾶς; ποῖα ὄχηματα; ποῖον ὄρυον; ποῖας αὐλὰς; ποῖων ἐνούσων ἀγέλην; Οὐδὲν τοῦτων, ἀλλὰ τὰναντία ἅπαντα, φάτιν καὶ καλύβην καὶ κατάλυμα καὶ μητέρα πτωχῶν καὶ πενίαν ἐπιτεταμένην καὶ σπάργαν. Τίμι τοίνυν προσέφερον τὸν χρυσὸν καὶ τὸν λίθον καὶ τὴν σμύρναν; οὐκ εὐδόηλον ὅτι τῇ πίστει ἤδη ἦσαν ἐπετρωμένοι; Καὶ πολλὴ ἡ διαφορά τῶν ἄρων, [καὶ] κηρύγματος ἐπέχουσα τάξιν. Οὐ γὰρ ἀπέδλητος ὁ λόγος, εἰ καὶ παρὰ πολλῶν εἴρηται, ὅτι ὁ καὶ Θεὸς ὠμολόγουν διὰ [381] τοῦ λιθάνου, καὶ βασιλέα διὰ τοῦ χρυσοῦ, καὶ τὸν πάσχοντα διὰ τῆς σμύρνης τὸν τάφον ἐνδεικνύμενοι· οὕτω γοῦν καὶ ἐτάφη· καὶ ταῦτα δι' ὧν ἐποιοῦν οὗτοι προανεφύονον. Οὐ τοίνυν ἀστερονομίας ἰσχύς ἦν τὸ γινόμενον, ἀλλ' οἰκονομίας Θεοῦ· οὐ γὰρ ἂ

ἀρετὴν ἑλθὼν διδάξαι ἐποίει ἀστρονομίαν ἐπιστάμενος, ἀλλὰ καὶ σφόδρα αὐτὴν καταλύει ἐν τῷ θέλειν καὶ τῷ μὴ θέλειν πάντα ὀριζόμενος εἶναι καὶ τὰ καλὰ καὶ τὰ μὴ καλὰ. Διὰ τοῦτο καὶ γέενναν ἠπειλήσας, καὶ βασιλείαν ἠτοίμασε· οὐκ ἂν δὲ τοῖς ἀνάγκη δεδεμένοις οὕτως στεφάνους ἠτύρησαν, οὕτως κόλασιν ἠπειλήσας· τῶν γὰρ ἐν τῇ γνώμῃ γινομένων ταῦτα ἐκάτερα· οὐκ ἂν νόμους ἔθηκεν, οὐκ ἂν παραινέσεις παρήγγασεν, οὐκ ἂν τσαυτὰ εἰργάσατο, εἰ ἀνάγκη τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος δεδεμένον ἦν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐλεύθεροι καὶ προαιρέτως ἔσμεν κύριοι, ἀπὸ βρυθμίας γινόμενοι φαῦλοι, ἀπὸ τῆς σπουδῆς χρηστοὶ καὶ ἐπεισιεῖς, τὰ σωτήρια φάρμακα καὶ πρὸς τοῦτο ἄγοντα ἤλθε κατασκευάζων, τῷ φόβῳ τῆς γέννησις καὶ τῇ τῆς βασιλείας ἐπαγγελίᾳ τοὺς πολλοὺς διορθούμενος, καὶ διὰ τῶν νόμων φιλοσοφεῖν παιδεύων.

Ἵτι γὰρ οὐτε γένεσις ἐστίν, οὐτε δρόμος ἀστέρων τὰ ἀνθρώπινα διοικῶν, καὶ τῶν Γραφῶν χωρὶς ἀπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων δῆλον. Εἰ γὰρ ὑπὸ γένεσιν τὰ ἀνθρώπινα, τίνας ἔνεκεν μαστιγοῦν τὸν οἰκῆτην κελκοφῶτα; τίνας ἔνεκεν μοιχευθεῖσαν τὴν γυναῖκα εἰς δικαστήρια ἔλκεις; τίνας ἔνεκεν αἰσχύνῃ τὰ πονηρὰ πράττων; εἰ γὰρ ἀνάγκης ἐστὶ τὸ ἀμάρτημα, τίνας ἔνεκεν οὐδὲ τὰ ῥήματα φέρεις ὀνειδιζόμενος, ἀλλ' ἂν τίς σε καλέσῃ μοιχ' ἢ πόρνον, ἢ ἀνδροφόνον, ὕβριν τὸ πρᾶγμα καλεῖς; Εἰ γὰρ μὴ τῆς σῆς γνώμης τὰ ἀμαρτήματα, οὐδὲ ἔγκλημα τὸ γινόμενον, οὐδὲ ὕβρις, τὸ λεγόμενον. Νῦν δὲ καὶ δι' ὧν ἑτέροις δικάζεις, καὶ δι' ὧν τοῖς ἀμαρτάνουσιν οὐ συγγινώσκεις, καὶ δι' ὧν αὐτὸς αἰσχύνῃ πράττων καὶ λανθάνειν σπουδάζεις, καὶ τοὺς ταῦτά σοι προφέροντας ὕβριστὰς νομίζεις, [καὶ] διὰ πάντων ὁμολογεῖς, ὅτι οὐκ ἀνάγκη δέδεται τὰ ἡμέτερα, ἀλλὰ ἐλευθερία τετίμηται· τοῖς γοῦν ἀνάγκη κατεχομένοις καὶ συγγινώσκειν ἐπιστάμεθα. Ἄν γοῦν ὑπὸ δαιμονός τις κατεχόμενος ἡμᾶς πλήξῃ, καὶ τὸν χιτῶνα διαρρήξῃ, ἢ πληγὰς προστρέψῃται, οὐ μόνον αὐτὸν οὐ κολάζομεν, οὐδὲ εἰς δικαστήρια ἔλκομεν, ἀλλὰ καὶ ἐλευόμεν καὶ συγγινώσκομεν. Τί δήποτε; Ὅτι οὐχ ἡ τῆς προαιρέσεως ἐλευθερία, ἀλλ' ἡ τοῦ δαιμονος ἀνάγκη ταῦτα εἰργάσατο. Ὡστε εἰ καὶ τὰ ἄλλα ἀμαρτήματα ἀπὸ τῆς ἀνάγκης τῆς κατὰ τὴν πεπωμένην ἦν, συνέγμωμεν ἂν ἐπειδὴ δὲ ἴσμεν, ὅτι οὐκ ἔσμεν ἀνάγκης, διὰ τοῦτο οὐ συγγινώσκωμεν, οὕτως δεσπύται οἰκέταις, οὕτως ἄνδρες γυναῖξιν, οὕτως γυναῖκες ἀνδράσιν, οὕτως πατέρες παισίν, οὕτως διδάσκαλοι μαθηταῖς, οὕτως ἄρχοντες ἀρχομένοις, οὕτως νομοθέται νομοθετούμενοις, ἀλλὰ μικροὶ τῶν τετολημένων ἐξετάσται καὶ τιμωροὶ γινόμεθα, καὶ δικαστήρια καταλαμβάνομεν, καὶ πληγὰς ἐπάγομεν, καὶ ἐπιτιμήσεσι χρώμεθα, καὶ πάντα πράττομεν ὅπως καὶ τὸν οἰκῆτην ἀπαλλάξωμεν κακίας καὶ τὸν υἱὸν

πονηρίας. Ὅθεν αὐτοῖς καὶ παιδαγωγούς καθιστῶμεν, καὶ εἰς διδασκάλους πέμποντες ἀπειλοῦμεν, καὶ πληγὰς ἐντείνομεν. Τίνος ἔνεκεν, εἰπέ μοι, καὶ διὰ τί; εἰ γὰρ εἴμαρτο αὐτῷ γενέσθαι φαῦλον, τίς χρεια τῶν βοηθημάτων; Οὐκοῦν εὐδόηλον ὅτι οὐκ ἀνάγκη δέδεται, ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει τὸ πᾶν κεῖται. [381] Διὰ καὶ βοηθήματα προσάγομεν, καὶ τῆς βρυθμίας ἀπάγομεν, καὶ πρὸς ἀρετὴν χειραγωγοῦμεν. Τίνος δὲ ἔνεκεν τὴν θάλατταν πλέομεν, τὴν γῆν γεωργοῦμεν, καὶ πόλεις οἰκοδομοῦμεν, πολλὴν τε σπουδὴν ποιούμεν νοσοῦντες, καὶ χρήματα δαπανῶμεν, καὶ ἱατροὺς καλοῦμεν, καὶ φάρμακα κατασκευάζομεν, καὶ γαστροὺς κατέχομεν, καὶ ἐπιθυμίαν κολάζομεν; Εἰ γὰρ, ὡς σὺ φησὶ, εἴμαρται ζῆσαι καὶ ἀποθανεῖν, περιττὰ τῶν χρημάτων τὰ ἀναλώματα, περιττὰ τῶν ἱατρῶν αἱ εἰσοδοὶ, περιττὴ τῆς τῶν νοσούντων φιλοσοφίας ἡ ἀκριβεία. Νῦν δὲ ἐξ ὧν ἅπαντες ποιοῦσι, δηλοῦσιν ὅτι οὐδὲν τούτων περιττόν· ἀλλ' οἴγετα μὲν τὰ τῆς εἴμαρμένης, καὶ οὐδεμίαν ἀνάγκη τὰ ἡμέτερα ἄγεται, πάντα δὲ ἐλευθερία προαιρέσεως τετίμηται. Τίς δὲ χρεια πόνων καὶ ἰδρώτων τῶν ὑπὲρ ἀρετῆς; εἰ γὰρ εἴμαρται γενέσθαι καλόν, καὶ καθεύδων ὁ τοιοῦτος καὶ βέγγων ἔσται καλός· μᾶλλον δὲ οὐδὲ καλὸν τὸν τοιοῦτον ἔστι καλεῖν, τὸν ὑπὲρ ἀνάγκης τοῦτο γινόμενον. Τίς χρεια πόνων καὶ ἰδρώτων τῶν τῶν τῶν; εἰ γὰρ εἴμαρτο γενέσθαι καλόν, καὶ μυρία τες ταλαιπωρηθῆ, ἔσται κακός· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τὸν τοιοῦτον ἔσται καλόν καλεῖν, τὸν ὑπὲρ ἀνάγκης ὠθοῦμενον. Ὡστε γὰρ ὁ δαιμονῶν, καὶν λοιδορησῆται (πάλιν γὰρ τῷ αὐτῷ κέχρημαι παραδείγματι), οὐ προσερούμεν αὐτὸν ὕβριστήν, οὐδὲ λογιζόμεθα ὕβριν τὴν λοιδορίαν, ἀλλὰ τῆς ἀνάγκης εἶναι τοῦ δαιμονος· οὕτω καὶ τὸν κακόν, εἰ ὑπὸ εἴμαρμένης καὶ ἀνάγκης ὠθεῖται, μὴ καλῶμεν αὐτὸν κακόν, ὡστε οὐδὲ τὸν καλόν, καλόν. Ἄν γὰρ τοῦτο ποιῶμεν, πάντα ἔσται σύγχυσις καὶ ταραχὴ καὶ πραγμάτων διαστροφή, καὶ οὕτως ἀρετὴ ἔσται τι, οὕτως κακία· οὐ τέχνη, οὐ νόμοι, οὐκ ἄλλο τι τῶν τοιούτων οὐδέν. Ὅραξ πού τείνει τοῦ διαβόλου τὸ δέλεαρ, καὶ τί τὴν οἰκουμένην ἐργάσασθαι ἐβουλήθη, καὶ πρὸς ποῖον ἀπικνεῖται τέλος; Ταῦτ' οὖν εἰδότες ἅπαντα καὶ τὰ τούτων πλείονα (ἐνὶ γὰρ καὶ τούτων πλείονα εἰπεῖν, ἀλλὰ τοῖς συνετωτέροις καὶ ταῦτα ἀρκεῖ), φεύγωμεν κακίαν, ἐλώμεθα ἀρετὴν, ἵνα προηγουμένως μὲν καὶ ἂν τὸν Θεὸν ἴλωμεν ἔχωμεν, ἔπειτα δὲ καὶ γέννησις ἀπαλλαγῶμεν, καὶ τῶν αἰωνίων ἀπολαύσωμεν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

^a Καὶ fort. delendum.

per myrrham, quæ sepulturam ostenderet (a); ita enim sepultus est: et hæc per ea quæ faciebant illi, prænuñtiabant. Non ergo astronomiæ virtus erat id quod fiebat, sed Dei œconomix: neque enim is, qui virtutem docturus venerat ut astronomia induceretur effecisset; sed illam admodum eliminat, cum determinat intra illud, velle et non velle, bona et mala contineri. Ideoque gehennam minatus est, et regnum præparavit: non iis qui ex necessitate agerent, vel coronas præparavit, vel supplicium minatus est; utrumque enim ad ea quæ in voluntate sunt pertinet: non leges posuisset, non monita delisset, neque tanta fecisset, si necessitate genus humanum ligatum esset: sed quia liberi sumus et liberi arbitrii domini, ab ignavia improbi efficiuntur, et a cura diligentiaque boni et modesti, salutaria pharmaca ad hoc ducentia apparatus ille venit, metu gehennæ et regni promissione multos corrigens, et per leges philosophiam docens.

Contra genethliologiam. — Quia enim neque genethliologia est, neque astrorum cursus humana dirigens, vel sine Scripturarum ope ab ipsis rebus palam est. Si enim sub nativitate fato sunt res humanæ, cur verberibus cædis servum qui furatus est? cur adulteram uxorem ad tribunalia trahis? cur te pudet cum mala perpetrasti? Si enim ex necessitate peccatum est, cur contumeliæ verba non sustines; sed cum quis te vocat adulterum, aut fornicatorem, aut homicidam, id contumeliam esse dicis? Si enim non ex animo tuo peccatum prodiit, neque culpa est id quod factum est, neque contumelia id quod dicitur. Nunc autem et cum de cæteris iudicas, et cum peccantibus non ignoscis, et cum quando male fecisse te pudet et latere studes, et eos qui id tibi obijciunt contumeliosos esse putas, et per omnia hæc confiteris, nostra non necessitate alligari, sed libertate honorari: iis enim qui necessitate detinentur ignoscere scimus. Si enim quis, a dæmone possessus, nos percusserit, aut vestem sciderit, aut plagas intulerit; non modo ipsum non punimus, neque ad iudicium trahimus, sed etiam ejus miseremur ipsique ignoscimus. Quare? Quia non libertas arbitrii, sed dæmoniaca necessitas id effecit. Quapropter, si alia quoque peccata ex fati necessitate essent, ipsis etiam parceremus: quia vero scimus nos non in necessitate esse, ideo non parcimus, non domini servis, non viri uxoribus, non uxores viris, non patres filiis, non doctores discipulis, non principes subditis, non legislatores iis qui

(a) Comment. in Mattheum, t. 6, col. 642, lin. 44. legitur: *Regem enim cognoscentes eum, præmiam mundum et pretiosum sanctorum, sibi aurum repositum obtulerunt. Divinum autem et cælestè intelligentes principium ejus, libani obtulerunt odorem... Humanum autem et temporalem ejus intelligentes sepulturam, obtulerunt myrrham.*

leges accipiunt; sed acerbi delictorum examinatores et vindices sumus: tribunalia adimus, plagas infligimus, castigationibus utimur, nihilque non agimus ut servum a nequitia et filium a malitia eximamus. Quapropter ipsis et pædagogos instituimus, et ad magistros mittentes minas intentamus, et plagas infligimus. Cur, et qua de causa, dic mihi? si enim ipsi ex fato constitutum sit ut sit improbus, ad quid auxilia ipsi præstentur? Palam ergo est eum non necessitate ligari, sed omnia in arbitrio ejus sita esse. Quapropter auxilia damus, et ab ignavia illos abducimus, atque ad virtutem amplectendam inducimus. Cur autem in mari navigamus, terram colimus, urbes ædificamus, multam adhibemus curam cum infirmamur, pecunias impendimus, medicos vocamus, pharmaca paramus, ventrem moderamur, et concupiscentiam castigamus? Si enim, ut tu dicis, in fato situm est et vivere et mori, superflua sunt pecuniarum expensæ, superflui medicorum ingressus, superflua est accurata philosophia quam infirmi servant. Nunc autem per ea quæ omnes faciunt, ostendunt nihil horum esse superfluum; sed facessunt ea quæ ad fatum spectant, neque ulla necessitate nostra reguntur, omnia autem libertate arbitrii honorantur. Quæ autem laborum et sudorum pro virtute necessitas? si enim ex fato constitutum est ut quis sit bonus, sive dormiat sive stertat ille, bonus erit: imo vero talem hominem bonum vocare convenit, qui ex necessitate talis sit. Quæ tot laborum et sudorum necessitas? si enim fati necessitas est, ut quis malus sit, etiamsi milles sese laboribus excruciet, malus erit: imo vero neque hunc malum dicere convenit, qui a necessitate pellatur. Quemadmodum enim qui dæmonium habet, si contumelia inferat (eodem enim rursus utor exemplo), non illum dicimus contumeliosum, neque putabimus contumeliam illam esse convicium, sed id ex necessitate dæmoniaca factum: sic nec improbum, si a fato et necessitate pellatur, improbum vocemus, ut nec bonum similiter, bonum. Nisi enim omnia sic constituamus, crunt omnia confusio, perturbatio, rerum eversio; nec virtus, nec malitia erit; non artes, non leges, nihil hujusmodi. Viden' quo tendat esca diaboli, et quid orbem terræ efficere velit, et ad quem finem omnia adducere? Hæc autem omnia scientes et his plura (possem enim multa addere, sed prudentioribus hæc sufficiant), nequitiam fugiamus, virtutem eligamus, ut imprimis Deum propitium habeamus, deindeque a gehenna liberemur, atque æternis fruamur bonis: quæ utinam nos omnes consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum que Patri gloria, una cum Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA IX.

Ejusdem, quod non oporteat ad circum vel ad theatra ascendere. Et cum illis molestiam creasset, deinde in conventu sequenti post illam Dominicam, cum concessisset episcopo cuidam, qui ex Galatia venerat (a), concionandi facultatem, et ipse tacuisset, atque in hoc quoque illos offendisset, hanc habuit homiliam in Magna ecclesia, in illud: Pater meus usque modo operatur, et ego operor (Joan. 5. 17) (b).

1. Constantinopolitani graviter increpati, frequentiores ad concionem veniant. — Nuper valde vos pupugi de theatris et de equestribus ludis loquens: ideoque lætor et exulto secundum apostolicam vocem dicentem: *Et quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me (2. Cor. 2. 2)?* Multum enim video fructum ex hac tristitia orientem. Nam et pharmaca, quæ ulcera sanant, prius vulnera mordent, et tunc a sanie liberant: ita et sermo qui auditorem pungit, initium correctionis facit. Sicut enim in corporibus nostris caro quæ semel emortua est, non sectionem, non pharmaca, non cauteria sentit; ideoque etiamsi innumera adhibeantur, non ad sanitatem redire potest, cum curationis initium et fundamentum amiserit; quæ vero sentit et ferrum et ignem et pharmaca, cito ad valetudinem redierit: sic et in animabus, quæ insensiles sunt, non facile mutantur; quæ vero sciunt et pudore affici et erubescere ac dolore premi in increpationibus, maximum nobis præbent argumentum, quod cito a nequitia destitutæ sint. Propterea beatus Paulus, cum hæc sciret, eos qui dolebant valde approbat, deque illis lætabatur; de iis vero qui non ita affecti erant, desperabat dicens: *Qui nullo affectu dolore se tradiderunt impudicitiae, in operationem immunditiæ omnis, in avaritium (Ephes. 4. 19).* Qui enim dolere nescit, quomodo unquam corrigatur, nisi prius illud didicerit? Quoniam igitur hoc a vobis recte factum est, valde confidimus pro caritate vestra: si enim alloquium unum ita vos nomordit, et in tantam anxietatem vos conjecit, ut animo deficeretis et turbaremini; manifestum est quod secunda et tertia addita, ab omni morbo vos liberabit. Et ut discatis me non vobis adulantem hæc dicere, per ea quæ nuper exhibuistis dictorum nostrorum veritatem testificati estis. Etenim qui sic increpati fueratis, ut doleteretis et animo deficeretis, proxima Dominica (c)

(a) Erat tunc temporis Leontius episcopus Galatarum. Mos autem vigeat, quando episcopus peregrinus adveniat, ei copiam dicendi facere.

(b) Necessario legenda sunt ea quæ circa hæc titulum diximus in Monito. Multum tribuit Montefalconius his indicibus, crediditque adeo eos additos esse a quodam qui S. doctoris lateri hæsisse videretur. Meo lateri numquam ejusmodi latro barbarus hæreat, apage! Plerique enim indices harum undecim homiliarum ita sunt corrupti, ut nec grammatica ratio constet. Id etiam convenit in hunc indicem. Breviter nunc contra ludos circenses et theatra disputat, quod copiosius et vehementius de re eadem dixerat in ultima ante hæc homilia, quæ legitur t. 6, col. 265.

(c) MATH.

(c) Ergo, inquit Matthæius, istam ultimam homiliam habuit sabbato. Dominicam autem hic appellat festum paschatis. Eo die episcopus ex Galatia habuit concionem. Recte ergo contra Montefalconium videri docuisse istam ultimam homiliam non die Dominica, sed sabbato ante pascha esse habitam.

illam insequente, splendidius nobis theatrum exhibuistis, numerosiorem conventum et majorem alacritatem; omnesque suspensi eratis, sicut hirundinum puli a nido pendentes, et ad linguam nostram inhiantes. Deinde quia fratri nostro, qui ex Galatia venerat, quem et propter ipsam Ecclesiam legem peregrinos ita suscipere jubentem, et propter venerandam caritatem honorabamus, locum cessimus ut concionaretur, ocllamantes recedebatis, graviter ferentes, quasi jam diu fame premeremini, et linguam nostram ita secantem exoptantes, illam nempe increpantem, pungentem, dolorem afferentem, idipsum facientes ac si puerulus verberatus, increpatus, ne sic quidem a matre absisteret, sed plorans sequeretur, vestimentis matris ab latere hærens, et se trahens post illam cum lamentationibus. Propterea exulto et gestio præ voluptate, beatum me esse prædico inter tot amatores concionans, vos sic pendentes habens et lingua mea. Hoc mihi radio solari dulcius est, hoc luce suavius; hoc vita certe est, tam gratos habere auditores, qui non modo plaudere, sed etiam corrigi volunt, qui increpati non resiliunt, sed ad increpantem confugiunt. Ideo et ego cum majori alacritate vos alloquuturus sum, et nuper dictorum reliquias redditurus hodie; increpatione nunc dimissa, ne rursus ignavos incusando studiis damnum afferamus, dum totum colloquium ad eos arguendos insumemus. Etiamsi enim nihil a nobis diceretur, id quod heri contigit satis esset ad eos qui erga hippodromum fuerunt et rabie ducuntur, ab hæc intempestiva concupiscentia avertendos. Etenim cædes in hippodromo heri patrata (a), tragedia urbem totam implevit, mulierum chorus circumattractit, forum lamentis multis replevit, dum is qui a curribus ita miserabiliter concisus et disceptus fuerat, per medium populum gestaretur. Illic ut novus, qui postridie nuptiales lampadas accensurus erat, cum apparatus thalami essent, et omnia ad nuptias concinnata, sub Prætoris ordine, in stadio locum habens, cum infra curreret, instantibus aurigis et mutuo concertantibus, medius interceptus, violentam illam et miserabilem mortem subiit, capite et extremis membris abscissis.

2. Vidistin' hippodromi fructum? Et quid ad nos, inquires, qui sursum sedemus? Ad vos maxime: nisi enim vos concurrendi studium excitaretis, illa infra non evenissent. Sed ne rursus molestiorem reddam sermonem et vulnus refricem, hæc vestræ conscientie relinquens, nuper dictorum reliquias dare conabor. Quanam ergo nuper dicebamus? Narrabam Christum fundamentum vocari (1. Cor. 3. 11), ut qui omnia portet, sustineat atque gestet: hoc nunc ex alio apostolico dicto demonstrare volo: hic enim qui illa dixit, dictum illud interpretans ait: *Qui cum sit splendor gloriæ et figura substantiæ ejus, portans omnia verbo virtutis suæ, per seipsum purificationem faciens, se-*

(a) Ergo etiam Dominica paschatis fuerant ludi circenses. Eodem modo etiam Antiocheni in jejuniis magno frequentabant theatra. Cf. t. 2, col. 153, 154, 314; et t. 4, col. 54. МАТТ.

[382] ΟΜΗΛΙΑ Θ.

Τοῦ αὐτοῦ, ἀπὸ τοῦ μὴ δεῖν εἰς ἱπποδρομίας μῆδὲ εἰς θέατρα ἀναβαίνειν. Καὶ λυπήσας αὐτούς, εἶπε τῇ συνάξει τῇ μετ' ἐκείνην τὴν κυριακὴν παραχωρήσας εἰπεῖν ἐπισκόπῳ ἀπὸ Γαλατίας ἀριγμόνω. καὶ σιγήσας, καὶ ἐν τούτῳ λυπήσας, ταύτην εἶρηκα τὴν ὀμιλίαν ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ εἰς τὸ, Ὁ Πάτερ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι.

α'. Σφόδρα καθηγάμην ὑμῶν πρῶην περὶ θεάτρων καὶ ἱπποδρομίας διαλεχθεί· διὰ τοῦτο χαίρω καὶ εὐφραίνομαι κατὰ τὴν ἀποστολικὴν φωνὴν τὴν λέγουσαν· Καὶ τίς ἐστὶν ὁ εὐφραίνων με, εἰ μὴ ὁ λυπούμενος ἐξ ἡμοῦ; Πολὺν γὰρ ὄρω καρπὸν ἀπὸ τῆς λύτης βλαστάνοντα ταύτης. Ἐπεὶ καὶ τὰ φάρμακα τὰ διορθοῦντα τὰ ἔλκη πρότερον δάκνει· τὰ τραύματα, καὶ τότε ἀπαλλάττει τῆς σηπεδόνος· οὕτω καὶ [ὁ] λόγος καθιζανόμενος ἀκρατοῦ, ἀρχὴν ποιεῖται διορθώσεως. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν σιγμάτων τῶν ἡμετέρων ἡ μὲν ἀπαξ νεκρωθεῖσα σὰρξ οὐ τομῆς, οὐ φαρμάκων, οὐ καυτῆρος αἰσθάνεται· διόπερ οὐδ' ἂν μυρία γένηται, πρὸς ὑγιαν ἐπανελθεῖν δύναται, τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ὑπόθεσιν τῆς θεραπείας ἀπολέσασα· ἡ δὲ αἰσθανομένη καὶ σιδηροῦ καὶ πυρὸς καὶ φαρμάκων, ταχέως ἂν πρὸς τὸ ὑγιαίνειν ἐπανέλθοι· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ψυχῶν, αἱ μὲν ἀναλγήτως διακειμέναι οὐκ ἂν βράδιως μεταβληθεῖεν, αἱ δὲ εἰδυῖαι καὶ αἰσγύνεσθαι καὶ ἐρυθριᾶν καὶ ἀλγεῖν καὶ ὀδυνᾶσθαι ἐν ταῖς ἐπιτιμήσεσι, μεγίστην ἡμῖν παρέχουσιν ἀποδείξιν τοῦ ταχέως ἀποστήσεσθαι τῆς κακίας. Διὸ δὴ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος, ταῦτα εἰδώς, τοὺς μὲν λυπηθέντας σφόδρα ἀπέδεξετο, καὶ ἔχειεν ἐπὶ αὐτοῖς, τῶν δὲ οὐχ οὕτω διακειμένων ἀπεγίνουσκε λέγων· *Οὐκίως ἀπηληγότες ἑαυτοὺς παρέδωκαν τῇ ἀσελγείᾳ εἰς ἐργασίαν ἀκαθαρσίας ἀπάσης ἐν πλεονεξίᾳ*. Ὁ γὰρ οὐκ εἰδώς ἀλγεῖν πῶ, ἂν διορθωθείη ποτὲ, πλην εἰ μὴ πρότερον τοῦτο αὐτὸ μάθοι; Ἐπεὶ οὖν τοῦτο ὑμῖν κατώρθωται, σφόδρα θαρροῦμεν ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης· εἰ γὰρ μία διάλεξις οὕτως ἔδρακε, καὶ εἰς τοσαύτην ἀγωνίαν κατέστησεν, ὡς καὶ ἀθυμεῖν καὶ θορυβεῖσθαι καὶ ταράττεσθαι, εὐθελον ὅτι δευτέρα καὶ τρίτη προσγενομένη, πάσης ἀπαλλάξει τῆς ἀρρώστιας. Καὶ ἵνα μάθῃτε ὅτι οὐ κολακεῖον ὑμᾶς λέγω ταῦτα, δι' ὧν τῇ προτεραίᾳ ἐπεδείξασθε, διὰ τούτων ἐμαρτυρήσατε τοῖς περ' ἡμῶν εἰρημένους ἀλθίσιαν. Καὶ γὰρ οἱ οὕτω δηχθέντες, οἱ οὕτως ὀδυνηθέντες, οἱ οὕτω ἀλγήσαντες καὶ ἀθυμήσαντες, ἐπιούσης τῆς κυριακῆς τῆς μετ' ἐκείνην λαμπροτέρου ἡμῖν τὸ θέατρον ἐποιήσατε, καὶ πλεονα τὸν σὺλλογον καὶ μείζονα τὴν προθυμίαν, καὶ πάντες ἦτε μετέωροι, καθάπερ νεοττοὶ χελιδόνων τῆς καλιᾶς ἐκκρεμάμενοι, καὶ πρὸς ἡμετέραν κεχηγότες γλώτταν. Εἶτα ἐπειθὶ ἀδελφὸν ἡμέτερον ἀπὸ Γαλατίας ἀφικόμενον, καὶ δι' αὐτὸν τῆς ἐκκλησίας τὸν νόμον τὸν τοὺς ξένους οὕτως ὑποδέχεσθαι κελεύοντα, καὶ διὰ τὴν λαμπρὰν πολιὰν τιμώμενος, παρερχομένησιν αὐτῷ τοῦ λόγου, καταθόντες ἀνεχωρήετε, δεινοπαθόντες, ὡς μακρὸν [383] χρόνον λιμὸν ὑπομείναντες, καὶ τὴν ἡμε-

τέραν ποθοῦντες γλώτταν τὴν τεμοῦσαν, τὴν ἐπιτιμήσαν, τὴν καθικομένην, τὴν ὀδυνήσαν· ταῦτον ποιούντες, ὡς ἂν εἰ παιδίον τυπτόμενον, ἐπιτιμώμενον, μῆδὲ οὕτως ἀποσταίῃ τῆς μητρὸς, ἀλλὰ κλαυθουρίζόμενον ἔποιτο, τῶν ἱματίων τῆς μητρὸς ἐκ πλαγίων ἐχόμενον, καὶ ἐπισυρόμενον αὐτῇ μετὰ τῶν ὀδυρῶν. Διὰ ταῦτα σκιρτῶ καὶ πέτομαι ὑπὸ τῆς ἡδονῆς, καὶ μακάριον ἑμαυτὸν εἶναι φημι ἐν τοσοῦτοις ἔραται· ἀγωνιζόμενος, οὕτως ἐκκρεμαμένους ὑμᾶς ἔχων τῆς ἡμετέρας γλώττης. Τοῦτο ἔμοι τῆς ἀκτίνας ταύτης γλυκύτερον, τοῦτο φωτὸς ἦδιον, τοῦτο ζωὴ. τὸ οὕτως ἐγνωμένων ἐπιτυχάνειν ἀκρατιῶν, οὐκ ἀπλῶς κροτῆσαι, ἀλλὰ διορθωθῆναι βουλομένων, ἐπιτιμωμένων, καὶ μὴ ἀποσκερτώντων, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἐπιτιμῶντα καταφευθόντων. Διὰ δὴ τούτο καὶ αὐτὸς μετὰ πλεονίας τῆς προθυμίας τῆς πρὸς ὑμᾶς ἀπτομαὶ διαλέξω, καὶ τὰ λείψανα τῶν πρῶην ὑμῖν εἰρημένων ἀποδοῦναι βούλομαι σήμερον, τὴν ἐπιτιμήσιν νῦν ἀφείδω, ἵνα μὴ πάλιν τοῖς βραθύμοις ἐγκαλοῦντες, τοὺς σπουδαίους ζημιώσωμεν, δολόκληρον τὴν διάλεξιν εἰς τὸν ἐκεῖνον ἀναλίσκοντες ἔλεγχον. Εἰ γὰρ καὶ μῆδὲν παρ' ἡμῶν εἴρητο, ἱκανὸν τὸ χθὲς γενομένον καὶ τοὺς σφόδρα μεμνηγότες καὶ λυσσώτας περὶ τὴν ἱπποδρομίαν ἀποστήσαι τῆς ἀκαίρου ταύτης ἐπιθυμίας. Καὶ γὰρ τραγωδίᾳ τὴν πόλιν ἡμῖν ἐνέπλησεν ὁ φόνος ὁ χθὲς ἐν τῇ ἱπποδρομίᾳ συμβῆς, χορὸς γυναικῶν περιέστησε, κωκυτῶν πολλῶν τὴν ἀγορὰν ἐπλήρωσε, τοῦ διὰ τῶν ἀρμάτων ἀποτιμηθέντος οὕτως ἐλεεινῶς διὰ μέσου φερομένου τοῦ δήμου. Οὕτως γὰρ, ὡς ἔγνω, τῇ ἐπιούσῃ μέλλων γαμηλῶς λαμπάδας ἀνάπτειν, τῶν παστάδων ὑφανθειῶν καὶ τῶν πρὸς τὸν γάμον ἡτρεπισμένων ἀπάντων, ὑπὸ τὴν τάξιν τὴν τοῦ ἐπάρχου τελῶν ἐν τῷ σταδίῳ κάτω διατρέχων, ἐπελθόντων τῶν ἡνιόχων καὶ πρὸς ἀλλήλους φιλονεικούντων, μέσος ἀποληφθεὶς, τὸν βίαιον τοῦτον καὶ ἐλεεινὸν ὑπέμεινε θάνατον, τὴν κεφαλὴν μετὰ τῶν ἀκρων ἀποτιμηθεὶς.

β'. Εἶδες τῆς ἱπποδρομίας τὸν καρπὸν; Καὶ τί πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἀνω καθημένους, φησί; Πρὸς ὑμᾶς μὲν οὖν μάλιστα· εἰ γὰρ μὴ ὑμεῖς σπουδὴν ἐποιεῖσθε συντρέχειν, οὐκ ἂν τὰ κάτω τελούμενα ἐγίνετο. Ἄλλ' ἵνα μὴ πάλιν φορτικώτερον ποιήσω τὸν λόγον καὶ ἀναξάνω τὸ ἔλκος, καταλιπὼν ὑμῶν τῷ συνεδῶτι ταῦτα, τὰ λειπόμενα τῶν πρῶην ὑμῖν εἰρημένων ἀποδοῦναι πεираσομαι. Τίνα οὖν ἦν τὰ πρῶην εἰρημένα; Ἐλεγον ὅτι θεμέλιος ὁ Χριστὸς κέκληται ὡς φέρων ἅπαντα καὶ συγκρατῶν καὶ διαβαστάζων· τοῦτο νῦν ἐξ ἀποστολικῆς ἐτέρας ῥήσεως ἀποδείξει βούλομαι. Οὗτος γὰρ ὁ ἐκεῖνα εἰρηκώς, ἐρμηγεῶν ἐκείνην τὴν λέξιν, φησὶ· Ὁς ὦν ἀπαύρασμι εἰς δόξης καὶ χαρμετῆρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, φέρων τε τὰ πάντα ἐν ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, δι' ἐαυτοῦ καθαρῶμεν ποιησάμενος, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλίστης ἐν ὑψηλοῖς. Τί ἐστι, φέρων; Ἡλικῶν, κυβερνῶν, οἰκονομῶν, διακρατῶν, συγκρα-

τῶν, διαδαστάζων. Οὐ γὰρ δὴ μόνον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι ἅπαντα παρήγαγεν, ἀλλὰ καὶ γενομένων προνοεῖ καθάπερ ὁ γεγεννηκὼς αὐτὸν Πατήρ. Διὸ καὶ τοῦτο δηλῶν ἔλεγεν· *Ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, καὶ γὰρ ἐργάζομαι*. Διὸ καὶ μᾶλλον ἐζήτησαν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτείνειν, οὐ μόνον ὅτι ἔλυε τὸ σάββατον, ἀλλ' ὅτι καὶ Πατέρα αὐτοῦ ἔλεγε τὸν Θεόν, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ Θεῷ.

Ποῦ [384] νῦν οἱ τῶν αἰρετικῶν παῖδες, οἱ κατὰ τῆς ἑαυτῶν μαινόμενοι σωτηρίας, καὶ τῆς ἰσότητος ἀποσχίζοντες αὐτὸν τῆς πρὸς τὸν Πατέρα; ἀκούεσθων τοῦ εὐαγγελιστοῦ τῆν φωνήν (ὅταν δὲ τὸν εὐαγγελιστὴν εἶπω, τὸν Χριστὸν λέγω τὸν κινῶντα αὐτοῦ τὴν ψυχὴν)· ἀκούεσθων, καὶ ἐντραπήτωσαν, καὶ παυσάσθων τοιαῦτα μαινόμενοι. Καὶ γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι διὰ τοῦτο αὐτὸν ἐδίωκον, ὅτι ἴσον ἑαυτὸν ἔλεγε· καὶ οὗτοι διὰ τοῦτο ἀπαγχονίζονται, ὅτι ταύτην ἀναφέρομεν αὐτῷ τὴν εὐφημίαν παρ' αὐτοῦ παιθευθέντες. Ἄλλ' οὐκ αὐτοῦ, φησιν, οὐδὲ τοῦ εὐαγγελιστοῦ αὐτῆ τῆ ψήφος ἦν, ἀλλὰ τῶν Ἰουδαίων. Μάλιστα μὲν, εἰ καὶ τῶν Ἰουδαίων ἦν, καὶ τοῦτο σου μέγιστον ἔγκλημα καὶ ἐσχάτη κατηγορία, ὅτι ἅπερ οἱ ἀγνώμονες Ἰουδαῖοι συνείδον ἀπὸ τῶν ῥημάτων κατασκευάζομενα, ταῦτα αὐτὸς ἐθελοκωφῶν οὐχ ὀρᾷ. Οὐ γὰρ δὴ οἰκοθεν αὐτὰ εἰσηγον, ἀλλ' ἀφ' ὧν ὁ Χριστὸς ἔλεγε συλλογιζόμενος αὐτούς. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι οὐδὲ Ἰουδαῖον ἐστὶν ἡ λέξις αὕτη, ἀλλὰ τοῦ εὐαγγελιστοῦ καὶ ψήφος καὶ βῆσις (ὅταν δὲ εἶπω τοῦ εὐαγγελιστοῦ, τοῦ Χριστοῦ λέγω τὸν κινῶντος αὐτοῦ τὴν διάνοιαν), αὐτὰ τὰ ῥήματα ἐξέταξε. *Ὁ Πατήρ μου*. Οὐ παντὶ που δηλὸν καὶ τῷ σφόδρα ἀνοήτῳ, ὅτι διὰ τοῦτο εἶπεν, *Ὁ Πατήρ μου*, ἵνα ἴδιον αὐτοῦ ἀποφήνῃ; Τὸ δὲ ἐπαγαγεῖν πάλιν, *Ἐργάζεται, καὶ γὰρ ἐργάζομαι*, ἄρα οὐκ ἰσότητά ἐστι κατασκευάζοντος; Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, *Ἐργάζεται ἐκεῖνος*, ἐγὼ δὲ ὑποურῶ· *Ἐργάζεται ἐκεῖνος*, ἐγὼ δὲ ὑπηρετοῦμαι· ἀλλ' *Ἐκεῖνος ἐργάζεται, καὶ γὰρ ἐργάζομαι*. Ὅρᾳς πῶς οὐκ Ἰουδαῖον ἦν ἀπόφασις, ἀλλὰ τῶν ἐκείνου ῥημάτων κατασκευὴ τὸ λεγόμενον; Εἰ γὰρ Ἰουδαῖον ἦν πεπλανημένῃ τῆς ὑπόνοια καὶ ψήφος τὸ ἴσον αὐτὸν ποιεῖν τῷ Θεῷ, καὶ αὐτὸς μὲν οὐκ ἐβούλετο τοῦτο ὑποπεύεσθαι, οἱ δὲ Ἰουδαῖοι μὴ βουλομένου τοῦτο αὐτοῦ ὑπόπτευσον, ἕτερα ὑπονοῦντες παρ' ὃ αὐτὸς κατασκευάσαι ἐβούλετο· οὐκ ἂν αὐτὸ εἶσαν οὕτως ἀδιόρθωτον ὁ εὐαγγελιστὴς, ἀλλ' ἐπεσημήνατο ἂν καὶ εἶπεν αὐτὸ σαφῶς. Καὶ γὰρ ἔθος αὐτοῖς τοῦτο ποιεῖν, καὶ αὐτοῖς καὶ τῷ Ἰησοῦ· καὶ τοῦτο ἐξ ἐνός καὶ δευτέρου παραδείγματος πειράσομαι ὑμῖν ποιῆσαι δηλὸν, ὅτι ὅταν εἶπῃ τι ὁ Χριστὸς, καὶ ἐτέρως μὲν αὐτὸ εἶπῃ αὐτὸς, ἐτέρως δὲ ὑποπτεύσωσιν οἱ Ἰουδαῖοι, διορθοῦται ὁ εὐαγγελιστὴς. Καὶ ἵνα μάθῃς τοῦτο σαφῶς, ἄκουσον αὐτοῦ τοῦ Ἰωάννου αὐτὸ τοῦτο δηλὸν ποιῶντος. Ἐπειδὴ γὰρ εἰσηλθεν εἰς τὴν ναὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς κολλυβιστὰς ἐξέδιελε φραγέλλῳ ποιήσας, καὶ ἔλεγεν· *Μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ Πατρὸς μου οἶκον ἐμπορίου· προσελθόντες οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι ἔλεγον· Τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν, ὅτι ταῦτα ποιεῖς;* Τί οὖν αὐτὸς; *Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐγὼ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν*· περὶ τοῦ σώματος τοῦ ἑαυτοῦ λέγων. Ἄλλ' ἐκεῖνοι αὐτὸ οὐ συνείδον, ἀλλὰ τί φασι; *Τεσσαράκοντα καὶ ἕξ ἔτεσιν ὠκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος, καὶ σὺ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερεῖς αὐτόν;* περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ τοῦ διὰ λίθων κατασκευασμένου λέγοντες· ἐκεῖνος γὰρ τεσσαράκοντα καὶ ἕξ ἔτεσιν ὠκοδομήθη μετὰ τὴν ἐπάνοδον ἀπὸ Βαβυλῶνος, διακωλυόμενον τῶν

οικοδομούντων ὑπὸ τῆς βαρβαρικῆς ἐπιβουλῆς, καὶ χρεῖνον τριβόμενον πολλοῦ οὗτος ὁ ναὸς; ἀπῆρτίζετο. Ἐπεὶ οὖν ὁ Ἰησοῦς περὶ τοῦ σώματος τοῦ ἑαυτοῦ ἔλεγεν, τὸν σταυρὸν δηλῶν καὶ τὴν ἀνίστασιν· τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ, *Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν*· ἐκεῖνοι δὲ περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ ὑπόπτευσον· ὅθεν καὶ ἔλεγον· *Τεσσαράκοντα καὶ ἕξ ἔτεσιν ὠκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος, καὶ σὺ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερεῖς αὐτόν;* [385] ὅρα πῶς οὐ παρεδραμεν αὐτὸ ὁ εὐαγγελιστὴς, ἀλλ' ἐπήγαγε τὴν διόρθωσιν, λέγων· *Ἐκεῖνος δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ*. Οὐδὲ γὰρ εἶπε, *Λύσατε τὸ σῶμα τοῦτο, ἀλλὰ, τὸν ναὸν*, ἵνα δεῖξῃ τὸν Θεὸν τὸν οἰκῶντα [ἐνοικῶντα] λύσατε τὸν ναὸν τὸν πολλῶν βελτίονα τοῦ Ἰουδαϊκοῦ. Ὁ μὲν γὰρ εἶχε τὸν νόμον, ὁ δὲ τὸν νομοθέτην· ὁ μὲν τὸ γράμμα τὸ ἀποκτεῖνον, ὁ δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ζωοποιῶν· ὁ μὲν τὴν ῥάβδον τὴν Ἀαρῶν, ὁ δὲ τὴν ῥάβδον Ἰεσοῦ.

γ. Πάλιν ἀλλαχούτῳ ἐπὶ τῶν ἄρτων θαύμα ποιήσαντα ἀπάρας σὺν αὐτοῖς, διέβαιναν εἰς τὸ πέραν, καὶ ἔλεγε τοῖς μαθηταῖς· *Προσέχετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων*. Οἱ δὲ ζύμην ἀκούσαντες, περὶ ἄρτων ὑπόπτευσον· αὐτὸς δὲ οὐ περὶ ἄρτων ἔλεγε, ἀλλὰ περὶ τῆς διδασκαλίας τῶν Φαρισαίων. Ἐπεὶ γὰρ ἄλλως μὲν αὐτὸς εἶπεν, ἄλλως δὲ ὑπόπτευσαν ἐκεῖνοι, ὅρα πῶς διορθοῦται αὐτὸ, λέγων· *Οὕτως ἀμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοι ἔστε; οὐ μέρμηθησε τοὺς ἄρτους καὶ πόσους κοφίλους ἐλάβετε, καὶ τοὺς ἐπὶ ἄρτους καὶ πόσας σφυρίδας ἐλάβετε; πῶς οὐ νοεῖτε ὅτι οὐ περὶ ἄρτων εἶπον ὑμῖν, ἀλλὰ περὶ τῆς διδασκαλίας τῶν Φαρισαίων, ὥστε προσέχειν;* Ὅρᾳς πῶς καὶ ἐπὶ τοῦ ναοῦ ὁ εὐαγγελιστὴς καὶ ἐν ταῦτα αὐτὸς τῶν πεπλανημένων διορθοῦται τὴν ὑπόνοιαν; Οὕτω τοῖνον καὶ ἐπὶ τοῦ ἴσον ἑαυτὸν ποιεῖν τῷ Θεῷ, εἰ αὐτὸς μὲν οὐκ ἐποίησε ἑαυτὸν ἴσον τῷ Θεῷ, οἱ δὲ Ἰουδαῖοι τοῦτο ὑπόπτευσον ἀπὸ τῶν εἰρημένων, διώρθωσεν ἂν τὴν ὑπόνοιαν ταύτην ὁ εὐαγγελιστὴς, καὶ εἶπεν ὅτι Ἰουδαῖοι μὲν ἴσον ἑαυτὸν ἐνόμιζον αὐτὸν ποιεῖν τῷ Θεῷ, αὐτὸς δὲ οὐκ ἐποίησε τοῦτο οὐδὲ κατεσκευάσει. Ἰνα δὲ ἀπ' αὐτῶν τῶν ῥημάτων μάθῃς, ὅτι τοῦτο μάλιστα ἐβούλετο πηγήναι ἐν ταῖς τῶν ἀνθρώπων διανοαῖς, ἀνωτέρω τὸν λόγον ἀγάγωμεν καὶ μάθωμεν τί ποτε ἐγκαλοῦμενος ταῦτα ἀπελογεῖτο. Τί ποτ' οὖν ἦν ὅπερ ἐνεκαλεῖτο; Ὅτι ἐν σαββάτῳ ἔργα ἐποίησε· *Διὰ τοῦτο*, φησιν, *ἐδίωκον αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι ταῦτα ἐποίησε ἐν σαββάτῳ*. Ποῖα δὴ ταῦτα; Ὅτι τὸν παραλυτικὸν ἐσφιγξε, καὶ ἐκέλευσε αὐτῷ τὴν κλινὴν λαθεῖν καὶ ἀπελθεῖν εἰς τὸν οἶκον. Διὸ καὶ ἐρωτώντες αὐτὸν ἔλεγον, τίς εἶπῃ ὁ ἐπιτάξας αὐτῷ ταῦτα ποιεῖν ἐν σαββάτῳ; ὁ δὲ εἶπῃ, *Ὁ ποιήσας με ἡγεῖται, ἐκεῖνός μοι εἶπεν· Ἄρον τὴν κλινὴν σου καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου*. Πρὸς ταῦτα δυσχεραίνοντες, ἐδίωκον αὐτὸν, ὅτι ταῦτα ἐπέταξεν ἐν σαββάτῳ, ὅπερ ἐδόκει νόμου παράβασις καὶ λύσις. Τί οὖν ἀπολογοῦμενος ὁ Χριστὸς λέγει; *Ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, καὶ γὰρ ἐργάζομαι*. Καίτοι γε πολλὰ ἕτερα ἐνήν εἶπειν, εἰ γὰρ ἀπολογησασθαι ἐβούλετο μόνον, ἀλλὰ μὴ δεῖξαι τὴν ἰσότητα. Πολλάκις γὰρ ἐλύθη τὸ σάββατον, καὶ πρῶτον μὲν ἐπὶ τῆς πόλεως; τῆς Ἰερουσαλῆμ. Ὅτε γὰρ προσεβόλον τοῖς τείχεσιν, ἐπὶ ἡμέρας ἐκελεύοντο σάλπιγγας μεταχειριζόμενοι περιεῖναι τὰ τείχη, καὶ οὕτως κατηνύχθη ἡ

^a Forl. ἐπεὶ γούν.

det in dextera magnitudinis in excelsis (Hebr. 1. 3). Quid est illud, *Portans?* Regens, gubernans, administrans, imperans, continens, gestans. Non solum enim ex non exstantibus omnia produxit, sed factis providet, ut Pater qui illum genuit. Ideo hoc declarans dicebat: *Pater meus usque modo operatur, et ego operor (Joan. 5. 17).* Ideoque magis quærebant illum Judæi interficere, non solum quia solvebat sabbatum, sed etiam quia Patrem suum dicebat esse Deum, æqualem se faciens Deo.

Contra Arianos et Anomæos. — Ubi nunc sunt hæretici qui contra salutem suam insania ducuntur et illum abscondunt ab æqualitate cum Patre suo? Audiant evangelistæ vocem (cum autem evangelistam dico, Christum dico qui illius animam movet): audiant et erubescant, et ita furendi finem faciant. Nam Judæi ideo ipsum persequabantur, quia parem se dixerat: et hi ideo se quasi strangulant, quia ab eo recte dictum referimus, ab ipso eruditi. At non illius, inquit, neque evangelistæ erat hæc sententia, sed Judæorum. Et si vel maxime Judæorum erat, hoc magnum crimen tuum est et de extremis accusatio, quod ea quæ Judæi ingrati videbant ex verbis ejus consequi, tu sponte tua cæcus non vides. Non enim ex se illa inducebant, sed ex iis quæ Christus dicebat colligentes. Atque ut discas hoc dictum ne esse quidem Judæorum, sed evangelistæ Christi nempe qui ejus mentem movebat, ipsa verba examina: *Pater meus.* Annon cuius palam est, etiam admodum insano, illum ideo dixisse, *Pater meus*, ut proprium sibi declararet? Quod autem addat rursus, *Operatur, et ego operor*, annon æqualitatem indicantis sunt? Non enim, dixit Operator ille, et ego subministro; Operator ille, et ego illi servio; sed, Ille operatur, et ego operor. Viden' quomodo hæc non Judæorum esset sententia, sed sermo ab illo apparatus? Nam si fuisset illa Judæorum erronea suspicio et sententia, quod se ipsum æqualem faceret Deo, ipseque nolisset illos ita suspicari; Judæi vero, cum hoc ipse nollet, alia suspicati fuissent, quam quod ille indicare vellet: non hoc certe sine correctione visisset evangelista: sed hoc significasset et clare dixisset. Etenim illi ita facere solent, et Jesus ipse quoque: hocque ex uno alterove exemplo conabor vobis demonstrare; quod nempe, quando Christus aliquid dixerit, quod Judæi secus quam ille dixit dictum suspicantur, illud corrigat evangelista: quod ut clare intelligas, audi Joannem hoc ipsum declarantem. Cum enim intravit in templum Dei, et numularios expulit, flagello facto, dicens: *Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis (Joan. 2. 16),* accedentes Scribæ et Pharisei dicebant: *Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Quid ergo ille? Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud (Ib. v. 18. 19);* de corpore suo dicens. Verum illi hoc non intellexerunt, sed quid dicunt? *Quadragesima sex annis ædificatum est templum hoc, et tu in tribus diebus excitabis illud (Ibid. v. 20)?* de templo loquentes Judaico lapidibus structo: illud enim quadragesima sex annorum spatium fuit

post reditum ex Babylone, quia hi qui ædificabant ex barbarorum insidiis impediabantur; et cum multum temporis effluxisset, templum tandem perfectum fuit. Quia igitur Jesus hoc de corpore suo dixerat, crucem et resurrectionem significans: hoc enim sibi vult illud, *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud:* illi autem de templo Judaico dictum suspicabantur; quapropter dicebant: *Quadragesima sex annis ædificatum est templum hoc, et tu in tribus diebus excitabis illud?* vide quomodo hoc non præterivit evangelista, sed correctionem subjunxit, dicens: *Ille autem loquebatur de templo corporis sui (Joan. 2. 21).* Neque enim dixerat, *Solvite corpus hoc:* sed, *Templum*, ut inhabitantem Deum declararet: *Solvite templum* multo melius Judaico. Illud enim legem habebat, hoc autem legislatorem; illud literam que occidit, hoc spiritum qui vivificat; illud virgam Aaronis, hoc virgam Jessæ.

3. Rursus alibi post panum miraculum abiens cum illis, in adversam ripam trajecit; et dicebat discipulis: *Attendite a fermento Pharisæorum et Sadducæorum (Marc. 8. 14; Matth. 16. 6).* Illi vero fermentum audientes de panibus id dici suspicabantur: ille autem non de panibus loquebatur, sed de doctrina Pharisæorum. Quia enim aliud ipse dixerat, aliud illi suspicabantur, vide quomodo id corrigat, dicens: *Adhuc et vos sine intellectu estis? non recordamini quinque panum et quot cophinos sumpsistis, et septem panum et quot sportas accepistis? quare non intelligitis quia non de panibus dixi vobis, sed de doctrina Pharisæorum, ut attendatis (Matth. 15. 16. et 16. 9)?* Viden' quomodo et circa templum evangelista, et hic Christus errantium suspicionem corrigat? Sic itaque et in eo, quod se æqualem Deo faciat, si ille non se ipsum æqualem Deo fecisset, sed Judæi illud suspicati essent ex dictis ejus: illam suspicionem correxisset evangelista dixissetque Judæos quidem putavisse ipsum se æqualem Deo fecisse; ipsum vero neque id fecisse neque indicasse. Ut autem ab ipsis verbis discas quod illud maxime in mentes hominum imprimere voluerit, sermonem a prioribus resumamus et discamus quomodo tandem accusatus sese defenderit. Quid igitur erat illud de quo accusabatur? Quod in sabbato opera faceret: *Ideo, inquit, illum Judæi persequabantur quod hæc faceret in sabbato (Joan. 5. 16).* Quænam illa? Quod paralyticum curaverit, ac jussit illum lectum suum accipere et domum abire. Ideo interrogantes illum dicebant, quis esset qui hæc juberet fieri in sabbato: ille autem dixit, *Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, Tolle lectum tuum, et vade in domum tuam.* Propterea ægre ferentes, persequabantur illum, quod hæc juberet in sabbato, quod videbatur legis transgressio esse. Quid ergo ad defensionem suam dicit Christus? *Pater meus usque modo operatur, et ego operor (Ibid. v. 17).* Atqui multa alia dicere poterat, si sese defendere tantum voluisset, nec æqualitatem suam ostendere. Sæpe namque solum fuit sabbatum, ac primo quidem in civitate Jerichuntinorum. Cum enim muros oppugnare vellent, jussi sunt per septem

dies tubis instructi circuire muros, et sic urbs ever-
sa est (*Jos. 6. 5*). Quod autem in septem illis diebus,
nudecumque inceperimus, sabbatum incidere neces-
se sit, cuivis manifestum est. Manifesta ergo est
solutio sabbati. Rursus circumcidi jussit hominem
octavo die: necesse est hic quoque sabbatum solvi;
nam cum qui in sabbato natus sit, necesse est in alio
sabbato circumcidi. Sacerdotes autem cum majori
facultate illud solvebant, rursus in sabbato sacrificium
offerre jussi: ubi vero sacrificium, erat et excoriare,
urere, et altari imponere, et aquam asferre et
ligna sciudere, et cineres efferre et alia multa fa-
cere necesse erat, et sic sabbatum solvebat. Ad hæc
vero ipsa etiam creatio sabbatum solvebat: nam sol
operatur in sabbato, et luna currit, et diversus ille
stellarum chorus apparet, et venti flant, et fontes sca-
turiunt, et flumina fluunt, mare commovetur, semina
germinant et plantæ, terra parit, nec non bruta om-
nia, ipsumque hominum genus. Numquam enim mu-
liere in sabbato parturiente, natura expectavit legem,
et distulit, donec transisset sabbatum, et tunc partus
absolveretur; sed suum opus etiam in sabbato perfici-
ebat. Et supernæ quoque virtutes in sabbato mini-
strant, neque intermittunt ministerium suum. Cur
ergo, dic mihi, cum tot sui defendendi modos
haberet, nullo horum est usus, neque dixit, Cur me
accusatis quod sabbatum solvam? sacerdotes enim
in Jericho solverunt, et in templo solvunt: quid me
accusatis quod sabbatum solvam? sol enim solvit et
luna et stellæ et omnis creatura, superna et inferna:
sed his omnibus missis ad Patrem venit, dicens:
Pater meus operatur, et ego operor. Neque enim se
tantum defendere volebat, sed etiam honoris parita-
tem ostendere. Ideo non dixit, Operor; namque et
ipsa natura operatur; non enim ille erat ex creatu-
rarum numero: sed, Operor, nam et Pater operatur.
Illius enim erat substantiæ et potestatis.

4. Quapropter non ac si ex creaturarum numero
e-set, sese defendit, sed ut illius genuinus Filius. Et
ut discas hæc non ex conjectura dicta fuisse; discipuli
quoque aliquando sabbatum solverunt, cum spicas
evellerent ac comederent, et cum Judæi accusarent
ac dicerent, Non vides in sabbato quid illi faciant?
numquam Patrem ibi memorat, sed quid dicit? *Non
legistis quid fecerit David quando esuriit? quomodo
intraverit, et panes propositionis comederit, quos non
licebat ipsi comedere, nec iis qui cum illo erant? non
legistis quod sacerdotes in templo sabbatum violant, et
inculpati sunt (Matth. 12. 3-5)?* Viden' quomodo,
quando de servis dat rationem, servos in medium af-

ferat, Davidem et sacerdotes; quando autem de se,
Patrem? Quod si aliquando aliis utatur defensionibus,
ut cum dicit: *Si circumcisionem accipit homo, mihi
indignamini, quod totum hominem sanum fecerim in
sabbato (Joan. 7. 23)?* ac rursum, *Quis ex vobis est,
qui non solvat ovem suam et bovem (Luc. 13. 15)?*
nihil mirum: non enim semper loquitur ut Deus,
sed aliquando etiam ut homo, quia et Deus et homo
erat. Hic vero secundum dignitatem suam loquitur,
dicens: *Pater meus usque modo operatur, et ego ope-
ror*. Ideo ait evangelista, Persequabantur illum Ju-
dæi, non solum quia sabbatum solvebat, sed quia
Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.
Ego vero et hoc libenter hæreticum interrogaverim:
Patrem suum dicebat Deum, aut non dicebat? Ju-
dæicæ opinionis hoc erat, aut sententiæ Christi?
Etiam si enim admodum impudenter egerit, a veritate
convincitur. Dicebat, *Pater meus usque modo operatur,
et ego operor*: solvebat sabbatum, aut non solvebat?
Palam est autem quod illud solveret: Operor, inquit,
et ille operatur. Igitur neutrum eorum ex opinione
Judæicæ erat, sed ex Christi declaratione et sententi-
a, et quod solveret sabbatum, et quod Patrem suum di-
ceret Deum. Quomodo ergo, cum hæc ex sententi-
a Christi esse dicat, illud Judæorum suspicionis esse
dicis, cum tamen consecrarium sit et huic arte jun-
ctum, et simili modo ab evangelista enuntietur? Hæc
quippe omnia sunt evangelistæ enarratio, explicantis
ea quæ a Christo dicta sunt. Ideoque Judæis accusan-
tibus, dicebat, quod persequerentur illum, non solum
quia sabbatum solvebat, sed etiam quia Patrem suum
dicebat Deum, seipsum Deo æqualem faciens. Verum
hæc hæreticorum confutatio hic idoneum et congruen-
tem habet finem: si vero etiam discere velitis, que-
nam sit operatio qua Pater operatur, et Filius quoque;
dixerim esse providentiam erga res omnes, earum
conservationem et curam. Quæ enim videntur omnia
sex dierum spatio facta sunt, *Et requievit Deus die
septimo (Gen. 2. 2)*; providentia autem illorum non
requievit. Hanc itaque providentiam operationem
vocat Christus, dicens: *Pater meus operatur, et
ego operor*, providens, curans, inquit, conservans,
contineus, nihil sineus diffusi. Dogmatum ergo recto-
rum demonstratione vel ex dictis accepta, accuratum
vitæ institutum et dogmatis congruum addamus:
quandoquidem non sufficit nobis ad salutem sola
receptorum dogmatum scientia, sed opus est vita quo-
que optima; ut per omnia Deo gloriam referentes,
promissa bona consequamur: cui gloria et imperium
in sæcula sæculorum, Amen.

HOMILIA X.

*Ejusdem homilia, habita in ecclesia Apostoli, postquam
episcopus paucis conclonatus fuerat, in illud: Mes-
sis quidem multa, operarii autem pauci (Matth.
9. 37).*

1. Senectus in Ecclesia utilis. Quomodo sit etiam utilis

juventus. — Vidistis senem eundem et juvenem; se-
nem corpore, juvenem animo? vidistis canitiem vi-
gentem et senectutem robore vigentem? Tales enim
sunt res nostræ, contra quam apud externos. Apud exter-
nos enim senectus inutilis est; ut miles qui ad illam

πόλις. Ὅτι δὲ ἐν ταῖς ἑπτὰ ἡμέραις, ὅθεν ἂν ποιησώμεθα τὴν ἀρχὴν, ἀνάγκη τὸ σάββατον ἐμπεσεῖν, παντὶ που δήλον. Ὅθεν δήλον, ὅτι ἐλύθη τὸ σάββατον. Πάλιν περιτέμνεσθαι ἐκέλευεν ἄνθρωπον τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ· ἀνάγκη καὶ ἐνταῦθα πάλιν τὸ σάββατον λύσεσθαι· τὸν γὰρ ἐν σαββάτῳ τεχθέντα ἀνάγκη τῷ ἑτέρῳ σαββάτῳ περιτμηθῆναι. Οἱ δὲ Ἰερεῖς καὶ μετὰ πλείονος τῆς περιουσίας αὐτὸ ἔλυον, [386] καὶ πάλιν θυσίαν ἐν σαββάτῳ κελεύομενοι ἀναφέρειν· ὅπου δὲ θυσία, καὶ ἐκδέρειν καὶ καίειν, καὶ ἐπιτιθέναί θυσιαστηρίῳ, καὶ ὑδροφορεῖν, καὶ ἕψα διακλῆν, καὶ τέφραν ἐκφέρειν, καὶ ἕτερα πλείονα ποιεῖν ἀνάγκη ἦν, καὶ διὰ τοῦτο τὸ σάββατον λύεσθαι. Μετὰ τούτων καὶ ἡ κτίσις αὐτῆ τὸ σάββατον ἔλυε· καὶ γὰρ ἤλιος ἐργάζεται ἐν σαββάτῳ, καὶ σελήνη τροχεῖ, καὶ ὁ ποικίλος τῶν ἄτρων φαίνει χορδῶν, καὶ ἄνεμοι πνέουσι, καὶ πηγάς βρῦουσι, καὶ ποταμοὶ ῥέουσι, καὶ θάλαττα κινεῖται, καὶ σπέρματα ἀναδίδονται καὶ φυτὰ, καὶ ἡ γῆ τίκτει καὶ τὰ ἄλογα ἅπαντα, ἔτι δὲ καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος. Οὐδέποτε γὰρ, γυναικὸς κυώσης ἐν σαββάτῳ, ἡ φύσις ἀνέμεινε τὸν νόμον, καὶ ἐξεδέξατο παρελθεῖν τὸ σάββατον, καὶ τότε λυθῆναι τὰς ὠδύνας, ἀλλὰ εἰργάζετο τὸ ἑαυτῆς ἔργον καὶ σαββάτου ὄντος. Καὶ αἱ ἄνω δὲ δυνάμεις ὑπηρετοῦνται ἐν σαββάτῳ, καὶ οὐ διαλιμπάνουσι τὴν διακονίαν τὴν ἑαυτῶν πληροῦσαι. Τίνος οὖν ἔνεκεν, εἰπέ μοι, τοσαύτας ἔχων ἀπολογίας ἀφορμὰς, οὐδεμίαν τούτων κέχρηται, οὐδὲ λέγει, Τί μοι ἐγκαλεῖτε, ὅτι λύω τὸ σάββατον; καὶ γὰρ οἱ Ἰερεῖς ἐν Ἱερουσόλει ἔλυσαν, καὶ οἱ ἐν τῷ ἱερῷ λύουσι· τί μοι ἐγκαλεῖτε, ὅτι λύω σάββατον; καὶ γὰρ ἤλιος λύει καὶ σελήνη καὶ ἀστέραι καὶ πᾶσα ἡ κτίσις, καὶ ἡ ἄνω καὶ ἡ κάτω· ἀλλὰ πάντα ταῦτα ἀφείλ, ἐπὶ τὸν Πατέρα ἦλθεν, λέγων· Ὁ Πατὴρ μου ἐργάζεται, καὶ γὰρ ἐργάζομαι. Οὐ γὰρ δὴ ἀπολογήσασθαι ἐβούλετο μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἰσοτιμίαν δεῖξει. Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν, Ἐργάζομαι, καὶ γὰρ ἡ κτίσις ἐργάζεται· οὐ γὰρ ἦν τῆς κτίσεως· ἀλλ', Ἐργάζομαι, καὶ γὰρ ὁ Πατὴρ ἐργάζεται. Τῆς γὰρ φύσεως ἐκείνης ἦν καὶ τῆς ἐξουσίας.

8. Διὰ τοῦτο οὐχ ὡς τῆς κτίσεως ὡν ἀπολογεῖται, ἀλλ' ὡς ἐκείνου γέννημα γνήσιον. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι οὐ στοχασμὸς τὰ εἰρημένα, ἔλυσάν ποτε καὶ οἱ μαθηταὶ τὸ σάββατον τίλλοντες στάχτας καὶ ἐσθίοντες, καὶ ἐγκαλούντων τῶν Ἰουδαίων καὶ λέγοντων· Οὐχ ὄρξ ἐν σαββάτῳ τί οὗτοι ποιοῦσιν; οὐδαμῶς τοῦ Πατρὸς ἐμνήσθη ἐκεῖ, ἀλλὰ τί φησιν; *Ὅν ἀνέγνωτε τί ἐποίησεν Δαυὶδ, ὅτε ἐπεινάσε; πῶς εἰσηλθεῖν^b, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἐφαγεν, οὐκ οὐκ ἔξεν αὐτῷ ἦν φαγεῖν καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ; οὐκ ἀνέγνωτε ὅτι οἱ ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ τὸ σάββατον βεβηλοῦσι, καὶ ἀνατίοι εἰσιν;* Ὅρξ πῶς, ὅτε μὲν ὑπὲρ τῶν δούλων ποιεῖται τὸν λό-

^a Delendum καὶ ut legatur ἔλυον πάλιν θυσίαν....

^b Hibi. πῶς εἰσηλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ.

pacto multa sunt ingenita : ut cum prophetæ dicunt, speciatimque Daniel : *Aspicebam quatuor bestias excurrentes de mari : et erat prima bestia quasi leæna, et alæ ejus sicut aquilæ (Dan. 7. 3. 4)*. Et ubi, quæso, vidisti leænam feram illa forma? ubi vidisti feram, quæ habeat unguis ferreos et dentes æreos? Hæc certe secundum visionem descripsit propheta, sed nunquam fuere, nec futura sunt; sed est bestia illa ingenta, neque unquam facta, sed tantum nominata. Quæ unquam mulieres fuerunt alis instructæ quales vidit Zacharias (*Zach. 5. 9*)? ubi vidisti pardalim alas habentem? Hæc porro omnia enarravit beatus Daniel (*Dan. c. 7*). Aut ubi vidisti statuam ex auro, argento, ære, ferro, testa factam, qualem vidit Daniel? Unumquodque horum est ingenitum; neque enim unquam factum est: sed descriptum est ut fictio et visio. Ne itaque putes te magnum quidpiam Patri tribuere, cum dicis illum ingenitum, quandoquidem multa alia, quæ nunquam fuere, ingenita dicuntur. Novi profundum esse sermonem; sed ut hæreticam nequitiam confutarem, eo deductus sum. Dicitur quoque homo non genitus, qui natus non sit. Atqui si natus non est, inquires, quomodo id dicitur? Hominem tibi monstrabo non genitum: Servator enim ait de Juda proditore: *Væ homini illi per quem Filius hominis tradetur! bonum ei erat, si natus non fuisset (Matth. 26. 24)*. Et quomodo bonum ei erat? si namque qui non existit nihil bonum, nihil damnosum. Salomon quoque beatum prædicat hominem, qui natus non fuerit, his verbis: *Beatus qui mortuus est, et magis quam qui vivit, et plus quam ambo qui natus non est (Eccl. 4. 2. 3)*. Sed si natus non est, quomodo beatus? Vide nomina ingenitæ naturæ. Dixit beatus hominem, qui nec natus nec formatus fuerit. Itaque ingeniti nomen naturam divinam non explicat, neque, ut tu dicis, ingenitam substantiam significat, neque Patri fert honorem;

cum apud prophetam alia nomina sint ingenitorum et genitorum, ut supra demonstravimus: sed quæ rem non factam esse tantum declarent. Verum dicamus illis cum Davide: *Narraverunt mihi iniqui sublationes, sed non ut lex tua, Domine (Psal. 118. 85)*. Petri vocem, Pauli doctrinam accipe: *Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula (Rom. 9. 5)*. Spiritus sanctus adoretur, celebretur, glorificetur. Ex divinis Scripturis de Deo loquimur, velint nolint inimici. Testis erit mihi Paulus dicens: *Nescitis quia templum Dei estis, et quis sit qui inhabitet? et, Spiritus Dei habitat in vobis (1. Cor. 3. 16)*. Aliud est ergo templum, et alius qui inhabitat. Non audisti Petrum dicentem: *Anania, cur tentavit satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto? et intulit, Non mentitus es hominibus, sed Deo (Act. 5. 3. 4)*. Sed dicunt hæretici: Non Spiritum vocavit Deum, sed id dicit, quia Spiritus a Deo missus est. Qui contumelia afficit, inquit, Spiritum, Deum multentem contumelia afficit. At, stulte et inconsiderate; atheo enim non alia appellatio competat, quam stulti: nam, *Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus (Psal. 13. 1)*: non dixit, ut tu cogitasti. Nam, si contumelia in Spiritum referretur in Deum ut mittentem, dicere oportuisset: Non mentitus es Spiritui, sed Deo. Verum hæc hæc hactenus: oportet enim sanctam Trinitatem apostolico choro concedere, quam Pater annuntiat. Trinitas apostolorum testis est cælestis Trinitatis. Choreas ergo sincere agamus, et dicamus: *Multi filii desertæ, magis quam ejus quæ habet virum (Isai. 54. 1)*; sive, quam omnis hæresis, quæ hominem doctorem habet, non Deum. Utinam vero precibus et orationibus communis patris et doctoris, cum apostolis et martyribus nos omnes in recta fide versemur, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium cum Patre et Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

IN SERMONEM DE MANSUETUDINE.

De hujus sermonis auctore multi, nec injuria, ni scitor, dubitarunt: absunt enim omnes Chrysostomi stili notæ. Hic frustra quæras sales, tropos, vim elegantiamque dicendi, quæ in sancti doctoris scriptis passim occurrunt. Quamobrem eum inter spuria ablegare

destinaveramus. Sed quia a quibusdam viris doctis tamquam germanus receptus est, aliis tamen reclamantibus, inter dubia locum habet.

Interpretatio Latina est incerti cujusdam.

DE MANSUETUDINE SERMO.

In quo differant fideles ab infidelibus. — Omnibus vobis perspicuum esse arbitror, quam conveniat iis qui divina prudenter audiunt eloquia, ut mores bonos et conversationem virtute præditam exercent. In hoc enim servi Christi eos, qui veritatem ignorant, potissimum antecellunt, si in mansuetudine converserentur et vitam agant sua religione dignam. Qui Christum ignorant, haud mirum, si mali sint moribusque damnatis: servus autem Christi magis a

morum mansuetudine, quam nomine quod ei parentes imposuerunt, vocandus est. Neque Deus homines ita diligit propter virginitatem, jejunium, contemptum divitiarum, hilarem eleemosynarum dationem, ut propter mites beneque compositos mores: tamen si et illud alacriter suppeditare indigentibus non aliunde proficiscitur et conceditur iis qui Christam diligunt, quam a mansuetudine. Ut enim a fonte rivus, sic a morum suavitate cura pauperum profluit. Facile enim

ad misericordiam mansueti et æquabiles trahuntur omnes, neque ferre possunt contemni pauperes, sed aliorum inopiam iam arbitrantur calamitatem. Propterea invidia possima omnium affectionum est; neque unquam gravem illum morbum in animum suam admittit vir benignus et mitis; sed si viderit fratres honoratos, congauget ac gratulatur, aliorum gloriam suam putans: alioquin amicorum omnia communia censens, in bonis quidem congauget, in tristibus vero condolet. Hæc enim mansuetudinis dona sunt, et talis mitium est vita: mitis orphanorum pater est, viduarum patronus, paupertatis curator, injuria affectorum adiutor, semper strenue agit quod justum est. Et filio reverendus est pater mitis et filius patri, et observandus domino est servus, et nihil ita conciliat domino familiares, ut quod illum vident erga omnes modeste se gerere, et mansuetudine cunctis jucundum: nam et talem majoris faciunt et admirantur, habentque pro patre, non pro domino.

Quæ bona pariat mansuetudo. — Age pro virili nostra diligenter inquiremus, quænam ex morum suavitate bona mansuetis proveniant. Gratus et amabilis est videntibus, gratus item iis quibus tantum nomine natus est: neque facile ullum invenies, qui audiens laudari hominem mansuetum, illum videre et exoculari non desideret, et non habeat in aliquanta lucri parte ejus amicitia posse frui. Quod si contingat aliquos propter opes inter sese dissidere, mox ad benignum et mansuetum illum properant, bona spe, quod ejus bonitate quicquid litium et contentionum est e medio tollatur. Rursus, si capitales inter se inimici sint, mansueti viri correptione placantur et mansuescunt, etiamsi natura in iram et furorem propensi sint. Qui vero aliter affecti sunt, si reconciliare inter se velint eos qui digladiantur et pugnant, nullo modo venerabiles possunt videri: sed in quavis causa aptior et magis idoneus ad persuadendum et consulendum est is, qui eas actiones quarum consilium dat primus aggreditur. Insuper quoniam exemplo suo magister est mansuetudinis, et ipse exemplo suo stabilit ea quæ tradit, simul ac apparet, mitigat etiam furibundos, neque multis ei verbis vel admonitionibus opus est, sed et pacem, priusquam loquatur, persuadet. Quemadmodum et solis jubar, ut primum apparet, fugat tenebras: ita mansuetus et benignus sua presentia res turbulentas componit quietasque ac tranquillitas reddit. Est autem et hoc dignum recenseri, quod Christus solum pacificos filios Dei vocat (*Math. 5. 9*). Et quare suum vocabulum mitibus communicat? Solus ille Filium Dei pro viribus imitatur, qui pacis et amicitiae auctor aliis fit. Nam sicut Christus Deus et omnium Dominus, in carne divina nobis apparens, sanctos angelos cum hominibus concordans effecit, qui quasi bello quodam a nobis dissidebant: ita et mansuetus homo fratres et cognatos et domesticos revereri leges et præceptum Dei, abjectisque inimicitiis gratiam mutuam redire facit. Porro quod in corporibus nostris nervi, hoc est mansuetus homo in domo et ecclesia et civitate. Paulus enim more suo fratres

vocat corpus et membra invicem (*Ephes. 4. 25*): qui autem divulsos et pugnantes coire facit in amicitiam, jam Pauli sermonem confirmat, qui suadet omnibus, ne ignorent membra sua neque mutuo se devorent. Unde verus est sermo ille, quod pacificator fratrum eandem virtutem habet in ecclesia et domo et civitate, quam habent in corporibus nervi, dum dispersa et invicem pugnantia conjungit et copulat. Verum hæc virtus tunc alicui data est, quando prius ipse mansuete vivere incipit: at qui facile in iram orumpit, vulgo ridiculus apparebit, si quando exasperatos alios placare attentat.

Irae quanta fœditas. — Jam quid deterius hominibus qui iræ serviunt? quis eos videns non avertit oculos? Vir iracundus insuavis est obviis, insuavis et vicinis: et si pecuniis enim carere contingat, non facile reperit qui ejus inopia succurrat. Communis est hostis et civium et peregrinorum: clamat, vociferatur, plagas occurrentibus intentat, dicenda loquitur et tacenda, aspectu torvo, inflata facie, lingua rabida, manibus ad omnia prorumpentibus, et, ut apparet, dæmone plenus: et si quis videat virum ita furere, dubitaverit an dæmonio agitetur miser, an voluntarie in tantam insaniam prosilierit? Ira voluntarius dæmon, insaniam spontanea, mentis est defectio: qui irascitur, diaboli ludibrium est, dæmonum officina, et nequitiae illorum dignus minister. Dic, obsecro, quid potissimum volunt dæmones, ut faciant homines? nonne ut exprobrent genitoribus? nonne ut pollutas manus parentibus inferant? nonne ut Deum blasphement? Hæc autem omnia irascentium sunt opera. Atque adeo ira servis suis facile impietatis auctor est: neque enim sibi ipsis facile imperare valent qui a furore et ira vincuntur; sed similes sunt navi, que in media tempestate a gubernatore destituta submergitur, undequeque in eam procellis ingressis. Ira enim quasi fulmen et tempestas quædam in animam irruit, servientemque sibi stupidum reddit et amentem. Quid igitur faciendum? Prudentis hominis fuerit, ut sibi ab hoc morbo caveat, mentem contineat et furorem sopiat Scripturarum admonitionibus, priusquam in iram inducatur. Nam si præstigiatorum incantamentis bestiae obtemperant: quid mirum si eloquia Christi ferocis animæ statim facile tranquillum et æquabilem reddant? *Omnis enim, inquit, amaritudo et ira et furor et clamor auferatur a vobis cum omni malitia. Estote invicem benigni, misericordes, condonantes vobis ipsis, si quis adversus aliquem habet reprehensionem: quemadmodum et Deus in Christo condonavit vobis. Sitis igitur imitatores Dei* (*Ephes. 4. 31. 32. et 5. 4*). Videtis qualis sit mansuetus: cujus vocetur imitator? non angelorum, non archangelorum, sed Domini universorum: tametsi etiam illi mitissimi sint, virtuteque omni pleni; Paulus tamen mites vocavit Dei imitatores, quo propo- sita tanti honoris magnitudine persuadent audientibus, ut sint mitissimi, ut omnes qui contumelia afficiuntur, vel aliud quiddam grave patiuntur, convicia atque alia moderate ferant, imperantesque iræ,

οὐκ ἀνάσχοιτο περιβεῖν τὸν ἐν ἐνδρα καθεστῆκότας, ἑαυτοῦ νομίζων συμφορὰν τὴν πενίαν τῶν ἄλλων. Ἔστι τοίνυν φθόνος μὲν ἀπάντων κάκιστος· ἀνὴρ δὲ χρηστὸς καὶ πρῶτος οὐ παραδέχεται τῇ ψυχῇ τὸ πονηρὸν τοῦτο νόσημα, ἀλλὰ τοὺς εὐδοκίμουτας ἀδελφούς ὁρῶν, συγχαίρει καὶ συνῆθεται, ἑαυτοῦ νομίζων εὐδοξίαν τὴν τῶν ἄλλων εὐδοξίαν, κοινὰ τὰ εἰς φίλων ἡγούμενος, ἐν μὲν τοῖς ἀγαθοῖς συγχαίρων, ἐν δὲ τοῖς λυπηροῖς συναλγῶν. Τοιαῦτα τὰ τῆς πραότητος δῶρα, τοιοῦτος ὁ βίος τῶν ἐν ἐπιεικείᾳ συζώντων· ὁ πρῶτος ὄφρα τῶν πατέρων, χρηρῶν προστάτης, πενίας [423] κηδεμών, ἀδικουμένων βοηθός, πανταχοῦ ποιῶν τοῦ δικαίου τὸ κράτος. Καὶ παιδίον· πατὴρ αἰδέσιμος ὁ πραότητι συζῶν, καὶ παῖς πατρὶ, καὶ δούλος δεσπότη, καὶ τὸν δεσπότην οὐδὲν ἕτερον τῆς παρὰ τὸν οἰκίαν ἐνόησας ἀπολαύει ποιεῖ. Ὅταν γὰρ ἴδωσιν αὐτὸν ἐπιεικείᾳ χαίροντα, καὶ πρῶτος ἅπασι προσφερόμενος, περὶ πολλοῦ ποιοῦνται καὶ θαυμάζουσι, πατέρα μᾶλλον ἢ δεσπότην τὸν κεκτημένον νομίζοντες.

Φέρε δὴ, κατὰ δύναμιν ἡμετέραν ἀκριβῶς ἐξετάσωμεν, ὅσα τοῖς ἐπιεικείᾳ ἐκ τῆς τῶν ἡθῶν ἡμερότητας ἀγαθὰ περιγίνεται. Οὐκοῦν ὁ πρῶτος φίλος μὲν τοῖς ὁρώσι, φίλος δὲ καὶ τοῖς ἀκοῆ γνωρίμοις· καὶ οὐδαίς ἐστιν ὅς ἡμερον ἄνθρωπον ἐπαινούμενον ἀκούων, οὐκ ἂν ἐπιθυμήσειεν ἰδεῖν καὶ ἀσπασάσθαι καὶ συνεχῶς ὁρᾶν, ἐν κέρθους μέρει τὴν τοῦ τοιοῦτου φίλιαν ποιούμενος. Κἂν ὑπὲρ χρημάτων τινὲς πρὸς ἀλλήλους διενεχθῶσιν, ἐπὶ τὸν χρηστὸν καὶ πρῶτον ἐπείγονται, νομίζοντες πᾶσαν ἔριν καὶ φιλονεικίαν λυθῆσεσθαι ταχέως ὑπὸ τῆς ἐκείνου χρηστότητας. Καὶ γὰρ ἂν συμβῆ τὸς ἀνθρώπους φιλέθρους ἔχειν πρὸς ἀλλήλους, ἢ τοῦ δικαίοντος ἡμερότης ὁσωπεῖ γενέσθαι πρῶτος τοὺς ῥαδίως εἰς ὄργην καὶ θυμὸν ἐκφερομένους. Ἄν δὲ ἄλλοι φανῶσι τινες εἰς φίλιαν ἄγειν τοὺς μαχομένους ἐθέλοντες, οὐκ ἂν δυνηθεῖεν αἰδέσιμοι φαίνεσθαι. Ἐφ' ἐκάστου γὰρ οἶμαι τῶν πραγμάτων σύμβουλος πιδανός ὁ πρῶτος τῶν πράξεων, ὃν ἔχεσθαι συνεδούλευσεν, ἀπτόμενος. Ὅταν οὖν ὁ τῆς ἐπιεικείας διδάσκαλος πρῶτος φανῆ τὰ παραγγέλματα βεβαιῶν, ἅμα τὸ φῶθι καὶ τοὺς μεμνηστας ἡμέρωσε, καὶ οὐδὲν αὐτῷ δεῖ νοουθεσίας καὶ λόγων, ἀλλὰ πρὶν τι φθέγγασθαι, τὴν εἰρήνην εἰσῆγαγεν. Καὶ ὡσπερ ἀκτὶς ἡλίου φανείσα, τὸ σκότος ἀπελαύνει ταχέως· οὕτως ὁ χρηστὸς καὶ πρῶτος τὴν ταρχὴν καὶ τὴν μάχην εἰς εἰρήνην καὶ ἡσυχίαν μεταρρυθμίζει ταχέως. Ἄξιον τοίνυν κάκεινο ἐπισημῆνασθαι, ὅτι μόνους τοὺς ἐιρηνικοὺς τὸν τρόπον υἱοὺς εἶναι τοῦ Θεοῦ φησὶν ὁ Χριστός. Τίνος οὖν ἕνεκα τῆς προσγορίας τῆς οἰκίας μόνους ἐπιεικείᾳ μετέδωκεν; Ὅτι μόνος ὁ φίλιος καὶ εἰρήνης αἴτιος τοῖς ἄλλοις καθιστάμενος, τὸν ὕδιν τοῦ Θεοῦ μιμεῖται κατὰ δύναμιν. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ὡς Θεὸς καὶ τῶν ὄλων κύριος τοὺς ἀγίους ἀγγέλους ἐκπεπολεμημένους τοῖς ἀνθρώποις εἰς φίλιαν συνεκέρρασεν, ἐπιφανέως ἡμῖν διὰ τῆς θείας αὐτοῦ σαρκός· χρηστὸς δὲ ἀνθρώπος ἀδελφούς καὶ συγγενεῖς καὶ οἰκείους πολεμοῦντας· ἀλλήλοις, αἰδεῖσθαι πείθει τοὺς νόμους τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ἔχθραν ἀπορρίψαντας φιλεῖν ἀλλήλους κατὰ τὸ θεῖον ἐπίταγμα. Καὶ μὴν, ὅπερ ἐν τοῖς σώμασι τοῖς ἡμετέροις τὰ νεῦρα, τοῦτο χρηστὸς ἀνθρώπος ἐν εὐκείᾳ καὶ ἐκκλησίᾳ καὶ πόλει. Σῶμα μὲν γὰρ καὶ μέλη ἀλλήλων ἕως ὀνομάζειν τῷ Παύλῳ τοὺς ἀδελφούς· ὁ δὲ τοὺς διεσπασμένους καὶ μαχομένους εἰς φίλιαν ἄγων, ἐβεβαίωσε τοῦ Παύλου τὸν λόγον, κείθων ἔπαντας μὴ ἀγνοεῖν τὰ μέλη, μηδὲ κατεσθίειν ἀλλή-

* Sic e Savillo correclum. Legebatur παιδίων. Edit.

λους. Οὐκοῦν ἀληθῆς ὁ λόγος ἐκεῖνος· ὥστε τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν ἐν ἐκκλησίᾳ καὶ οἰκίᾳ καὶ πόλει ὁ τῆς εἰρήνης αἴτιος τοῖς ἀδελφοῖς καθιστάμενος, ἢν ἔχει δύναμιν ἐν τοῖς σώμασι τὰ νεῦρα, συγκολλῶν καὶ συνάπτων τοὺς διεσπασμένους καὶ πολεμοῦντας ἀλλήλοις. Ταύτην μέντοι λαμβάνει τὴν δύναμιν ἐπὶ τῶν [424] ἄλλων ἕκαστος, ὅταν αὐτὸς φανῆ πρῶτος ἐπιεικείᾳ συζῶν· ὁ δὲ ῥαδίως εἰς ὄργην ἐκφερόμενος, καταγέλαστος εἶναι δόξειεν ἂν τοῖς πολλοῖς, ὅταν ἐπιχειρῇ τοὺς θυμουμένους πραθνεῖν. Τί γὰρ ἂν γένοιτο χεῖρον ὄργῃ δουλεύοντων ἀνθρώπων; τίς δὲ τὸν τοιοῦτον ὁρῶν, οὐκ ἀποστρέφει τοὺς ὀφθαλμούς; Ἄνθρω ὄργιλος ἀηδὴς μὲν τοῖς ἀπαντῶσιν, ἀηδὴς δὲ τοῖς γείτοσι, κἂν εἰς χρείαν καταστῆ χρημάτων, οὐ ῥαδίως εὐπορεῖ τῶν κουφίζοντων τὴν πενίαν· κοινός ἐστι πολέμιος καὶ πολιτῶν καὶ ξένων, βῶν καὶ κεκτραγῶσι, πληγὰς τοῖς ἀπαντῶσιν ἐνταῖνον, ῥητὰ καὶ ἄρητὰ λέγων· τῷ τοιοῦτῳ τὸ βλέμμα ταραττεται, τὸ πρόσωπον οἰδαίνει, ἢ γλῶσσα λυσοῖται, ῥαδίως αἱ χεῖρες ἐπὶ πάντα φέρονται, τὰ τῶν δαιμονῶντων ὁ τοιοῦτος ἐργάζεται· καὶ τις ὁρῶν θυμούμενον ἄνθρωπον, ἀπορήσειεν ἂν εἴτε ὁ δαίμων ἐλαύνει τὸν ἄθλιον, εἴτε ἐκὼν εἰς τοσαύτην ἐξηνέθητο μανίαν. Ὅργῃ δαίμων ἐκούσιος, αὐθαίρετος μανία, ἐρημία φρενῶν· ὁ θυμούμενος τοῦ διαδόλου παίγων, ἐργαστήριον δαιμόνων, τῆς ἐκείνων πονηρίας ὑπέρτης ἀξίος. Εἰπέ μοι, τί μάλιστα βούλονται τοὺς ἀνθρώπους οἱ δαίμονες ἐργάζεσθαι; οὐχὶ γονέας ὑβρίζειν; οὐχὶ τὰς μισαρὰς χεῖρας τοῖς γεγεννηκόσιν ἐπάγειν; οὐχὶ βλασφημεῖν τὸν Θεόν; Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα τῶν θυμουμένων ἔργα. Ὅστε καὶ ἀσεβείας ὁ θυμὸς ῥαδίως αἴτιος γίνεται τοῖς ὄργῃ δουλεύουσιν· οὐδὲ γὰρ κρατεῖ αὐτοὺς δύνανται ταχέως οἱ δεδωκότες ἑαυτοὺς τῷ θυμῷ· ἀλλ' ὡσπερ ἐν χειμῶνι καὶ ζάλῃ θαλάττης, κυβερνήτου μὴ παρόντος, παραλαμβάνοντα τὰ κύματα τὴν ναῦν ἐρημον ὑποδρύχιον ποιεῖ ταχέως· οὕτως ὁ θυμὸς ὡσπερ τις σκηπτός καὶ χειμῶν ἐμπροσθεν τῇ ψυχῇ, ἐκφρονα καὶ παραπλήγη ποιεῖ ταχέως ἐν αὐτῷ δουλεύοντα. Τί οὖν, εὐ φρονούντων ἀνθρώπων ἐστὶ προαστατέλειον τὸ νόσημα, καὶ πρὶν εἰς ὄργην ἐξενηθῆναι, κατέχειν τὴν ψυχὴν, καὶ ταῖς ἀπὸ τῆς Γραφῆς νοουθεσίας κοιμίζει τὸν θυμόν. Εἰ γὰρ τῶν γοητῶν ἐπιφθαῖς εἶκει τὰ θηρία ῥαδίως, τίθαυμάζεις εἰ τὰ λόγια τοῦ Χριστοῦ ψυχὴν ἀγριάνουσαν εἰς γαλήνην καὶ ἰσχυρίαν μεταρρυθμίζει ταχέως; Πᾶσα, φησὶ, *πικρία καὶ ὀργὴ καὶ θυμὸς καὶ κραυγὴ ἀρθήτω ἀπ' ὕμων, σὺν πάσῃ κακίᾳ· γίνεσθε δὲ εἰς ἀλλήλους χρηστοί, εὐσπλαγχοί, χαρίζεσθε ἑαυτοῖς· ἕαν τις πρὸς τινα ἔχη μομφήν, καθὼς καὶ ὁ Θεὸς ἐν Χριστῷ ἔχαρισατο ὑμῖν. Γίνεσθε οὖν μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ.* Ὅρατε οὗτος ἐστὶν ὁ πρῶτος; τίνας ὀνομάζεται μιμητής; οὐκ ἀγγέλων, οὐκ ἀρχαγγέλων, ἀλλὰ τοῦ δεσπότου τῶν ὄλων. Καίτοι κάκεινος πράτταται καὶ πάσης ἀρετῆς γέμοντες· ἀλλ' ὁμοῦς ὁ Παῦλος ζηλωτὰς Θεοῦ τοὺς ἡμέρους ὀνόμασεν, ἵνα διὰ τοῦ μεγέθους τῆς τιμῆς πραοτάτους εἶναι παιδεύσῃ τοὺς ἀκούοντας, ἵνα πᾶς ὁ ὑβριζόμενος ἢ ἄλλο τι πάσχων θειῶν, πρῶτος ἐνέγκῃ τὰς λοιδορίας, καὶ κρατήσῃ τῆς ὀργῆς, ὡς τῷ Θεῷ μέλλων ἀκολουθεῖν ἐν τῷ κρατεῖν τῆς ὀργῆς. Τίνα γὰρ δὴ τὰ Θεοῦ; Ἄνωθεν μὲν ἅπαντα καὶ ὄρα καὶ ἀκούει, ἐν δὲ τοῖς ἐπὶ γῆς καὶ λεγομένοις καὶ πρατομένοις ἀδικήματα πολλά. Εἰαὶ δὲ τινες εἰς τοσοῦτον ἤκοντες ἀσεβείας, ὡς καὶ βλασφημεῖν τὸν Θεόν, ὅταν τι παρὰ τῶν πραγμάτων λυπῶνται, καὶ βλέποντες εἰς τὸν οὐρανὸν, οὐδενὸς ἀπέχονται ῥήματος· [425] ὁ δὲ Θεὸς ἀνέχε-

ται, καὶ τοσαύτην ἔχων δύναμιν τοῦ λαμβάνειν δίκην παρὰ τῶν ἀσεβούντων, οὐ λαμβάνει^a; Ἐὶ δὲ πάντας τοὺς ἀμαρτάνοντας ἐκόλαζεν ὁ Θεός, σφόδρα ἂν ὀλίγον ἦν τὸ σωζόμενον, καὶ οὐδ' ἂν ἐξήρουν οἱ ζῶντες πρὸς τὰς ταφάς. Διὰ τοῦτο φησὶν ὁ Δαυὶδ· Ἐὰν ἀνομιὰς παρὰ τῆς ἁγίας, Κύριε, Κύριε, τίς ὑποστήσεται; οὕτως παρὰ σοὶ ὁ ἰλασμός ἐστι. Νῦν δὲ καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ δεικνύει τὴν ἑαυτοῦ φιλανθρωπίαν ὁ Θεός, τῷ μηδὲ δικαίως κολάζειν. Ὅστις οὖν εὐκταῖ βούλεται τῷ Θεῷ, κατὰ δύναμιν ἀνθρωπίνην πρῶτος ἔστω καὶ ἡμέρος, καὶ φερέτω γενναίως, ὅταν τι πάσῃ παρὰ τῶν ἄλλων δεῖνόν. Ἀγαπάτε, φησὶ, τοὺς ἐχθρούς ὑμῶν, καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρευζόντων ὑμᾶς καὶ διωκόντων ὑμᾶς, ὅπως γένησθε ὅμοιοι τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροῦς καὶ ἀγαθοῦς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους.

Πολλοὶ μὲν οὖν εἰσὶν ἀρετὰ Χριστιανοὶς ἀνδράσι πρέπουσαι, μειζῶν δὲ ἀπασῶν ἡ πραότης· τοὺς γὰρ ἐν ταύτῃ διαλάμπουσα· μόνους τοῦ Θεοῦ ζηλωτὰς ὁ Χριστὸς ὀνομάζει. Προσέχει τοίνυν ἡμᾶς, ὅταν ὑβρίζῃ τις ἢ τύπη ἢ ἄλλο τι πράττῃ δεῖνόν, ἡσυχάζουσα ψυχὴ πάντα γενναίως ὑπομένειν, ἐνθυμουμένους ὅτι τοῦ Θεοῦ μιμητὰς ἢ πραότες ποιεῖ. Καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Δεσπότης καὶ Σωτὴρ ἡμῶν ὑβριζόμενος, πληγὰς λαμβάνων, προσήλυτος ὡς ἄνθρωπος, σταυρούμενος, πρῶτος ἤνεγκε τὴν Ἰουδαίων μανίαν, καὶ τοσαύτην ἔχων δύναμιν τοῦ λαβεῖν δίκην παρὰ τῶν ἀσεβούντων, οὐκ ἔλαβεν, ἀλλὰ τὴν μὲν δύναμιν ἔδειξεν ἐν τῷ σείσαι τὴν γῆν καὶ νεκροὺς ἀναστήσαι καὶ κρῦσαι τὸν ἥλιον καὶ νύκτα τὴν ἡμέραν ποιῆσαι, τὴν δὲ πραότητα καὶ φιλανθρωπίαν ἐν τῷ μηδένα τῶν ἡσθεκίτων κολᾶσαι· ἵνα μάθωσιν ἅπαντες οἱ τὰς ἀσεβείας χεῖρας προσάγοντες τῷ Δεσπότη, ὅτι βράδιως ἂν τοὺς μακέντας ἐκόλαζεν ὁ βράδιως οὕτω σείσας τὴν γῆν καὶ τὸν ἥλιον ἐξαίφνης ἀφανῆ γενέσθαι προστάξας· νῦν δὲ ἐπειδὴ περ ἔστιν ἡμέρος, καὶ πρῶτος φέρει τὴν μανίαν τῶν ἀσεβῶν, οὐκ αὐτὸς μόνος ἡμέρωσ ἠνέσχετο τῶν σταυρούντων, τῶν βλασφημούντων, ἀλλὰ καὶ τὸν Πατέρα παρεκάλει, μὴ χρεῖσασθαι κατὰ τῶν ἀσεβῶν τοῖς οὐρανοῖς βέλεσιν. Ὅταν οὖν σοὶ πάσῃ δεῖνόν καὶ ἀφόρητόν τι ὀργὴ παραστῆ καὶ θυμὸς, ἀναμνήσθητι τῆς τοῦ Χριστοῦ πραότητος, καὶ ταχέως ἡμέρος ἔση καὶ πρῶτος, οὐκ αὐτὸς μόνος ἐκ τῆς ἡμερότητος τὰ μέγιστα κερδαίνων, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐχθρὸν ὠφελῶν καὶ χρησιδὸν εἶναι παιδεύων. Ὅταν γὰρ ἴδῃ σὲ τὸν τὰ ἔσχατα πάσῃ πρῶτος, τῆς ὀργῆς ἀνεχόμενος, ταχέως καὶ αὐτὸς ἐπιεικὴς ἔσται καὶ χρηστός, καὶ τὸν θυμὸν ἀποβρίψας, ζηλωτῆς ἐπιθυμήσει γενέσθαι τῆς σῆς ἡμερότητος. Ὅστις οὖν ἐθέλοι τοὺς θυμουμένους νικᾶν, γενναίως φερέτω τὰς ὑβρεῖς καὶ τὰς πληγὰς, καὶ πολλὴν ὕψεται μεταβολὴν τοῦ μεμνηνότες καὶ τύπτοντος· ἂν δὲ καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῆς ὀργῆς ἠττηθείς, τοῖς ἰσοῖς ἀμύνασθαι σπουδάζῃ τὸν ἐχθρὸν, οὐδέποτε πέρας ἔσται τῆς ὀργῆς καὶ τῆς μάχης, ἀλλ' αἰεὶ μεμνηνότες καὶ νικᾶν ἀλλήλους ἐπιθυμούντες ταῖς ληϊδορίας καὶ ταῖς πληγαῖς, εἰς ἀπέραντον πολέμον καὶ μάχην ἐκφέρουσι, ἐπιβουλεύοντες ἀλλήλους, συκοφαντίας ἀνάπτοντες, ἐπιωρεῖν τολμῶντες, ἂ μῆτε ἐωράκασι μῆτε ἀκηκόασι κατηγορεῖν μελετώντες, ἐν ἡμέρᾳ μὲν ὡσπερ κύνες λυτῶντες, καὶ ζητούντες τὸν ἐχθρὸν, τῆς δὲ νυκτὸς τὸ πλεῖστον ἀναλίσκοντες ἐν τῷ βουλεύεσθαι τι κακὸν καὶ βράπτειν ἐπι-

βουλάς [426] τοῖς τοιούτοις οὐδὲ ὕπνος καθαρεῖ παθημάτων, ἀλλὰ τὸν ἐχθρὸν παρεῖναι καὶ λοιδορεῖσθαι καὶ τύπτειν νομίζοντες, ἐκ τῶν ὑπῶν ἀναπηθῶσιν, ἐρίωντες τῆς ἀλλήλων σφαγῆς πλέον ἢ τραπέζης· ἔταροι δὲ ὑπὸ τῆς ὀργῆς μεθύοντες, συκοφάντας μισθοῦμενοι, καὶ πράγματα ἀμύθητα παρέχοντες ἀλλήλοις, ὅσῃ ἂν πλείω κακὰ παράσχωσιν ἀλλήλους, τοσοῦτον μᾶλλον εἰς μανίαν ἐρεθίζόμενοι. Ὅπερ γὰρ φασὶ τοὺς μεθύοντας πάσχειν, ὑπὸ τῆς ἀπλήστου μεθῆς εἰς χαλεπωτέραν διψάν ἐκφύρεσθαι, τοῦτο πάσχοιεν οἱ δουλεύοντες ὀργῇ, ὑπὸ τῆς ἀμέτρου φιλονεικίας· εἰς μείζον καὶ χαλεπωτέραν ἐκφερόμενοι μανίαν· ὁ μὲν δούλων ἐκάλεσεν, ὁ δὲ πόρνης υἱὸν, ὁ μὲν ἀνόητον, ὁ δὲ μαινόμενον, ὁ μὲν κλέπτην καὶ ἀδικον, ὁ δὲ πάσης πονηρίας ἀνάμεστον. Εἴτα ὑπὸ τῆς ὀργῆς μεθύοντες, συμπλακέντες ἀλλήλους, μικροῦ δεῖν τὰ θηρία μιμούνται. τύπτοντες, λακτιζόντες, δάκνοντες, κατακόπτοντες τὰ σώματα, οὐδεὶς φειδόμενος, οὐκ ὀφθαλμῶν, οὐκ ὤτων, οὐ βίνους, οὐ προσώπου, οὐκ ἄλλου μέλους τινός, ἀλλὰ συβραγέντες ἀλλήλους καὶ κατακόφοντες ἑαυτοῦς, καὶ τί κακὸν οὐ ποιήσαντες; ἀναχωροῦσιν ἐκ τῆς μάχης, οἱ μὲν ὀφθαλμῶν ἐκκοπέντες, οἱ δὲ χεῖλη, οἱ δὲ ἄλλο τι τοῦ σώματος μέρος· πλέον τὴν ψυχὴν ἢ τὸ σῶμα διεφθαρμένοι, μεμνηνότες, παραρρονοῦντες, λυτῶντες, ἀγνοοῦντες τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος, τὸν κελεύοντα βαπτίζομένους καὶ τυπτομένους καὶ τὰ ἄλλα πάσχοντας, ἡσυχάζουσα τῇ ψυχῇ πάντα φέρειν γενναίως, καὶ νικᾶν τῇ πραότητι τὸν τῶν ἀδικούντων θυμὸν. Ὅ γὰρ τοῦτο ποιεῖν ἀπαιτεῖται μὲν ὑπ' ἀνθρώπων, στεφανοῦται δὲ ὑπὸ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος. Διόπερ χρεῖ καρτερεῖν, καὶ τῶν ὀργιζομένων ἡμέρωσ ἀνέχεσθαι, βλέποντας πρὸς τὸν στέφανον, ὃν ὁ Θεός ἐτοιμάζει τοῖς ἐπιεικῆσι καὶ χρηστοῖς. Ἄστοπον γὰρ τοὺς μὲν γυμνικῶν ἀγῶνων ἀθλητὰς καὶ κονιορτοῦ καὶ πληγῶν καὶ τραυματῶν ἀνεχέσθαι, πρὸς δόξαν κενὴν καὶ στέφανον οὐδεὶς ἔβριον βλέποντας· ἡμᾶς δὲ τοὺς ὑπὸ Χριστοῦ στεφανοῦσθαι μιλωντας μὴ κρατεῖν ὀργῆς, μηδὲ πάντα φερεῖν γενναίως, ἀλλὰ βραχεῖαν ἡδονὴν καὶ θυμὸν ἀδικον τῆς ἐν οὐρανοῖς προτιμᾶν τιμῆς τε καὶ εὐδοξίας. Καὶ μὴν κάκενὸν γε ἔβριον, ὅτι πολλῶν δυνάτων καὶ μεγάλων, οἷς ὁ τῶν δικαίων κεκόσμηται βίος, τοῦτο πρὸ τῶν ἄλλων λαμπροῦς πεποίηκε τοὺς ἀνδρας, τὸ χρηστότητι συζῆν καὶ τοῖς ἰσικῶσιν ἡμέρωσ προσφύρεσθαι. Τούτῳ μὲν γὰρ ὁ Μωϋσῆς πρῶτος ἀνεχόμενος τῆς τῶν Ἰουδαίων μανίας, καὶ ταῖς εὐχαῖς τοὺς ἐχθροὺς διασώζων, τῆς ἐν οὐρανοῖς τιμῆς τε καὶ εὐδοξίας πρὸ τῶν ἄλλων ἀπῆλασεν, καὶ τοῦ Θεοῦ φίλος ἐκλήθη· τούτῳ δὲ ὁ Δαυὶδ τῶν ἐχθρῶν καὶ πολεμίων φειτάμενος, εἰς πολλὴν εὐνοίαν καὶ φιλίαν τὸν Θεὸν ἐπεσπάσατο. Ἄπαντα μὲν γὰρ ἀνθρώπων τοῦτο κοσμεῖν δύναται, διαφερόντως δὲ τοὺς ἐν ταῖς ἐξουσίαις. Τὸ γὰρ, πάντα ποιεῖν ἐπιτροπούσης τῆς βασιλείας, κατέχειν ἑαυτὸν, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον ἡγεμόνα ποιεῖσθαι τῶν ἔργων, μέγα μὲν εἰς εὐφρομίαν τε καὶ δόξαν^b. Καὶ μὴν καὶ Παῦλος καὶ Πέτρος τῆς οὐρανιας ἀψίδος ἀψάμενοι διὰ τὴν ἀρετὴν, ἧ συνεζήσαν, ἀπὸ τῆς ἡμερότητος μᾶλλον ἢ τῶν ἄλλων ἐξέλαμψαν ἀγαθῶν. τοὺς λοιδορούντας τιμῶντες, τοὺς ἐχθροὺς εὐ ποιοῦντες, [427] τοὺς καταλιθάσαντας πολλάκις ταῖς εὐχαῖς διατύζοντες· ἤδισαν γὰρ τοῦτο μάλιστα κεχαριτωμένον τῷ Θεῷ ποιοῦντες, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ἐν οὐρανοῖς θαυμαζόμενον. Δι' ὅπερ αὐτοῖ γὰρ τὸν ἑαυτῶν βίον ἡμέρῳ

^a Sic Savil. I. egeatur οὐ δύναται λαμβάνειν.

^b Videtur aliquid deesse.

Deum imitentur. Jam quænam sunt illa quæ Dei? In his enim quæ in supernis sunt, omnia et videt et audit: in iis vero quæ super terram et fiunt, et dicuntur, iniustitiæ multæ. Quippe sunt nonnulli qui in tantam pervenerunt impietatem, ut et Deum blasphemant, si quando in re aliqua contristentur, et in cælum respicientes, a nullis absteineant verbis: Deus tamen fert, quanvis tantam habeat potestatem deinique agentibus pœnam sumendi. Quod si omnes peccatores punire vellet Deus, perquam pauci salvarentur, nec sufficerent ad sepulturas homines: unde et David dicit, *Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit? quoniam apud te propitiatio est (Psal. 129. 3)*. Et in illo ostendit misericordiam suam, eo quod ne juste quidem punit. Igitur quisquis assimilari vult Deo, pro virili mansuetus sit ac mitis feratque fortiter, si quid gravius ab aliis patiatur. *Diligite, inquit, inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt, orate pro iis qui vos lædunt et insectantur, ut sicut similes Patri vestro qui est in cælis, qui solem suum oriri facit super malos et bonos, et pluit super iustos et iniustos (Luc. 6. 27. 28. et Math. 5. 44. 45)*.

Mansueti Dei imitatores. Mansuetudo Christi imitanda. Pagnarum quanta miseria. — Et multæ quidem sunt virtutes quæ Christianum virum decent, maxima autem omnium mansuetudo: nam eos solos, qui hac conspicui sunt, Dei imitatores Christus nominat. Proinde congruum est, ut quando quis contumelia nos afficit, vel verberat vel alia ratione affligit, sustineamus omnia mansuete et patienter, considerantes quod Dei imitatores mansuetudo facit. Etenim ipse Dominus et Salvator noster contumeliis affectus, verberatus, cruci clavis affixus, leniter tulit Judæorum furorem; et licet posset de impiis vindictam sumere, non sumpsit tamen, sed virtutem suam ostendit eo quod concussit terram, et mortuos suscitavit, et obscuravit solem, et noctem ex die fecit: mansuetudinem autem et misericordiam declaravit, quia nullum ex iis qui impie egerant punivit: ut discerent omnes, qui impias manus intulerant Domino, quam non fuisset ei difficile ipsos punire, qui tam facile terram commovit et solem repente obscurari præcepit. Et quia tam mansuetus fuit ipse, ut non solum mansuete tulerit eos qui crucifigebant et blasphemabant, sed et Patrem obsecraverit, ne cælestibus adversus impios telis uteretur: idcirco, cum et tibi grave aliquod et durum ferenti subrepunt furor et ira, recordare mansuetudinis Christi, et statim mansuetus eris ac clemens: et non solum tibi ipsi benignitate tua plurimum lucri facies, sed et inimicis proderis plurimum, erudiens illos ut ipsi benigni fiant. Videntes enim te extrema sustinere et iram mansuete ferre, statimposito furore mansueti et lenes ipsi fient, mansuetudinisque tuæ imitatores esse cupient. Proinde quisquis iracundos vincere voluerit, fortiter ferat injurias et verbera, magnamque ejus qui verberibus in se sæviebat conversionem videbit. At si etiam ipse ab ira vinceris, studens inimicum pari insania ulcisci, nullus unquam irarum et pugnarum erit finis; sed semper qui insaniunt et

rabidi sunt, et vincere alios conviciis et verberibus cogitant, in immensum bellum et pugnam erumpunt, mutuo insidiantur, calumnias struunt, pejerare audent, et accusationes meditantur eorum quæ neque viderunt neque audierunt: in die quidem sicut canes rabidi et quærentes inimicum, noctem autem cogitando læsumentes, quomodo malum aliquod machinentur et insidias parent. Talibus neque somnus vitiosis affectibus vacat, sed putant quod adhuc adsit inimicus et crimentur et percutiant; et e somnis repente evigilantes, magis cædem mutuum, quam epulas diligunt. Alii vero ira ebrii calumniatores mercede conducunt, infandæque inter se agunt opera: et quanto pluribus malis sese irritarunt, tanto majore insania furunt. Nam quod ebrios dicunt ob insatiabilem ebrietatem ardentius sitire, hoc et iracundis usu eventit, qui in perniciosiorem rœunt insaniam propter inexpectabilem contendendi libidinem. Hic vocavit servum, alius scorti filium; ille insipientem, iste insanum: est qui furem et injustam, alius plenum omni malo. Dein ira ebrii confligit inter se, et parum abest quin bestiarum mores imitentur, percutiunt, calcitrant, mordent, conscindunt invicem corpora, nulli parti parcunt, non oculis, non auribus, non naribus, non faciei, non alii cuiquam membro, sed conflictantes inter se concidunt et pessumdant invicem: et quod malum non faciunt? scedunt a pugna, ille amisso oculo, ille auribus, ille labiis, ille alia corporis parte, magis tamen anima quam corpore corrupti, furibundi, insani, rabidi, ignorantes legem Domini et Salvatoris, qui præcepit ut alapa percussus et verberatus atque alia passus, placido animo fortiter omnia ferat, vincatque mansuetudine furorem inique agentium. Sane qui hoc facit laudatur ab hominibus, et coronatur a Deo et Servatore. Et propterea perseverandum est, ferendo leniter iratos, et respiciendum ad coronam quam præparavit Deus mansuetis et mitibus. Absurdum enim est, ut athlete in gymniciis agonibus pulverem, verbera et vulnera ferant propter vanam gloriam, coronam nullius momenti spectantes: nos autem coronandi a Christo, non imperemus iræ, non omnia fortiter toleremus, sed brevem voluptatem et injustum furorem cælesti honori et gloriæ præferamus. Enimvero et hoc manifestum, quod cum multa magnaque sint, quæ iustum vitam exornant, hoc tamen præ cæteris efficit ut clarissimi evadant, si mansueti vivant, et erga illos placidi sint a quibus injuriis afficiuntur. Hæc enim virtute Moses Judæorum insaniam moderate ferens, et precibus salvans inimicos, honorem et gloriam cælestem præ aliis obtinuit, Deique amicus vocatus est. Hæc quoque virtute et David, parcens inimicis et hostibus, Deum sibi amicum et benevolum effectit. Hæc enim cum omnes homines ornare valeat, in primis tamen eos qui in potestatibus agunt. Nam cum principibus omnia permittantur, si seipsos continent, et suorum operum ducem habent legem Dei, non parum inde eorum celebritati et gloriæ accrescit. Enimvero Paulus et Petrus, qui cælestem

tangebant apsidem propter virtutem qua conspicui erant, humanitate tamen et mansuetudine magis, quam aliis bonis, claruerunt: quia honorem exhibuerunt iis qui se conviciis incescebant, inimicis benefecerunt, et sæpe lapidantes precibus salvarunt: sciebant enim hæc maxime grata Deo, et præ aliis bonis in cælo admirabilia esse: et idcirco ipsi vitam suam in mansuetudine transmiserant, aliosque ad illam allexere. Quin et Stephanum periclitantem pro pietate dum videmus pro inimicis orare (*Act. 7. 59*), et mansuetudinem ejus et certamina pariter admiramur. Reliquum est, quia tantos ac tales duces mansuetudinis sortiti sumus, ædhortemur nos mutuo, ut illorum vestigia sequamur, et in mansuetudine Deo ministremus: quandoquidem ministerium istud aliis virtutibus est ei longe gratius. Et divinissimus Paulus virtutem apostoli commonstraturus, Christi ministrum mansuetudine potissimum clarescere voluit (*1. Tim. 3. 3. Tit. 3. 2*): et quamvis multa potuisset dicere, si quidem voluisset, quæ apostolum ornarent, nempe dæmonum fugam, mortuorum resurrectionem, atque alia; omnibus tamen illis præteritis, æquabilitatem morum vel erga inimicos sursum ac deorsum versat ac tractat: quo persuaderet nobis, ut sua vestigia sequamur, benignique simus ac mites. Justum est igitur sanctos illos imitari, et in exemplar vitæ proponere: ut bonis omnibus refulgentes, promissa bona assequamur a magno Deo et Salvatore nostro, per quem et cum quo Patri cum sancto Spiritu sit omnis gloria, honor, et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

τητι κοσμοῦντες ἐφάνησαν, καὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐπὶ ταύτην παρακαλοῦντες. Ἐπεὶ καὶ τὸν Στέφανον ἐν τοῖς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας κινδύνοις ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ὀρώντες εὐχόμενον, ἁμολίως ἐπὶ τῇ πραότητι καὶ τοῖς ἀγῶσι θαυμάζομεν. Ἐπειδὴ τοῖον τοσοῦτους καὶ τοιοῦτους ἡγεμόνας ἐπιεικειᾶς ἔχομεν, παρακαλέσωμεν ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους τοὺς ἐκείνων ἔχνεσιν ἔπεσθαι, καὶ διὰ πραότητος τῷ Θεῷ λειτουργεῖν, ὡς ταύτην μάλλον ἀσμένως δεχομένῳ τὴν λειτουργίαν, ἢ τὰς ἄλλας ἀπάσας ἀρετάς. Καὶ γὰρ ὁ θεϊώτατος Παῦλος ἀρετὴν ἀποστόλου δεῖξαι βούλεμενος, ἐκ τῆς ἡμερότητος μάλιστα βούλεται τὸν τοῦ Χριστοῦ διάκονον φαίνεσθαι· καίτοι πολλὰ εἶχεν εἰπεῖν, εἴ γε λέγειν ἐβούλετο τὰ κοσμοῦντα τὸν ἀπόστολον, δαιμόνων ἑλασιν, νεκρῶν ἀνάστασιν· ἀλλ' ὁμως πάντα ὑπερβὰς ἐκεῖνα, τὴν ἐν τοῖς ἡθεσιν ἐπιεικειαν ἄνω καὶ κάτω διεξέρχεται, ὅπως ἡμέτερος προσενηνεχταὶ τοῖς ἐχθροῖς διεξιὼν τε καὶ λέγων, ἵνα πείσῃ καὶ ἡμᾶς τοῖς οικείοις ἔχνεσιν ἔπεσθαι, καὶ χρηστοὺς εἶναι καὶ πράους. Δίκαιον οὖν τοῖς ἀγίοις ἐκεῖνοις ἀκολουθεῖν, κάκεινους ποιεῖσθαι τοῦ βίου παράδειγμα, ἵνα πᾶσι τοῖς καλοῖς ἐκλάμποντες, τῶν ἐπηγγελμένων τύχωμεν ἀγαθῶν παρὰ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ σὺν τῷ Πνεύματι ἀγίῳ πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.



PRÆFATIO

IN ECLOGAS ET FLORILEGIA SEQUENTIA.

[428] Sæpe vidimus orantem Chrysostomum, grata concionis admurmuratione exceptum et frequenti plausu, cum maxime aliquid improvisum et inopinatum ad mores instituendos proferret. Nec minus placuit post sancti viri obitum ejusmodi disciplina legentibus, maximeque iis qui concionandi munere fungebantur. Indeque factum, ut quidam sparsa in diversis homiliis loca, idem argumentum spectantia, in unum colligerent, et pro ratione materiæ homilias multas, quas εκλογάς vocabant, concinnarent ac describerent. Id certe probe scimus, rem nempe ita Græcis probatam fuisse, ut innumera eclogarum exemplaria adornarentur, et in aula quoque imperatorum in pretio haberentur. Visitur enim in bibliotheca Coisliniana codex elegantissimus, num. LXXIX, cujus et inscriptiones et initiales litteræ aureæ sunt : is autem undecimo sæculo exaratus, in usu fuit Nicephoro Botaniatæ imperatori, qui in quatuor depictis tabulis repræsentatur initio.

In prima tabula imperator coronatus et in solio sedens, Sabam monachum lectorem audit, qui haud dubie has ex Chrysostomo excerptas eclogas legit. In secunda tabula imperator coronatus stat sceptrum tenens, et a sinistris ejus Maria imperatrix stat, et ipsa coronata, sceptrumque tenet; Christus vero superne dexteram imponit capiti imperatoris, et sinistram capiti imperatricis, ambos se patrocínio suo tegere significans. In tertia imperator in solio sedens, Veritatem a dextris, Justitiam a sinistris, supra solium exsurgentes, habet : inferius vero positos quatuor ex præcipuis aulæ Imperatoriæ ministris; quæ omnia pluribus explicantur in *Bibliotheca Coisliniana* typis data. In quarta tabula imperator repræsentatur hunc librum tenens, Chrysostomum habens a dextris, eundem librum tangentem, et sanctum Michaelem Choniatem a sinistris.

Codex est undecimi sæculi, ut ex caractere arguitur. Neque tamen Nicephoro Botaniatæ exaratus fuit, sed alteri, qui ipsum præcesserat, imperatori. Nam picturæ priores, quæ in duobus foliis ex utraque facie depictis erant, excisæ fuere : ita ut limbus totus prioris picturæ remanserit, et loco priorum tabellarum, quæ alium imperatorem exhibebant, hæ novæ Nicephori Botaniatæ agglutinarentur. Qui Nicephorus non diu imperium tenuit; nam anno 1078 coronatus, anno 1081 depositus et in monachorum ordinem redactus est.

Hinc videas quanto in pretio eclogæ istæ apud Græcos habitæ fuerint. Cæterum, postquam priores emissæ fuerant, aliæ a diversis adjectæ, et prisæ illæ immutatæ sæpe fuere, auctæ pluribus, hincque magna in codicibus varietas occurrit. Non ex germanis solum Joannis Chrysostomi operibus hæc consarcinata sunt, sed etiam ex aliis quæ vel falso nomen Chrysostomi circumferunt, vel inter admodum dubia merito rejiciuntur. In hisce porro eclogis plurima ante dicta repetuntur, in illisque maxime quæ luci mandavit Savilius, qui etiam, ut ipse fatetur, ad nauseam usque hæc undique corrasit. Quapropter me diu hæsisse fateor, an eclogas illas darem ut in Morelliana editione habentur 31 numero, missis Savilianis, quæ 48 numerum complent. Verum, re maturius perpensa, Savilianas illas eclogas quæ in Morelliana non comparent, adjicere visum fuit, ne quid in his, qualecunque tandem sit, desiderari videretur.

[429] Quæ in Morelliana editione, curante Frontone Ducæo, emissæ sunt eclogæ, a Balthasare Ezelio Bremensi e societate Jesu typis datæ fuerant Moguntia, cum interpretatione Latina sua, exceptis quibusdam quæ a Matthæo Cromero et a Lælio Tifernate cusæ et Latine conversæ fuerant, ut suo loco monebimus. Harum eclogarum consarcinatorem fuisse dicunt Theodorum magistrum, ut in codice Vaticano fertur, qui etiam Theodorus Daphnopates vocabatur, ut videas apud Lambecium et in

Palæographia nostra Græca, pag. 92. Dicit autem Etzelius se has eclogas excepisse ex codice per-
tusto bibliothecæ S. Jacobi Moguntiaë. Eclogæ vero hæ ab Etzelio editæ 31 tantum homilias complent;
ut diximus. In codice Nicephori Botaniatæ supra memorato 33 habentur. Savilius autem, qui omnia
undique corrasit, quadraginta et octo homilias edidit, et hoc in notis suis *Monitum* præmisit;
tom. VIII, pag. 920.

• Apanthismatum numerus in manuscriptis fere 32, 33, vel 34, et quidem ex nostris 38 prioribus
(nam cætera, quæ sequuntur, alterius generis sunt); si demas 9, 11 et 28, supersunt tantum capita
35 eclogarum nomine jure censenda. Cæterum et hic eclogam de virginitate, quæ in manuscripto Au-
gustano reperitur (si verus est titulus in libro XXXIV) desiderari sciat Lector. Auctor, seu verius con-
sarcinator, harum eclogarum in codice Vaticano et Palatino fertur Theodoros Magister; alii fere
nihil ei tribuunt præter vicesimam septimam quæ D. Pauli continet encomium. Porro in hac editione
Moguntinam editionem castigavimus, et multis in locis locupletavimus ex tribus manuscriptis (nam
in omnibus fere bibliothecis exstant descriptæ): 1. Oxoniensi, 2. Londinensi, et 3. in bibliotheca
mea. Titulos particularum sive sectionum, qui ut plurimum in Moguntina corrupti erant, ex manu-
scriptis aliis, præsertim Oxoniensi, cujus nobis fides explorator, et sæpissime consultis fontibus
emendavimus. De Oxoniensi codice observandum, illum a reliquis quos vidimus omnibus plurimum
discrepassse. In illo enim capita eadem, eademque particulæ collectæ, at nullo ordine, nulla methodo.
Unde omnes particulæ illativæ, *τολνυν, καί, βούλει μαθεῖν*, aliæque, quæ quasi cæmenti vice sunt,
aberant: ut in hoc codice congesta materia, in reliquis digesta videatur. Quæ sequuntur 38, e
bibliotheca regis Gallorum sunt, exceptis duabus ultimis, quæ, ut et 28, ex Sladii mei chartis
Orientalibus. Non sum nescius plurima in his eclogis emendari posse e fontibus, si quis venas
omnes perscrutetur; quin et fontes ipsos ex his rivulis nonnunquam purgari potuisse, si quis
otium et integram ætatem afferret: quam palmam aliorum, qui post nos erunt, industriæ diligen-
tiæque relinquimus; in harum emendatione, quatenus a nobis commode fieri potuit, operam mediocrem
posuisse contenti. Grammatica sphalmata ubique sustulisse non erat curæ, ne videamur illam in
edendis fragmentis istis diligentiam præstare, quam auctor ipse in colligendis non videtur præstitisse.
Nec enim edimus qualia formavit Chrysostomus, sed qualia deformavit supinus et oscitans mutilator.
Solæcismi enim occurrunt non pauci, iique tanto codicum consensu confirmati, ut non librariorum,
sed ipsius auctoris vitio merito videantur contigisse. Nota est enim posterioris ætatis grammatica qualis
fuerit: aut si cui nondum sit explorata, adeat Georgium Alexandrinum et biographos nostros, aut
apanthisma illud quod in hoc volumine ultimi est tum loci, tum pretii. Quamobrem ne expectet
lector, ut opus hoc a nobis correctius prodeat, quam est ab ipso auctore profectum; neque miretur
lector citari hic orationes et tractatus aliquot a nobis inter *ἀμφιβαλλόμενα*, seu etiam *νοθευόμενα*
rejectos; cum, ut aliquoties admonuimus, non heri aut nudius tertius invectæ sint in bibliothecas hæ
bonorum auctorum corruptelæ. »

Et pag. 928 de decem postremis eclogis, quas ipse cum aliis non paucis adjecit loquens hæc habet:
• Decem oratiunculæ sequentes, in aliis *ἐκλογῶν συναγωγὰς* fere non repertas, exhibuit nobis biblio-
theca Regia Lutetiaë, quibus ipsis sine magno incommodo carere potuisset respublica litteraria, cum
alibi totidem verbis, etsi non uno contextu, reperiantur apud hunc nostrum: sed maluimus in [450]
partem peccare tutiorem. In istis si qua in re erratum est, notare non est visum tanti. Si quid enim
in istis sit quod Lectorem alliciat, consulat modo titulos in margine: ad illa editionis nostræ loca
statim remittetur, ubi hæc eadem habiturus est correctiora. »

Sic ille, ut ex priori nota videre est, in his colligendis et emendandis multam adhibuit curam et in-
dustriam, et fortasse majorem quam ratio et dignitas operis postulabat. Unum tamen est quod vel
non advertit, vel admonere neglexit, nempe homiliarum quæ ex hujusmodi eclogis consarcinatae sunt,
ordinem mire diversum esse in manuscriptis codicibus, et vere operis ratio nullum certum constan-
temque ordinem postulare videtur. Ut autem hæc varietas ordinis lectori perspecta sit, ordines Mogun-
tini codicis qualem secutus est Etzelius, et Savilianæ editionis, necnon codicis Coisliniiani, qui fuit
Nicephori Botaniatæ imperatoris, e regione ponimus, et ad singulos titulos codicis prioris Moguntini,
numeros Savilianæ primum editionis, ac deinde codicis Coisliniiani subjungimus.

Cum ergo nulla assignari possit veri ordinis ratio, ad libitum putans me posse eum, qui magis
arrideret, ordinem sequi; primo posui triginta et unam homilias illas ut in Moguntino codice habea-
tur, cum interpretatione Etzelii et aliorum qui in titulis memorantur, emendatis titulis secundum
Savilianam editionem, adjunctisque in quibusdam homiliis iis, quæ in Moguntino codice deerant.
Posteaque eas quas Savilius vel inseruerat vel subjunxerat, interpretatione Latina a me donatas addidi,

ut jam 48 numerum compleant. Illud etiam tentavi, quod Savilius se ausum non fuisse profitetur, ut nempe loca operum Chrysostomi ad marginem ab eclogarum auctoribus memorata reperirem, et locum ubi in hac editione exstant, assignarem. At postquam ea in re non parum desudaveram, et loca non pauca assignaveram quæ in decursu lector observare poterit, animadverti rem tam operosam esse ut vix perfici possit. Quomodo enim, ubi in margine dicitur, *Ex Comment. in Matthæum in Joannem, in Epist. ad Romanos, ad Corinthios, ad Hebræos*, cum sæpe vix una periodus integra ex illo commentario afferatur; vel si plures periodi variis ex locis excerptæ sint, sæpeque a collectore, ut cum præcedentibus quadrent, non parum mutantur: quomodo, inquam, in tam amplis commentariis hujusmodi particulas expisceris, et quid demum ad Lectoris commodum afferant hujusmodi indicationes quæ ad tot et tanta volumina legentem amandant? Quapropter ab infructuoso labore persequendo abstinui.

Ex iis vero omnibus quæ dicta sunt, inferri potest parum lucri ex harum eclogarum lectione percipi posse, cum maxime loca, quibus illæ consarcinatae fuerunt, in ipsis Chrysostomi operibus et homiliis et puriora sincerioraque sint, et cum præcedentibus et sequentibus aptius cohæreant. Unum fortasse fuerit, in quo aliquid boni expiscari possis; ex locis nempe illis, quæ ex operibus Chrysostomi, quæ periire, excerpta sunt. Verum præterquam quod paucissima illa loca sunt, ita breviter afferuntur, ut vix internoscere possis ex germanisne an ex falso ascriptis Chrysostomo operibus excerpta fuerint. Ad hæc autem isthæc moralia quædam solum præcepta exhibent, quæ in tanta operum silva sexcenties a sancto Doctore repetuntur. Ne quid tamen desiderari videatur, amplissimam omnium, quæ iam habentur, eclogarum collectionem proferimus.



EDIT. SAVILII,
TOM. VII, p. 665 sqq.

- I. Περὶ ἀγάπης. Init. Βουλόμενος ὁ φιλόανθρωπος.
- II. περὶ ἀκακίας καὶ ἀνεξικακίας καὶ μνησικακίας. Τίνα ἂν ἕτερον εἰς μέσον.
- III. περὶ ἀλαζονείας καὶ κενοδοξίας. Βουλόμενοι οἱ πεφουσιωμένοι.
- IV. περὶ ἁμαρτίας καὶ ἐξαγορεύσεως. Ἐπεδήμησέ τις ἐξ ὑμῶν.
- V. περὶ ἀνδρείας καὶ ἰσχύος. Δειλὴν καὶ ἀνανδρὸν τὴν ψυχὴν.
- VI. περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας. Εἰσὶ τινες τῶν ἐνταῦθα.
- VII. περὶ ἀρρώστιας καὶ ἰατρῶν. Ὅταν ἀρρώστια περιπέσης.
- VIII. περὶ ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δόξης. Ὁ μακάριος λέγεται Κωνσταντῖνος.
- IX. εἰς τὴν ἀγίαν ἑορτὴν τῶν βασιῶν. Πρὸ ἕξ ἡμερῶν τοῦ Πάσχα.
- X. περὶ γαστριμαργίας καὶ μέθης. Βούλεσθε ἴδωμεν.
- XI. εἰς τὴν ἀγίαν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν. Ἡ πασῶν ἐορτῶν ἐπεδ.
- XII. περὶ γυναικῶν καὶ κάλλους. Οἱ γυναῖκες ἀγεσθαὶ μέλλοντες.
- XIII. περὶ διδασχῆς καὶ νοουθεσίας. Πρῶν μὲν ἐνεκαλούμεν.
- XIV. περὶ ἐλεημοσύνης καὶ φιλοξενίας. Ὁ τῆς ἐλεημοσύνης λόγος.
- XV. περὶ εὐτυχίας. Οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων.
- XVI. περὶ εὐχῆς. Μέγα ἀγαθὸν ἡ εὐχή.
- XVII. περὶ θανάτου. Πολλὰ μὲν ἐπιέγεται μανθάνειν.
- XVIII. περὶ λύπης καὶ ἀθυμίας. Τὴν ἀθυμίαν ἐνέθηκεν.
- XIX. περὶ τῆς μελλούσης κρίσεως. Πολλοὶ τῶν παρ' ὑμῖν.
- XX. περὶ μετανοίας. Διὰ τοῦτο συνεχῶς.
- XXI. περὶ μετανοίας. Ἡ μετανοία δεινή.
- XXII. περὶ μίσους καὶ ἐχθρας. Εἴ τις παρὰ τοῦ πλησίον.
- XXIII. περὶ νηστείας καὶ σωφροσύνης. Βούλει μαθεῖν ὅσοι.

BIBLIOTH. COISLINIANÆ
CODEX LXXIX.

- I. Περὶ ὑπομονῆς καὶ μακροθυμίας. Init. Εἰ βούλεσθε.
- II. περὶ ἐλεημοσύνης. Ὁ τῆς ἐλεημοσύνης λόγος.
- III. περὶ ἀγάπης. Βουλόμενος ὁ φιλόανθρωπος.
- IV. περὶ διδασχῆς καὶ μακροθυμίας. Πρῶν μὲν ἐνεκαλούμεν.
- V. περὶ ἁμαρτίας καὶ ἐξαγορεύσεως. Ἐπεδήμησέ τις.
- VI. περὶ ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας. Ὁ μακάριος λέγεται Κωνσταντῖνος.
- VII. περὶ τῆς μελλούσης κρίσεως. Πολλοὶ τῶν παρ' ἡμῖν.
- VIII. περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας. Εἰσὶ τινες τῶν ἐνταῦθα.
- IX. περὶ ἀνδρείας καὶ ἰσχύος. Δειλὴν καὶ ἀνανδρὸν.
- X. περὶ ὄρκων. Μὴ τῆς κατὰ ψυχὴν.
- XI. περὶ θανάτου. Πολλὰ μὲν ἐπιέγεται.
- XII. περὶ παιδῶν ἀνατροφῆς. Δέομαι καὶ ἀντιδοῦν.
- XIII. περὶ ἀνεξικακίας. Τίνα ἕτερον εἰς μέσον ἀναγ.
- XIV. περὶ εὐχῆς. Μέγα ἀγαθὸν εὐχή.
- XV. περὶ μετανοίας. Διὰ τοῦτο συνεχῶς.
- XVI. περὶ νηστείας καὶ σωφροσύνης. Βούλει μαθεῖν.
- XVII. περὶ ταπεινοφροσύνης. Ὅταν ἁμαρτία συμβ.
- XVIII. περὶ ψυχῆς. Ἐοίκασιν οἱ ἔργοις.
- XIX. περὶ τοῦ μὴ καταφρονεῖν τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκ. Ὀλίγοι ἡμῖν σήμερον.
- XX. περὶ προνοίας. Τίνος ἐνεκεν οὐ τῆς ἐξ ἀρχῆς.
- XXI. περὶ πλοῦτου καὶ πενίας. Ὅταν ἴδῃς πλουτ.
- XXII. περὶ γαστριμαργίας καὶ μέθης. Βούλεσθε ἴδωμεν.
- XXIII. περὶ ἀρρώστιας καὶ ἰατρῶν. Ὅταν ἀρρώστια περ.

EDIT. MORELLI.

- I. Περὶ ἀγάπης. Init. Βουλόμενος ὁ φιλόανθρωπος. Savil I Coisl. III.
- II. περὶ εὐχῆς. Init. Μέγα ἀγαθὸν εὐχή. XVI. XIV.
- III. περὶ μετανοίας. Διὰ τοῦτο συνεχῶς. XX. XV.
- IV. περὶ νηστείας καὶ σωφροσύνης. Βούλει μαθεῖν ὅσοι. XXIII. XXIV.
- V. περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας. Οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων. XV. XVI.
- VI. περὶ διδασχῆς καὶ νοουθεσίας. Πρῶν μὲν ἐνεκαλούμεν. XIII. IV.
- VII. περὶ ταπεινοφροσύνης. Ὅταν ἁμαρτία. XXXIV. XVII.
- VIII. περὶ ψυχῆς. Ἐοίκασιν οἱ ἔργοις. XXXVIII. XVIII.
- IX. περὶ τοῦ μὴ καταφρονεῖν τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, εἰς. Ὀλίγοι ἡμῖν. XXXVIII. XIX.
- X. περὶ προνοίας. Τίνος ἐνεκεν οὐ τόν. XXXI. XX.
- XI. περὶ πλοῦτου καὶ πενίας. Ὅταν ἴδῃς πλουτοῦντα. XXX. XXXI.
- XII. περὶ γαστριμαργίας καὶ μέθης. Βούλεσθε ἴδωμεν. X. XXII.
- XIII. περὶ ἀρρώστιας καὶ ἰατρῶν. Ὅταν ἀρρώστια περιπέσης. VII. XXIII.
- XIV. περὶ γυναικῶν καὶ κάλλους. Πολλοὶ τῶν πόρναις. XII. XXIV.
- XV. περὶ πλεονεξίας. Τίνος ἐνεκεν ἀπὸ πλ. XXIX. XXV.
- XVI. περὶ ἀλαζονείας καὶ κενοδοξίας. Βουλόμενος τὸν πεφουσιωμένον. III. XXVII.
- XVII. περὶ φθόνου. Οὐδὲν οὕτω μερίζειν. XXXVI. XXVIII.
- XVIII. περὶ μίσους καὶ ἐχθρας. Εἴ τις παρὰ τοῦ πλησίον. XXII. XXIX.
- XIX. περὶ λύπης καὶ ἀθυμίας. Τὴν ἀθυμίαν ἐνέθηκεν. XVIII. XXX.
- XX. περὶ ὀργῆς καὶ θυμοῦ. Βούλει μαθεῖν πόσον. XXIV. XXXI.
- XXI. περὶ ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας. Ὁ μακάριος λέγεται Κ. VIII. VI.
- XXII. περὶ ὑπομονῆς. Εἰ βούλεσθε προθῶμεν XXXV. I.
- XXIII. περὶ ἐλεημοσύνης. Ὁ τῆς ἐλεημοσύνης λόγος. XIV. II.

- XXIV. περι ὀργῆς καὶ θυμοῦ.
Βούλει μαθεῖν πόσον.
- XXV. περι ὀρκων. Μὴ τῆς κατὰ
ψυχῆν.
- XXVI. περι παίδων ἀνατροφῆς
Δέσμαι καὶ ἀντιβολῶ.
- XXVII. ἐγκώμιον εἰς τὸν ἄγιον
ἀπόστολον Παῦλον. Τῆς
μὲν ἐπιγραφῆς τῶν.
- XXVIII. ἐγκ. εἰς τὸν ἄγ. ἀποστ.
Παῦλον. Τοὺς τῶν ἁγίων
βίους.
- XXIX. περι πλεονεξίας. Τίνος
ἔνεκεν ἀπὸ πλεονεξίας.
- XXX. περι πλοῦτου καὶ πενίας.
Ὅταν ἴδῃς πλοῦτουῦντα.
- XXXI. περι προνοίας. Τίνος ἔνε-
κεν οὐ τὸν ἐξ ἀρχῆς.
- XXXII. περι σιωπῆς καὶ ἀπορρή-
των. Λόγος ἀπλῶς προσ-
σνεχθεῖς.
- XXXIII. περι τοῦ μὴ ἐπαισχύνε-
σθαι ὁμολογεῖν τὸν σταυ-
ρὸν, εἰς. Τοῦτό ἐστιν,
ἀδελφοί.
- XXXIV. περι ταπεινοφροσύνης.
Ὅταν ἁμαρτίου (sic)
συμβεβλημένη.
- XXXV. περι ὑπομονῆς καὶ μα-
κροθυμ. Εἰ βούλεσθε,
προθώμεν.
- XXXVI. περι φθόνου. Οὐδὲν οὕτω
μερίζειν.
- XXXVII. περι ψυχῆς. Ἐοίκασιν οἱ
ἔργοις κομῶντες.
- XXXVIII. περι τοῦ μὴ καταφρονεῖν
τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλ. Ὀλί-
γοὶ ἡμῖν σήμερον.
- XXXIX. περι τοῦ ὅτι πολλὰς ὁδοὺς
ἡμῖν ὁ Θεὸς ἔδωκε. Πά-
λιν ἀναγκάζομαι.
- XL. περι τοῦ ὅτι δεῖ πάντα
ποιεῖν... ὑπὲρ σωτηρίας
τῶν ἀδελφῶν. Οὐδὲν τῶν
ἐπιτυχ.
- XLi. περι τοῦ ὅτι δεῖ μιμεῖσθαι
ἡμᾶς καὶ τοὺς οἰκέτας.
- XLii. περι τοῦ ὅτι οὐ χρὴ θορυ-
βεῖσθαι ἡμᾶς ὀρώντας.
Μηδεὶς ὀρῶν πονηροῦς.
- XLiii. περι τοῦ ὅτι ὁ τῶν παρόν-
των καταφρονῶν. Ἐπει-
δὴ μεγάλη τις ἐξ ἀρχῆς.
- XLiv. περι κατανύξεως καὶ ὑπο-
μονῆς καί. Παρακαλῶ
ὑμᾶς, ἀδελφοί, μὴ μόνον.
- XLv. περι τοῦ μὴ πενθεῖν σφο-
δρῶς τοὺς τελευτῶντας.
Μὴ πενθῶμεν πικρῶς.
- XLvi. Ὅτι εἰ καὶ πάντων τῶν
ἁμαρτημάτων ἐσμὲν ὑπε-
εῦθνοι. Τῶν ἀνθρώπων.
- XLvii. εἰς τὸ μὴ ἀναξίως προσ-
έρχεσθαι τοῖς Ἐπειδὴ
ἐμνήσθημεν.
- XLviii. ἀπάνθισμα ἐν εἶδει λό-
γου... τοῦ Θεοδώρου.
Ἀγαπᾶν τὸν Θεόν.

- XXIV. περι γυναικῶν καὶ κάλ-
λους. Οἱ γυναῖκας ἀγε-
σθαι.
- XXV. περι πλεονεξίας. Τίνος
ἔνεκεν ἀπὸ πείδον.
- XXVI. περι εὐτυχίας καὶ δυστυ-
χίας. Οἱ πολλοὶ τῶν ἀν-
θρώπων.
- XXVII. περι ἀλαζονείας καὶ κε-
νοδοξίας. Βουλόμενος
τόν.
- XXVIII. περι φθόνου. Οὐδὲν οὕτω
μερίζειν καί.
- XXIX. περι μίτους καὶ ἐχθρας.
Εἰ τις παρὰ τοῦ πλη-
σίον.
- XXX. περι λύπης καὶ εὐθυμίας.
Τὴν ἀθυμίαν.
- XXXI. περι ὀργῆς. Βούλει μα-
θεῖν πόσον.
- XXXII. περι σιωπῆς καὶ ἀπορρή-
των. Λόγος ἀπλῶς.
- XXXIII. περι τὸ ἐγκώμιον τὸ εἰς
τὸν ἄγ. ἀποστ. Παῦλον.
Τῆς μὲν ἐπιγραφῆς.

- XXIV. περι ἁμαρτίας καὶ ἐξαγο-
ρεύσεως. Ἐπεδήμησέ
τις ἐξ ὁμῶν. IV. V.
- XXV. περι τῆς μελλούσης κρί-
σεως. Πολλοὶ τῶν παρ'
ἡμῖν. XIX. VII.
- XXVI. περι ἀρετῆς καὶ κακίας.
Εἰσάτινες τῶν ἐνταῦθα.
VI. VIII.
- XXVII. περι παίδων ἀνατροφῆς.
Δέσμαι καὶ ἀντιβολῶ.
XVI. XII.
- XXVIII. περι ὀρκων. Μὴ τῆς κατὰ
ψυχῆν. XXV. X.
- XXIX. περι ἀκκίας καὶ μνησι-
virtute, sed gratia Dei recte illa gesserint. Modestia enim dicitur, non quando quis a potentibus injuria affectus, fert placide; sed quando etiam ab iis, qui inferiores videntur esse, læsus cedit. Vide enim Dei benignitatem, et ejusmodi curam erga servos suos ostendat. Cum enim Isaac a rege Gerarorum et ab indigenis injuste suis laboribus arceretur, non indignatus est, nec pusillanimum sese ostendit, neque intra se vociferatus est, neque dixit: Annon fruendi puteis jus habeo? an destitutus sum ope superna? an providentia Domini orhatus sum? Nihil hujusmodi neque cogitavit, neque ratiocinatus est, sed moderate omnia ferebat; et coque plus honoris et auxilii desuper est consequutus. Apparuit enim ei Dominus nocte illa, et dixit: *Ego sum Deus Abraham patris tui: ne timeas; ego enim tecum sum et benedicam tibi* (Gen. 26, 24). Volens enim justam refoecillare, et confidentiam addere, apparet ipsi dicitque: Ego sum Deus qui patrem tuum celebrem feci, et in tanta claritate constitui, et peregrinum indigenis splendidiorem reddidi: ego sum ille, qui illum eousque crescere curavi. Ne igitur timeas; tecum enim sum, et multiplicabo semen tuum, propter Abraham patrem tuum: multa enim illi obedientia: erga ne præmia debeo. Hæc ubi audivit justus ille, hono deinceps fit animo. Qui enim dixit, *Tecum sum*, et, *Benedicam tibi et multiplicabo semen tuum*; hic et splendorem donavit. Vide quanta sit vis humilitatis: qui enim prius ipsum exagitaverant, nunc venientes ad justum illum, non modo de iis quæ jam fecerant, sese excusant et veniam petunt, sed etiam laudibus celebrant. Quis enim fuerit eo fortior, qui Deum secum habebat? *Cernentes enim*, inquit, *vidimus, quod Dominus tecum sit*. Videamus autem quomodo et hujus filius Jacob peregrinationera faciat, dum persecutionem patitur: neque enim parvum inde quoque fructum decerpemus. *Proficiscente enim ipso in Haran, occidebat sol; et sumpsit de lapidibus loci illius, et posuit ad caput suum et dormivit* (Gen. 28, 11). Vides ineffabilem philosophiam? vides quomodo antiqui peregrinabantur? Vir domi magna cura indulgentiaque nutritus, acceptum lapidem posuit subter caput suum. Vide pueri virilem animum: lapide pro cervicali utebatur, et humi dormiebat: et ob id etiam Domini aspectu dignus habetur. Et inquit: *Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac patris tui* (Ib. v. 15). Ego et illum principem generis, et hunc patrem tuum ad tantam claritatem evexi. Ne igitur timeas, sed crede, quia ego sum qui et illis promissa præstiti, et te mea providentia dignabor. Sed et jam tecum sum, custodiens te in via, quocumque profectus fueris. Ne existimes, ait, solum te iter facere: me habebis comitem, me habebis custodem in omni itinere: tecum enim sum. Si igitur magna facere velis tua recte facta, ne putes ea magna esse, sed fatearis te gratia salvari, quo tibi ipsi Deum debitorem constitutus, non recte factorum duntaxat, sed etiam ejusmodi grati animi. Cum enim recte agimus, bonorum tantum operum debitorem habemus: cum vero nihil boni nos fecisse arbitramur,

tunc etiam pro eo, quod ita affecti simus, et multo magis quam pro illis. Si ergo humilis esse velis, ne verbis nec habitu solum, sed et re et voce hanc virtutem ostendito; et ne sis erga istum humilis, adversus illum vero insolens, sed erga omnes humilis, sive amicus sit, sive inimicus; sive magnus sit, sive parvus: hæc enim est humilitas animi. Contingit enim humilem aliquem esse, et interim et facile irritabilem et iracundum; sed nullo operæ pretio: sæpe enim ira correptus omnia perdidit. Veram enim humilitatem animi hinc maxime discere licet animum advertentibus. *Cum venisset Jesus in Capernaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, dixeruntque: Præceptor vester non solvit didrachma* (Matth. 17, 25)? Et vide: ad ipsum quidem Christum adire ausi non sunt, sed ad Petrum: ac nec ad hunc quidem magna cum vehementia, sed modestius. Non enim expostulantes, sed interrogantes dicebant: *Præceptor vester non solvit didrachma?* Necdum enim convenientem de eo habebant opinionem, sed quasi de homine sentiebant: reverentiam porro aliquam et honorem exhibebant, propter præcedentia signa. Quid igitur Petrus? *Etiã, inquit* (Ib. v. 24). Et his quidem solvere eum, ipsi vero non dixit; fortasse quod puderet eum, de his ipsum compellare. Quid igitur, qui omnia exacte novit, Deus? Antevertens eum inquit: *Quid tibi videtur, Simon? reges terræ a quibus accipiunt tributum vel censum? a filiis suis, an ab alienis?* *Ab alienis, inquit. Dicit ei Jesus: Ergo liberi sunt filii* (Ib. v. 25). Ne enim existimaret Petrus, quod, quia ab illis audivisset, hæc diceret, antevertit ipsum, cum hoc ipsum aperiens, tum fiduciam ei addens ambigenti prius de his dicere. Quod autem dicit, hujusmodi est: Immunis quidem ego sum a dando censu: si enim reges terræ a filiis suis non accipiunt, sed a subditis, multo magis me immunem esse oportet ab hac exactione, cum non sim terreni regis, sed caelestis filius et Rex. Et hæc ubi dixisset, inquit: *Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, mitte hamum, et piscem qui primus ascenderit, tolle, et invenies in ore ejus staterem; illum sumens, da cis pro me et te* (Ib. v. 26). Vide quomodo non detrectat tributum, nec simpliciter dare jubet; sed cum primo ostendisset, non debere se, tum demum dat: illud quidem faciens, ne illi offenderentur; hoc vero, ne hi. Neque enim quasi qui deberet dat, sed ut infirmitatem illorum corrigens. Sed quare non ex repositis dare jubet? Ut in hoc etiam se universorum Deum ostendat, et quod mari dominetur. Neque enim parvum erat prædicere, fore ut ex illis profundis primus piscis incideret, qui tributum penderet; et jussu ipsius, tamquam reti quodam in illud profundum immisso, educere eum qui staterem ferret, et facere, ut ita mare dona ferret, atque undique suam subjectionem ostenderet. Si igitur ostendere velis tuum recte factum, ne magnifice de te sentias, et tunc majus hoc effecisti. Nam si, cum peccatores sumus, et hoc nos esse putamus quod sumus, justi efficiamur, sicut publicanus: quanto magis cum justus sumus, et peccatores nos esse arbitra-

κατώρθουν ἐκεῖνα, ἀλλὰ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ. Ἐπει-
 κεια γὰρ λέγεται, οὐχ ὅταν τις παρὰ τῶν ἐν δυναστείᾳ
 ἀδικούμενος φέρῃ πρῶως, ἀλλ' ὅταν καὶ ὑπὸ τῶν νο-
 μιζομένων ὑποδεστέρων εἶναι ἐπηρεαζόμενος παρα-
 γωρῆ. Ὅρα γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν, καὶ
 οἶαν εἰς τοὺς οἰκείους αὐτοῦ δούλους ἐπιδείκνυται
 θεραπείαν. Ἦνίκα γὰρ Ἰσαὰκ παρὰ τοῦ βασιλέως
 Γεράρων καὶ τῶν ἐγγχωρίων ἀδίκως ἀπηλαύνετο τῶν
 ἰδίων πόνων, οὐκ ἐδυσχέραιεν, οὐδὲ μικροψυχον ἐπε-
 εδείξατο*, οὐδὲ ἀναβόθρη πρὸς ἐαυτὴν, οὐδὲ εἶπεν,
 ὅτι Ὡδὲ ἀπολαύειν φρεάτων εἰμι κύριος; ἄρα μὴ
 ἔρημος γέγονα τῆς ἀνωθεν βοιτῆς; ἄρα μὴ τῆς προ-
 νοίας [483] ἀπεστέρημαί τῆς παρὰ τοῦ Δεσπότη; Ὡδὲν τοιοῦτον οὐκ ἐνενόησεν, οὐκ ἔλογισατο, ἀλλὰ
 μετ' ἐπεικειάς πάντα ἔφερε. Διὰ τοῦτο καὶ πλείονος
 ἀπέλαυσε τῆς τιμῆς, καὶ τῆς ἀνωθεν συμμαχίας.
 Ὡφθη γὰρ αὐτῷ Κύριος ἐν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ, καὶ εἶ-
 πεν· Ἐγὼ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραάμ τοῦ πατρὸς σου·
 μὴ φοβοῦ, μετὰ σου γὰρ εἰμι καὶ εὐλογήσω σε.
 Θέλων γὰρ τὸν δίκαιον ἀνακτήσασθαι καὶ θαρβεῖν
 παρασκευάσαι, ἐπιφαίνεται αὐτῷ, καὶ φησιν· Ἐγὼ
 εἰμι ὁ Θεὸς ὁ τὸν πατέρα τὸν σὸν ἐπίδοξον ποιήσας,
 καὶ ἐν τοσαύτῃ περιφάνειᾳ καταστήσας, καὶ ξένον
 ἔντα τῶν ἐγγχωρίων λαμπρότερον ἀπεργασάμενος·
 ἐγὼ εἰμι ἐκεῖνος, ὁ ἐκείνον οὕτως αὐξηθῆναι παρα-
 σκευάσας. Μὴ τοίνυν φοβοῦ, μετὰ σου γὰρ εἰμι, καὶ
 πληθυνθὲν τὸ σπέρμα σου δι' Ἀβραάμ τὸν πατέρα σου·
 πολλὰς γὰρ ὀφείλω τὰς ἀμοιβὰς ἐκείνῃ τῆς εἰς ἐμὲ
 ὑπακοῆς. Ταῦτα ἀκούσας ὁ δίκαιος, ἐν ἀδείᾳ λοιπὸν
 γίνεται· ὁ γὰρ εἰπὼν, Μετὰ σου εἰμι, καὶ εὐλογήσω
 σε καὶ πληθυνθὲν τὸ σπέρμα σου· οὗτος καὶ τὴν
 περιφάνειαν ἐχαρίσατο. Ὅρα πόση τῆς ταπεινώσεως
 τῆς ἰσχῦς· οἱ γὰρ κρῆν ἔλασαντες, νῦν παραγενόμενοι
 πρὸς τὸν δίκαιον, οὐ μόνον ἀπολογούνται ὑπὲρ τῶν
 ἤδη γέγεννημένων καὶ συγγνώμην αἰτοῦσιν, ἀλλὰ καὶ
 ἀνακηρύττουσι. Τίς γὰρ ἂν εἴη τοῦτου ἰσχυρότερος,
 τοῦ μετ' ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν ἔχοντος; Ἰδοῦντες γὰρ, φα-
 σίν, ἔωράκαμεν ὅτι Κύριος μετὰ σου. Ἰδῶμεν δὲ
 πῶς καὶ ὁ τοῦτο υἱὸς Ἰακώβ τὴν ἀποδημίαν ποιεῖ-
 ται διακόμενος· οὐ μικρὰν γὰρ ἀντεῦθεν καρπο-
 σόμεθα τὴν ὠφέλειαν. Πορευόμενος γὰρ εἰς Χαβ-
 ρὼν, ἔδω ὁ ἥλιος, καὶ ἔλαβεν ἀπὸ τῶν Μιθων τοῦ
 τόσου, καὶ ἔθηκε πρὸς κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ ἐκοι-
 μήθη. Εἶδες ἀφατον φιλοσοφίαν; εἶδες πῶς οἱ παλαιοὶ
 τὰς ὀδοπορίας ἐποιούντο; Ἀνὴρ ἐν οἰκίᾳ τραφεῖς,
 πολλῆς ἀπολαύσας θεραπείας, λαθῶν λίθον, ἔθηκε
 πρὸς κεφαλῆς αὐτοῦ. Ὅρα τοῦ παιδὸς τὴν ἀνδρείαν,
 τῷ λίθῳ ἀντὶ προσκεφαλαίου ἐχρήσατο, καὶ ἐπὶ τοῦ
 ἐδάφους ἐκάθευθε· διὰ τοῦτο καὶ τῆς τοῦ Δεσπότη
 βίβως καταξιοῦται. Καί φησιν· Ἐγὼ εἰμι ὁ Θεὸς
 Ἀβραάμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς σου· ἐγὼ
 καὶ τὸν πατριάρχην, καὶ τὸν πατέρα τὸν σὸν εἰς
 τοσαύτην περιφάνειαν αὐξηθῆναι πεποίηκα. Μὴ τοί-
 νυν φοβοῦ, ἀλλὰ πίστευε ὅτι ἐγὼ ὁ κάκεινός τις
 ὑποσχέσεις πληρώσας, καὶ σὲ τῆς ἐμῆς ἀξιώσω προ-
 νοίας. Ἀλλὰ καὶ νῦν μετὰ σου εἰμι, διαφυλάττων σε
 ἐν τῇ ὁδῷ, οὐ ἔάν πορευθῆς. Μὴ νομίσης, φησὶ, μόνος
 τὴν ὀδοπορίαν ποιέσθαι· ἐμὲ ἔξεις συνοδοπόρον,
 ἐμὲ ἔξεις φύλακα ἐν πάσῃ ὁδῷ· μετὰ σου γὰρ εἰμι.
 Εἰ τοίνυν βούλει μεγάλα σου ποιῆσαι τὰ κατορθώ-
 ματα, μὴ νόμιζε αὐτὰ εἶναι μεγάλα, ἀλλὰ χάριτι
 ὁμολόγηι σὺνέσθαι, ἵνα ὀφείλῃεν ἐαυτοῦ τὸν Θεὸν
 καταστήσῃ, οὐχὶ τῶν κατορθωμάτων μόνον, ἀλλὰ

καὶ τῆς τοιαύτης εὐγνωμοσύνης. Ὅταν μὲν γὰρ κα-
 τορθώμεν, τῶν κατορθωμάτων ὀφειλέτην ἔχομεν μόνον·
 ὅταν δὲ μηδὲ ἡγώμεθά τι κατορθωθέναι, καὶ
 αὐτοῦ τοῦ οὕτω διακείσθαι, καὶ μεζιζόνως ἢ ἐκείνων.
 Εἰ οὖν ταπεινοφρονεῖν βούλει, μὴ ἐν ῥήματι μηδὲ ἐν
 σχήμασι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν πράγμασι καὶ ἐν φθέ-
 γμασι τὴν ἀρετὴν ἐπιδείκνυσσ'· καὶ μὴ πρὸς τοῦτον
 μὲν ταπεινός, πρὸς δὲ ἐκείνον θρασὺς, ἀλλὰ πρὸς
 πάντας ἔσο ταπεινός, κἂν φίλος ἢ κἂν ἐχθρὸς, κἂν
 μέγας κἂν μικρός· τοῦτο γὰρ ταπεινοφροσύνη. Ἔστι
 γὰρ ταπεινὸν μὲν εἶναι, δέξιν δὲ καὶ [484] ὀργίλον,
 ἀλλ' οὐδὲν ὀφελος· πολλάκις γὰρ ὑπὸ τῆς ὀργῆς κατε-
 χόμενος πάντα ἀπώλεσε. Τὴν γὰρ ἀληθῆ ταπεινο-
 φροσύνην ἐντεῦθεν μάλιστα ἔστι διδάσκεισθαι τοὺς
 προσέχοντας. Ἐλθόντος τοῦ Ἰησοῦ εἰς Καπερ-
 ναοῦμ, προσῆλθον οἱ τὰ δίδραγμα λαμβάνοντες
 τῷ Πέτρῳ, καὶ εἶπον, Ὁ διδάσκαλος ὡμῶν οὐ τε-
 λεῖ τὰ δίδραγμα; Καὶ ὄρα, αὐτῷ μὲν τῷ Χριστῷ
 οὐκ ἐτόλμησαν προσελθεῖν, τῷ Πέτρῳ δέ· καὶ οὐδὲ
 τούτῳ μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος, ἀλλ' ἐπεικέ-
 στερον. Οὐδὲ γὰρ ἐγκαλοῦντες, ἀλλ' ἐρωτῶντες ἔλε-
 γον, Ὁ διδάσκαλος ὡμῶν οὐ τελεῖ τὰ δίδραγμα;
 Τὴν μὲν γὰρ προσήκουσαν περὶ αὐτοῦ δόξαν οὐδέπω
 εἶχον, ἀλλ' ὡς περὶ ἀνθρώπου οὕτω διέκειντο· πλὴν
 ἀπένεμόν τινα αἰδῶ καὶ τιμὴν διὰ τὰ προλαβόντα
 σημεῖα. Τί οὖν ὁ Πέτρος; Ναί, φησὶ. Καὶ τούτους
 μὲν εἶπεν ὅτι τελεῖ, αὐτῷ δὲ οὐκ εἶπεν, ἴσως ἐρυθρῶν
 ὑπὲρ τούτων αὐτῷ διαλεχθῆναι. Τί οὖν ὁ τὰ πάντα
 σαφῶς εἰδὼς Θεός; Προλαβὼν αὐτὸν φησὶ· Τί σοι
 δοκεῖ, Σίμων; οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἀπὸ τίνων
 λαμβάνουσι τέλη ἢ κῆνσον; ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτῶν,
 ἢ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων; Ἐξῆ, ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων.
 Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἄρα γε ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ
 υἱοί. Ἰνα γὰρ μὴ νομίῃ ὁ Πέτρος, ὅτι παρ' ἐκείνων
 ἀκηκοὺς λέγει, προλαμβάνει αὐτὸν, τοῦτ' τε αὐτὸ
 δηλῶν, καὶ παρῆρσιαν αὐτῷ παρέχων ὀκνοῦντι προ-
 τέρῳ περὶ τούτων εἰπεῖν. Ὁ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν·
 Ἐλεύθερος μὲν εἰμι τοῦ δοῦναι κῆνσον· εἰ γὰρ οἱ τῆς
 γῆς βασιλεῖς παρὰ τῶν υἱῶν αὐτῶν οὐ λαμβάνουσιν,
 ἀλλὰ παρὰ τῶν ἀρχομένων, πολλῷ μάλλον ἐμὲ ἀπ-
 ηλλάχθαι δεῖ τῆς ἀπαιτήσεως ταύτης, οὐκ ἐπιγείου
 βασιλέως, ἀλλὰ τοῦ τῶν οὐρανῶν ἔντα με υἱὸν καὶ
 βασιλέα. Καὶ ταῦτα εἰπὼν φησιν· Ἰνα δὲ μὴ σκαν-
 δαλίσωμεν αὐτούς, πορευθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν
 βάλε ἄγκιστρον, καὶ τὸν ἀναβάτην πρῶτον ἰχθὺν
 ἄρον, καὶ εὐρήσεις ἐν αὐτῷ στατήρα· ἐκείνον
 λαβὼν, δὸς αὐτοῖς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σου. Ὅρα πῶς
 οὐ παραιτεῖται τὸν φόρον, οὔτε ἀπλῶς κελεύει δοῦ-
 ναι, ἀλλὰ πρότερον δεῖξας οὐκ ἔντα υπεύθυνον, τότε
 δίδωσι· τὸ μὲν, ἵνα ἐκείνοι μὴ σκανδαλισθῶσι· τὸ δὲ,
 ἵνα μὴ οὔτοι. Οὐδὲ γὰρ ὡς ὀφείλων δίδωσιν, ἀλλ' ὡς
 τὴν ἐκείνων ἀσθένειαν διορθοῦμενος. Καὶ τίνας ἔνε-
 κεν οὐκ ἐξ ἀποκειμένων κελεύει δοῦναι; Ἰνα καὶ ἐν
 τούτῳ δεῖξῃ Θεὸν ἐαυτὸν δυνάτη τῶν ὀλων, καὶ ὅτι τῆς
 θαλάσσης κρατεῖ. Οὐδὲ γὰρ μικρὸν ἦν ἀπὸ τῶν βυ-
 θῶν ἐκείνων προειπεῖν, ὅτι πρῶτος ἐμπροσθεῖται ὁ τὸν
 φόρον τελῶν ἰχθύς, καὶ ὡσπερ ἀμφίβληστρον εἰς τὴν
 ἄβυσσον ἐκείνην ἀφέντα αὐτοῦ τὸ πρόσταγμα, ἀναγα-
 γεῖν τὸν κομίζοντα τὸν στατήρα, καὶ τὴν θάλατταν
 οὕτω ποιῆσαι ἄωροφρενι, καὶ πάντοθεν τὴν ὑποταγὴν
 αὐτῆς ἐπιδείκνυσθαι. Εἰ τοίνυν βούλει μέγα δεῖξαι
 σου τὸ κατορθωμά, μὴ μέγα φρόνει, καὶ τότε τοῦτο
 μεζιζὼν ἀπέφνης. Εἰ γὰρ, ὅταν ἁμαρτωλοὶ ὦμεν, ἂν
 νομίσωμεν, τοῦτο εἶναι ὑπερ ἑσμέν, δίκαιοι γινόμεθα,

* Fort. ἐκὼν ἐπεδείξατο.

ὡσπερὸν καὶ τὸ τελώνης· ὅταν δίκαιοι ὄντες ἀμπρο-
τωλοῦς ἐκυτοῦς εἶναι νομίζωμεν, πόσω μᾶλλον· Ἄν
μὲν γὰρ εἴπης σαυτὸν εὐδόκιμον, γέγονας ἀχρηστὸς,
καὶ εὐδόκιμος ἦς· ἂν δὲ ἀχρηστὸν ὀνομάτῃς, γέγονας

εὐχρηστὸς, καὶ ἀδόκιμος ἦς. Ἦς γὰρ ὑπεροφάνως
αἰδῶν ὁ Θεὸς [485] ἀντιτάσσεται, οὕτω δίδουσι χάριν
τοῖς ταπεινοῖς· ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα καὶ κράτος, εἰς
τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἄμην.

ΛΟΓΟΣ Η'.

Περὶ ψυχῆς.

Ἐοίκατιν οἱ ἔργοις κομῶντες ἀγαθοῖς, καὶ τὴν
πρὸς τὸν Θεὸν πίστιν ἀγνοήσαντες, λειψάνους νεκρῶν,
καλὰ μὲν ἐνδοθεμένοις, αἰσθητὴν δὲ τῶν καλῶν οὐκ
ἔχουσι. Τί γὰρ ὕφελος ἀνθρώπῳ ψυχὴν μὲν ἔχειν
νεκρὰν, τοῖς δὲ ἀγαθοῖς ἔργοις περιβεβλημένην; Τὰ
ἔργα ἐπ' ἐλπίδι γίνεται ἀμοιβῆς καὶ στεφάνων· εἰ δὲ
τὸν ἀγωνοθέτην ἀγνοεῖς, ὑπὲρ τίνος ἀλλεῖς; Ὅσπερ
γὰρ τοῖς ἀνθρώποις προηγείται τὸ ζῆν, καὶ οὕτω τὸ
τρέφεσθαι· οὕτω δεῖ προηγεῖσθαι ἡμῶν τῆς ζωῆς τὴν
εἰς Χριστὸν ἐλπίδα, τρέφεσθαι δὲ καὶ τοῖς ἔργοις τοῖς
ἀγαθοῖς. Τὸν γὰρ μὴ τρέφόμενον ἐγγωρεῖ ζῆν πολλά-
κις· τὸν δὲ μὴ ζῶντα οὐκ ἐγγωρεῖ τρέφεσθαι. Καὶ
ἀνευ μὲν πίστεως τὸν ἐργαζόμενον ἔργα δικαιοσύνης,
οὐ δυνήσῃ παραστήσαι ζήσαντα· ἀνευ δὲ ἔργων τὸν
πιστὸν δύναμαι δεῖξαι καὶ ζήσαντα καὶ βασιλείας
ἀξιοῦντά. Οὐδεὶς ἀνευ πίστεως ἐξῆσεν· ὁ δὲ ληστής
πιστεῦσας μόνον ἐδικαιώθη. Μὴ γὰρ μοι λέγε, Οὐκ
ἔσχες καρπὸν πολιτεῦσασθαι· εἰ γὰρ ἐπέζησε τῇ πίστει
καὶ ἔργων ἡμέλεισεν, ἐξέπιπτε τῆς σωτηρίας. Μεμαρ-
τύρητο καὶ Κορνήλιος ἐπὶ ἐλεημοσύναις καὶ προσ-
ευχαῖς, ἀλλὰ Χριστὸν ἠγνόει· καὶ ἐπεί εἶδεν ὁ τῆς
ἀληθείας ὀφθαλμὸς, ὁ μέγας κριτὴς, ὅτι καλὰ μὲν τὰ
ἔργα, νεκρὰ δὲ ἔστιν οὐκ ἔχοντα πίστιν, ἀποστέλλει
βραβεύοντα τοῖς ἔργοις ἀγγελοῦ, ὥστε τὸν καλῶς
ἀθλοῦντα στεφανώσαι τῇ πίστει, ὃς φησι πρὸς αὐτὸν·
*Κορνήλιε, αἱ προσευχαὶ σου καὶ αἱ ἐλεημοσύναι
σου ἀνέδησαν εἰς μνημοσύνην ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.*
Εἰ τοίνυν εἰσηκούσθη ἡ δέησις, καὶ αἱ ἐλεημοσύναι
εδέχθησαν, τί μοι τὸ λείπον εἰς δικαιοσύνην; Ἄλλὰ
πέμψον, φησὶ, εἰς Ἰσπανίαν, καὶ μετακλέσαι Σί-
μωνα τὸν ἐπικαλούμενον Πέτρον, ὃς ἑλλθὼν λαλή-
σει σοὶ τὰ ρήματα, ἐν ὧς σωθήσῃ σὺ καὶ ὁλος ὁ
οἶκός σου. Εἰ οὖν ἐξ ὧν λέγει Πέτρος, σώζεται
καὶ ὁ οἶκος αὐτοῦ, οὐκ εἶχεν οὐδέπω ἐκ τῶν ἔρ-
γων τὴν σωτηρίαν, ἕως αὐτῆς· τοῖς ἔργοις ἐβράβευσεν ἡ
πίστις. Λέγεται τις καὶ τῶν ἔξωθεν φιλοσόφων εἰς οἰκίαν
λαμπρὰν εἰσελθὼν, πολλῶ μὲν καταλαμπομένην χρυ-
σίῳ, πολλῶ δὲ ἀστράπτουσαν τῷ τῶν μαρμάρων καὶ
τῶν κιδῶν κάλλει· ἐπειδὴ δὲ τὸ ἔδαφος εἶδε πανταχοῦ
τάπητας ἔχον ἐστρωμένους, εἰς τὴν ἔψιν ἐμπτύσαι
οὐ τῆς οἰκίας δεσπότου· εἶτα ἐγκαλούμενος εἰπεῖν,
ὅτι τὸ μηδαμοῦ τῆς οἰκίας ἐτέρωθι τοῦτο ἐξεῖναι
ποῆσαι, εἰς τὴν ἔψιν ἀναγκασθῆναι ὑβρίσαι τὴν ἐκεί-
νου. (Ὁρᾷς ὡς καταγέλαστος ὁ τὰ ἔξωθεν καλλωπίζων
ἔστι, καὶ παρὰ πᾶσιν εὐκαταφρόνητος τοῖς νοῦν ἔχου-
σι; καὶ μάλα εἰκότως. Ὅταν γὰρ τοὺς μὲν τοίχους
καὶ τὸ ἔδαφος καὶ τὰ ἄλλα πάντα καλλωπίζῃς, τὴν δὲ
ψυχὴν περιορᾷς βακοδοτούσας, αὐχμηῶσας, πεινωσάν,
τραυματίων γέμουσας, ὑπὸ μυρίων σπασσομένων ἢ κυ-
κῶν, ποῖαν οὐκ ἂν, εἰπέ μοι, ὑποστήσῃ τιμωρίαν;
Χρήματα [486] μὲν γὰρ ἂν ἀπολέσῃς, δυνήσῃ δούναί

χρήματα, καὶ οἰκίαν, καὶ ἀνθρώποδα, καὶ ἴππου
ἕτερον τῶν κτημάτων· ψυχὴν δὲ ἂν ἀπολέσῃς, ἕτερον
ἐπιδοῦναι ψυχῆν οὐ δυνήσῃ, ἀλλὰ καὶ τὸν κόσμον ἔγῃς
ἅπαντα, καὶ βασιλεὺς τῆς οἰκουμένης ἦς, οὐκ οἶός
τε ἔση τὰ τῆς οἰκουμένης ἅπαντα καταβαλὼν μετὰ
τῆς οἰκουμένης αὐτῆς ψυχῆν ἀγοράσαι μίαν. Εἰ γὰρ
ἐπὶ σώματος, καὶ μυρία διαδήματα περικείμενος ἦς,
σῶμα δὲ ἔγῃς ἐπίνοσον φύσει καὶ ἀνιάτως ἔχον, οὐ
δυνήσῃ καὶ τὴν βασιλείαν ἅπασαν ἐπιδοῖς, τὸ σῶμα
διορθώσαι τοῦτο, καὶ μυρία σώματα προσθῆς καὶ
πόλεις καὶ χρήματα· ἐπὶ τῆς ψυχῆς πόσω μᾶλλον;
Πάντα διπλᾶ δέδωκεν ἡμῶν ὁ Θεὸς τῇ φύσει· δύο
ὀφθαλμοὺς, δύο ὠτα, δύο χεῖρας, δύο πόδας· ἵνα ἕαν
τὸ ἕτερον τούτων βλαθῇ, διὰ τοῦ ἑτέρου τὴν χρεῖαν
παραμυθώμεθα· ψυχὴν δὲ μίαν δέδωκεν ἡμῖν· ἂν
ταύτην ἀπολέσωμεν, μετὰ τίνος ἐμψιοτεύσομεν; Ψυ-
χὴ γὰρ καθάπαξ ὑπὸ φιλοχρηματίας ἀλοῦσα, οὐ ρη-
δίως οὐδὲ εὐκόλως παραιτήσεται καὶ πρᾶξαι καὶ εἰπεῖν
τι τῶν παροξυνόντων Θεὸν, ἅτε καὶ ἑτέρου γενομένη
δεσπότου δούλη, καὶ πάντα ἀπεναντίας ἐπιτάττοντος
τῷ Θεῷ. Ψυχὴ καθάπαξ τῆς οἰκίας ἀπογνοῦσα σωτη-
ρίας, οὐδαμοῦ τῆς μανίας ἀρίσταται, ἀλλὰ τὰς ἡνίας
τῆς σωτηρίας αὐτῆς ἐνδοῦσα ταῖς ἀλόγοις ἐπιθυμίαις,
πανταχοῦ φέρεται, καὶ τοῖς ἀπαντῶσιν ἔστιν ἀφόρη-
τος, ὑποφευγόντων μὲν ἀπάντων, κατασχεῖν δὲ τολ-
μῶντος οὐδεὶς, ἀλλὰ πάντα τῆς κακίας κατατρέχει
τὰ χωρία, ἕως ἂν εἰς αὐτὰ τῆς ἀπωλείας τὰ βράθρα
φέρουσα, καταχρημίσῃ τὴν ἐαυτῆς σωτηρίαν. Ψυχὴ
καθάπαξ ἀμαρτία σπεισαμένη, καὶ ἀναγγήτως διατε-
θεῖσα, πολλὴν παρέχει τῷ νοσήματι τὴν προσθήκην.
Ὅσπερ γὰρ ὅς ἐγκυλινδούμενος βορδῶρι ἤεται, οὕτω
καὶ ψυχὴ ὑπὸ κακῆς συνηθείας καταχωθεῖσα, οὐδὲ
αἰσθησὶν λαμβάνει τῆς τῶν ἀμαρτημάτων δυσωδίας·
καὶ ὡσπερ γῆν μὴ βρεχομένην οὐκ ἔστι, καὶ μυρία
τις βάλῃ σπέρματα, στάχους ἐξενεγκεῖν, οὕτω ψυχὴν
οὐκ ἔστι μὴ ταῖς θείαις Γραφαῖς φωτισθεῖσαν πρότε-
ρον, καὶ μυρία τις ἐχρήσῃ ρήματα, καρπὸν τινα ἐπι-
δείξασθαι. Καὶ καθάπερ ἡ γῆ, ὅταν μὴ σπείρηται
μηδὲ φυτεύηται, βοτάνη ἀναδίδωσιν ἀπλῶς· οὕτω
καὶ ἡ ψυχὴ, ὅταν μὴ ἔγῃ τι πρᾶξαι τῶν ἀναγκαίων,
ἐπειδὴ ἀργεῖν οὐ δύναται, πάντως τοῦ πράττειν ἐπι-
θυμοῦσα, πονηροῖς ἐαυτῆν ἐκδίδωσι πράγμασιν. Ὅσ-
περ γὰρ ἐπὶ τῶν σωματίων φλεγμονὴ, οὕτω καὶ ἐπὶ
τῆς ψυχῆς ἀπόνοια· εἶτα ἐξ ἀπονοίας ἐπιθυμία τῶν
οὐ προσηκότων ἐπακολουθεῖν ἐβλῆεν. Καὶ ὡσπερ
ἐν τοῖς σώμασιν οἱ τῶν τραυμάτων καταφρονήσαντες,
πυρετοὺς ἔτεκον καὶ σηπεδόνas καὶ θάνατον· οὕτω
καὶ ἐπὶ τῶν ψυχῶν οἱ τῶν μικρῶν ὑπερορῶντες ἀμαρ-
τημάτων, τὰ μέγιστα ἐπεισάγουσι. Διὰ τοῦτο τὸ σῶμα
ἡμῖν ἔδωκεν ἀπὸ τῆς γῆς ὁ Θεός, ἵνα καὶ αὐτὸ εἰς
οὐρανὸν ἀναγάγῃμεν, οὐχ ἵνα δι' αὐτοῦ καὶ τὴν
ψυχὴν εἰς τὴν γῆν κατασπάσωμεν. Ὁ τοῦ θαύματος!
πῶς πάντες εἰς τὰ παρόντα κεχῆνασι πράγματα, καὶ
τῶν μελλόντων οὐδέποτε λαμβάνουσιν ἔνοιαν· ἀλλ'

* Sav. ἕως αὐτῶ.

b Ex ipso Chrysost. legendum σπαρχτομένην.

c Legendum conjicit Sav. ἕτερα χρήματα.

♣ Fort. τοῦ πάντα vel ἅπαντα, omisso καί.

mur? Nam si teipsum probum dixeris, factus es inutilis, etiamsi probus fueris: si vero inutilem te nominaveris, factus es utilis, etiamsi improbus fue-

ris. Ut enim superbis novit Deus resistere, ita dare gratiam humilibus: quia ipsum decet gloria et imperium, in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA VIII.

De Anima.

Qui bonis operibus ornati sunt, fidem vero in Deum ignorant, similes esse videntur mortuorum reliquiis, quæ pulchre quidem vestitæ sunt, sed sensum pulchrorum nullum habent. Nam quid prodest homini, mortuam et bonis operibus vestitam habere animam? Opera spe præmii fiunt et coronarum: quod si præsidem certaminis ignoras, qua de re certas? Sicuti enim hominibus prius est, ut vivant, deinde ut nutriantur: ita vitam nostram spes in Christum antecedere oportet, nutriri vero insuper etiam bonis operibus debet. Sæpe enim fieri potest, ut is qui non nutritur vivat; qui vero non vivit, is nutriri nequaquam potest. Et sine fide quidem opera justitiæ facientem vixisse, nullum adducere poteris; absque operibus autem fidelem ostendere possum et vixisse, et regno dignum esse habitum. Nemo sine fide vixit: latro vero cum tantum credidisset, justus factus est. Ne enim mihi dixeris, quod tempus vitæ instituendæ accommodatum non habuerit: nam si fidei superstes fuisset operaque neglexisset, salute excidisset. Habuerat et Cornelius de eleemosynis et precibus testimonium, sed Christum ignorabat: et quoniam cernebat veritatis oculus, magnus ipse Judex, pulchra quidem esse opera, mortua vero fidem non habentia, mittit præmium parantem operibus angelum, ut præclare certantem fide coronaret: qui ait ad ipsum: *Corneli, orationes tuæ et eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam coram Deo (Act. 10. 4)*. Si igitur exauditæ sunt preces, et eleemosynæ susceptæ, quid mihi reliquum est ad justitiam? *Sed mitte, inquit, in Joppen et accerse Simonem cognomento Petrum: qui cum venerit, loquetur tibi verba, in quibus salvus fies tu, et universa domus tua (Act. 11. 13. 14)*. Si igitur ex iis, quæ dicit Petrus, salvus fit ipse domusque ipsius, nequaquam adhuc salutem ex operibus habebat, quoad fides operibus ipsius præmium paravit. Fertur etiam exterorum philosophorum quispiam, splendidam domum, multo quidem auro fulgentem, multoque marmorum et columnarum ornatu coruscantem ingressus: cum pavementum ubique tapetibus stratum cerneret, in faciem domini domus inspuit: deinde vero, cum incusaretur, dixisse, ideo se faciem illius contumelia affecisse, quod nusquam alibi in domo id facere liceret. Vides quam sit ridiculus, qui exteriora sollicitè nimis exornat, et apud omnes, qui mentis compotes sunt, contemptibilis? et merito sane. Nam cum parietes quidem et solum aliaque omnia accurate exornes, animam vero velut pannis obstitam, squalentem, esurientem, plenam vulneribus, ab innumerabilibus canibus laceratam negligas: quodnam supplicium non sustinebis? Pecuniam enim si perdidideris, dare poteris pecuniam; et si domum,

si mancipia, si quidvis aliud eorum quæ possides: animam vero si perdas, aliam reddere animam non poteris; sed licet vel universum mundum habeas, etiamsi rex sis orbis terrarum, licet universa quæ sunt in orbe terrarum, una cum ipso orbe terrarum dependas, non poteris emere unam animam. Si enim in corpore, quamvis infinitis coronis redimitus sis, corpus interim habeas natura morbidum et insanabile, etiamsi regnum totum impenderis, ut etiam innumerabilia corpora et urbes et pecunias adjicias, non poteris corpus corrigere: quanto id magis in anima? Omnia duplicia dedit Deus naturæ: duos oculos, duas aures, duas manus, duos pedes: ut si alterum horum læsum sit, per alterum indigentiam relevemus: animam vero unam nobis dedit: hanc si perdiderimus, quomam vivemus? Anima enim semel avaritia capta, non facile neque expedite recusat et facere et dicere aliquid eorum quæ Deum irritant: quippe quæ alterius domini serva facta sit, et omnia contra ac Deus imperantis. Anima cum semel salutem suam desperaverit, nusquam ab insania desistit, sed habentis salutis suæ remisit, stultis cupiditatibus quoquoversum rapitur, et occurrentibus intolerabilis est, subterfugientibus omnibus, ac nemine audente retinere; sed omnia vitii loca percurrit, donec ad extrema profunda delata suam ipsius salutem det in præceps. Anima quando omnino cum peccato foedus iniiit et doloris experts facta est, magnum præbet morbo augmentum. Nam sicut sus in luto sese volutans delectatur, ita et anima a prava consuetudine obruta, ne sentit quidem peccatorum foetorem: et ut terra quæ non irrigatur, licet infinita quis semina jaciat, non potest spicas producere: ita et anima, nisi divinis Scripturis prius illustretur, etiamsi innumera quis verba effundat, non valet fructum ullum exhibere. Et sicuti terra, nisi seminetur et plantetur, herbam tantum profert: ita et anima, ubi quid necessariorum rerum quod agat non habet, quoniam otiosa esse non potest, omnino agendi cupida, pravis seipsam negotiis tradit. Quemadmodum enim in corporibus inflammatio, ita se habet in anima socordia: deinde ex socordia cupiditas rerum indecentium consequi solet. Et sicut in corporibus ii, qui vulnera negligunt, febres et putredines et mortem sibi pariunt: ita et in animis, qui ad parva peccata conivent, majora inducunt. Propterea nobis e terra corpus dedit Deus, ut ipsum etiam ad cælum educamus, non ut per id etiam animam in terram detraheremus. O rem mirandam! quomodo omnes præsentibus rebus inhiant, et futurarum intelligentiam numquam accipiunt; sed ad corporeas quidem voluptates jugiter feruntur, animas vero fame contabescere sinunt. Et cum innumera quotidie accipiant vulnera, num-

quam sentiunt mala in quibus versantur ; sed corpus quidem arte et diligentia singulari curant, animam vero negligunt, et squalentem et sordentem et innumerabilibus vexatam malis. Et quod gravius est, quod post multos sudores et labores nec mortale hoc corpus morte superius efficiunt ; sed et immortalem illam cum mortali hoc aternis subjiciunt pœnis. Quocirca magnopere deplorans circumfusam hominum animis dementiam, densamque ipsis incumbentem caliginem, invenire vellem speculam aliquam excelsam, quæ omnia mihi genera hominum cernenda subjiceret : vellem autem et vocem adipisci, quæ per omnes terminos resonaret, et omnibus qui in terra sunt sufficeret, stareque et vociferari, ac Davidica illa voce exclamare : *Filii hominum usquequo gravi corde (Psal. 4.5) ?* Quomodo enim non absurdum est, in corpore, si id qualescumque etiam morbus invaserit, et medicos vocare, et pecunias expendere, et tolerantiam ostendere, nec prius desistere omnia facere, quousque id quod nos infestat amoverimus : cum vero anima in singulos dies stimulatur, præcipitatur atque omni modo seipsam perdit, ne brevem quidem habere sermonem ? Non enim eum qui putrescens ulcus tantum habet, lamentari oportet, sed eum qui habet et temere jacet, nec medicas nanciscitur manus : qui vero secatur et uritur, hunc maxime ad sanitatem tendere dixerimus, non dolorem qui ex sectione oritur aspicientes, sed eam quæ ex dolore sequitur sanitatem. Ita, quod ad animam attinet, affecti esse debemus : non eos qui pœnas dant, lugere et deslere oportet ; ad sanitatem enim hi trahuntur ; sed eos qui impune delinquant. Qui enim bona in spe est, et de futuris confidit, abhinc jam regnum degustavit : nihil enim ita animam recreare et præstantiorem reddere solet, sicut bona de futuris concepta spes. Nam qui omne studium in ornatum suarum ædium exhauriunt, cum in exterioribus divites sint, interiora negligunt, animamque suam desolatam, squalentem et araneorum telis plenam despiciunt. Quod si exterioribus neglectis menti suæ

omnem diligentiam impenderent, undeque ipsam accurate exornantes, Christo hospitium ejusmodi hominum anima foret. Quid autem eo, qui Christum incolam habet, beatius esse possit ? Quam igitur defensionem habebimus, aut quam veniam, cum corporis ægrotantis, ubi et argentum expendendum est, et medici accersendi, et dolor magnus perferendus, tantam habeamus curam ; animam vero negligamus, præsertim neque argentum expensuri, neque negotium aliis exhibituri, neque dolores subituri ; sed absque his omnibus, electione et voluntate sola omnino corrigere nos ipsi valentes, et exacte scientes, quod nisi id fecerimus, extremum luituri simus supplicium, et irrecusabiles pœnas et cruciatus ? Et quemadmodum qui carcerem inhabitant, semper quidem in anxietate ac doloribus sunt, sed maxime eod die, quo educendi sunt et ad ipsas judicis fores ducendi ; et ante cancellos stantes, vocemque judicantis intus audientes, metu obrigescunt, et nihilo meliorem sunt specie quam mortui : sic et anima ipso quidem etiam prævaricationis tempore maxime affligitur et premitur, sed multo magis quando hinc avulsa ad rationes illic reddendas et ad terribile illud judicium abducenda est. Propterea sæpe refugit et intro recedit, metuit et exhorrescit, cum a carne discessura est. Tunc enim sive quis rapuerit, sive aliena invaserit, sive alios infestaverit, sive injuste alicujus inimicus fuerit, sive aliud quodlibet malum designaverit, universus peccatorum chorus renovatur, et oculis sese offert statque acerbis conscientie accusator. Ideoque et animam nacti sumus immortalem, et corpus vero immortale futurum est, ut infinitis perfruamur bonis. Quod si terræ affixus fueris, cum celestia proponantur, cogita quanta hinc contumelia in donantem oriatur ; cum ille quidem celestia tibi porrigat, tu vero non magnam eorum rationem ducens, terram commutes celestibus. Quæ utinam omnes adipiscamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA IX.

De non contemnenda Ecclesia Dei et sanctis mysteriis.

MATTHEO CROMERO INTERPRETE.

Perpauci nobis hodie adsunt. Quidnam in causa est ? martyrum memoriam peragimus, et nemo ad nos accurrit. Sed prolixius viæ spatium in socordiam ipsos coniecit : imo vero non viæ spatium, sed segnitia eos impedivit. Quemadmodum enim studiosum et arrecto animo præditum, prohibere nihil potest, ita socordem et languidum retardare omnia possunt. Martyres sanguinem suum pro veritate profuderunt, et tu ne brevis quidem viæ spatium pro nihilo ducere potes ? illi caput posuerunt propter Christum : tu vero nec exiguum spatium vis accurrere propter Dominum ? Dominus tua causa mortuus est, et tu causa ipius cunctaris ? memoria martyrum sit, et tu segnis et supinus jaces ? Numquid est ut adsis et videas dia-

bolum vinci, martyremque vincere, Deum glorificari, et Ecclesiam coronari. Atqui peccator sum, dicet aliquis, et non possum accurrere. Quandoquidem peccator es, recurre, ut justus fias. Quis vero hominum absque peccato est, dic mihi ? An nescis quod et ipsi qui altari assident, peccatis affixi sunt ? carne enim amicti et corpori implicati sunt : quin et nos ipsi, qui in solio sedemus ac docemus, peccatis implicati sumus : sed non desperamus de divina benignitate, neque inhumanitatem ipsi affingimus. Propterea namque ipsos etiam sacerdotes affectionibus servire curavit Deus, ut ex iis quæ ipsi patiuntur, aliis etiam ignoscere discant. Quante igitur amentie et absurditatis non fuerit, quod, cum nos quidem citharædus aut saltator aut alius aliquis ejusmodi hominum vocaverit, studiose omnes currimus, et gratiam ei quod

εις μὲν τὰς σωματικὰς ἀπολαύσεις ἀδίαλειπτως ἐπει-
γονται, τὰς δὲ ψυχὰς ἐῷσιν ἐν λιμῷ τήκεσθαι· καὶ
μυρία καθ' ἑκάστην ἡμέραν λαμβάνοντες [487] τραύ-
ματᾶ, οὐδέποτε αἰσθησιν λαμβάνουσι τῶν ἐν οἷς εἰσι
κακῶν, ἀλλὰ τὴν μὲν τοῦ σώματος θεραπείαν ἑαυτοῖς
περιποιοῦνται, τῆς δὲ ψυχῆς ὑπερρωσιν αὐχμώσης
τε καὶ ρυπώσης καὶ ὑπὸ μυρίων ἐνοχλουμένης κα-
κῶν. Καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι μετὰ τοὺς πολλοὺς
κρῶτάς τε καὶ πόνους οὐδὲ τὸ θνητὸν σῶμα θανάτου
κρίεττον ἐργάζονται, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀθάνατον μετὰ
τοῦ θνητοῦ ταῖς ἀθανάτοις ὑποβάλλουσι τιμωρίαις.
Διὰ τοῦτο λίαν ὀλοφυρόμενος τὴν περιεχυμένην ἄνοιαν
ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς, καὶ τῆς ἐπικειμένης αὐ-
τοῖς ἀχλύος τὴν παχύτητα, ἐβουλόμην εὐρεῖν σκοπιάν
τινα ὑψηλὴν, ὑποδεικνύουσαν μοι πάντα τὰ τῶν ἀν-
θρώπων γένη· ἠβουλόμην δὲ καὶ φωνῆς τυχεῖν πάντα
περιηχοῦσης τὰ πέρατα, καὶ πᾶσιν ἀρκούσης τοῖς
ἐπὶ γῆς, καὶ στήναι καὶ βοῆσαι, καὶ Δαυιδικὴν ἐκεί-
νην ἀνακηρῦσαι φωνῆν· *Υἱοὶ ἀνθρώπων, ἕως ὅποτε
βαρυκάρδιοι; Πῶς γὰρ οὐκ ἄστοπον, ἐπὶ μὲν τὸ σῶ-
ματος, κἄν τὸ τυχὸν καταλάβῃ πάθος, καὶ ἰατροῦς
καλεῖν, καὶ χρῆματα ἀναλίσκειν, καὶ καρτερίαν ἐπι-
δείκνυσθαι, καὶ οὐ πρότερον ἀφίστασθαι ἅπαντα
πράττοντας, ἕως ἂν ἀποθώμεθα τὸ λυποῦν· τῆς δὲ
ψυχῆς καθ' ἑκάστην ἡμέραν κεντουμένης, κρημνίζο-
μένης, καὶ πάντα τρόπον ἀπολλούσης ἑαυτήν, οὐδὲ
βραχὺν ἔχειν λόγον; Ὁ γὰρ τὸν ἔχοντα σηπεδῶνα
ἱρηνεῖν ἀπλῶς δεῖ, ἀλλὰ τὸν ἔχοντα καὶ εἰκῆ καίμε-
νον, καὶ μὴ τυγχάνοντα ἰατρικῶν χειρῶν· τὸν δὲ
τεμνόμενον καὶ καιόμενον, τοῦτον μάλιστα φαίημεν
ἂν πρὸς ὑγίειαν ὀδεύειν, οὐ τὴν ἀπὸ τῆς τομῆς ὀδύνην
βλέποντες, ἀλλὰ τὴν ἀπὸ τῆς ὀδύνης ὑγίειαν. Οὕτω
καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς διακείσθαι χρῆ, οὐχὶ τοὺς κολαζο-
μένους, οὗτοι γὰρ πρὸς ὑγίειαν ἔλκονται, ἀλλὰ τοὺς
ἀμαρτάνοντας ἀτιμωρητῆ πενθεῖν καὶ δούρεσθαι. Ὁ
γὰρ χρησταῖς συστρεφόμενος ἂ ἐλπίσι καὶ περὶ τῶν
μελλόντων θαρδῶν, ἀπεντεῦθεν ἦδη τῆς βασιλείας
ἐγεύσατο· οὐδὲν γὰρ οὕτω ψυχὴν εἴωθεν ἀνακτᾶσθαι
καὶ ἀμείνω ποιεῖν, ὡς ἡ χρηστὴ τῶν μελλόντων ἐλπίς.
Οἱ μὲν γὰρ ἅπαντες τὴν σπουδὴν εἰς τὸν καλλωπισμὸν
κενοῦντες τῆς ἑαυτῶν οἰκίας, ἐν τοῖς ἔξω πλουτοῦντες,
ἀμελοῦσι τῶν ἐνδον, καὶ ἔρημον καὶ αὐχμώσαν καὶ
ἀραχνίω γέμουσαν περιορώσι τὴν ἑαυτῶν ψυχὴν·*

* Lege, monente Savil., συντρεφόμενος.

ἂν δὲ τῶν ἔξωθεν ἀμελήσαντες εἰς τὴν ἑαυτῶν διά-
νοιαν τὴν προθυμίαν καταναλώσωσιν ἅπασαν, παντα-
χόθεν αὐτὴν καλλωπίζοντας, καταγώγιον ἔσται τῷ Χρι-
στῷ τῶν τοιοῦτων ἀνθρώπων ἡ ψυχὴ· τοῦ δὲ τὸν
Χριστὸν ἔχοντος ἔνοιον, τί γένοιτο ἂν μακαριώτερον;
Τίνα οὖν ἔξομεν ἀπολογίαν, ποίαν συγγνώμην, ὅταν
μὲν τοῦ σώματος νοσοῦντος, ἔθθα καὶ ἀργύριόν ἐστι
καταβαλεῖν, καὶ ἰατροῦς παρακαλέσαι, καὶ ὀδύνην
ὑπομείναι πολλήν, τοσαύτην ποιώμεθα πρόνοιαν·
ψυχῆς δὲ καταφρονῶμεν; καὶ ταῦτα μῆτε ἀργύριον
καταβαλεῖν μέλλοντες, μῆτε ἐτέρους διανοχεῖν, μῆτε
ὀδύνας ὑφίστασθαι· ἀλλὰ, χωρὶς τούτων πάντων, διὰ
τοῦ προσέσθαι καὶ βουληθῆναι μόνον πᾶσιν αὐτοῖς
δυνάμενοι ποιήσασθαι τὴν διάρθρωσιν, καὶ ἀκριβῶς
εἰδότες, ὡς, εἰ μὴ τοῦτο ποιήσαιμεν, τὴν ἐσχάτην
ὑποσησόμεθα δίκην, καὶ τὰς ἀπαραιτήτους κολάσεις
καὶ τιμωρίας; Καὶ καθάπερ οἱ τὸ δεσμωτήριον οἰ-
κοῦντες ἀεὶ μὲν ἐν κατηφείᾳ καὶ ὀδύνας εἰσι, μά-
λιστα δὲ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, καθ' ἣν ἂν μέ-
λιτος ἐξάγεσθαι, καὶ παρ' αὐτὰς τὰς τοῦ δικάζοντος
ἀγεσθαι θύρας, καὶ πρὸ τῶν κυχκλίδων ἐστῶτες, καὶ
τῆς [488] τοῦ κρινόντος φωνῆς ἐνδοθεν ἀκούοντες,
ἀποπήγνυνται τῷ φόβῳ, καὶ τῶν νεκρῶν οὐδὲν ἀμει-
νον διακείνται· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ μάλιστα μὲν ἐν αὐτῷ
τῆς ἀμαρτίας καιρῷ ὀδυνᾶται καὶ στενοχωρεῖται,
πολλῷ δὲ πλείον, ὅταν ἐντεῦθεν ἀποσπασθεῖσα πρὸς
τὰς εὐθύνας τὰς ἐκεῖ καὶ τὸ φοβερὸν ἀπάγεσθαι μέλλῃ
δικαστήριον. Διὰ τοῦτο πολλὰκι; ἀναδύεται καὶ πρὸς
τὸ βάθος κάτω χωρεῖ, καὶ δέδοικε καὶ φρίττει, μέ-
λουσα τῆς σαρκὸς ἀφίπτασθαι. Τότε γὰρ, εἴτε ἤρπασ-
τις, εἴτε ἐπλεονεκτησεν, εἴτε τινὰ ἐπηρεάσεν, εἴτε τι-
νὸς ἐχθρὸς γέγονεν ἀδικῶς, εἴτε ἄλλο ὅτιοῦν ἐργά-
σατο δεινὸν, ἅπας ὁ τῶν ἀμαρτημάτων χορὸς ἀνα-
νεοῦται, καὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν φαίνεται πικρὸς
ἔστηκώς τοῦ συνειδότες κατήγορος. Διὰ τοῦτο καὶ
ἀθάνατος ἡμῖν γέγονεν ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα δὲ ἔσται
ἀθάνατον, ἵνα τῶν ἀτελευτήτων ἀπολαύσωμεν ἀγα-
θῶν. Ἄν δὲ τῆ γῆ προσηλωμένος ἦς, τῶν οὐρανίων
προκειμένων, ἐννόησον ὅση γίνεται εἰς τὸν δωρούμε-
νον ὕβρις, ὅταν ἐκεῖνος μὲν τὰ ἄνω σοι προτείνῃ, σὺ
δὲ οὐ πολλὸν αὐτῶν ποιούμενος λόγον, τὴν γῆν ἀνταλ-
λάσῃ τῶν οὐρανίων. Ἄν γένοιτο πάντα ἡμᾶς ἐπι-
τυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν
Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς
αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ Θ'.

*Περὶ τοῦ μὴ καταφρονεῖν τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλη-
σίας καὶ τῶν ἁγίων μυστηρίων.*

Ἐπίλοιποι ἡμῖν σήμερον οἱ παραγενόμενοι. Ἄρα τί
τὸ αἴτιον; μνήμην μαρτύρων ἐπιτελούμεν, καὶ οὐδεὶς
ἡμῖν ἀπήνησεν. Ἀλλὰ τὸ διάστημα τῆς ὁδοῦ εἰς βᾶ-
θυμίαν αὐτοὺς ἐνέβαλε· μᾶλλον δὲ οὐ τὸ διάστημα τῆς
ὁδοῦ, ἀλλ' ἡ βᾶθυμία αὐτοῖς ἐνεπόδισεν. Ὅσπερ γὰρ
τὸν σπουδαῖον καὶ διεγρηγορμένον τῆ πραιρέσει οὐδὲν
δύναται κωλύσαι· οὕτω τὸν βᾶθυμον καὶ ἀναπεπτω-
κότα πάντα δύναται κωλύσαι. Οἱ μάρτυρες τὸ ἴδιον
οἴμα ἐξέχεον ὑπὲρ τῆς ἀληθείας· καὶ σὺ οὔτε βραχείας
ὁδοῦ διάστημα καταφρονήσας δύναται; ἐκείνοι τὴν
κεφαλὴν ἀπέθεντο διὰ τὸν Χριστόν· σὺ δὲ οὔτε μικρὸν
ἀπαντήσας; Ὀλέεις διὰ τὸν Δεσπότην; ὁ Δεσπότης διὰ
σὲ ἀπέθανε, καὶ σὺ δι' αὐτὸν ὀκνεῖς; μνήμη μαρτύρων,

καὶ σὺ βᾶθυμῆς καὶ ἀναπέπτωκας; Δέον ἐστὶ σε πα-
ραγενεῖσθαι, καὶ ἰδεῖν τὸν διάβολον ἠττώμενον, καὶ
μάρτυρα νικῶντα, καὶ Θεὸν δοξαζόμενον, καὶ Ἐκκλη-
σίαν στεφανουμένην. Ἀλλὰ ἀμαρτωλὸς εἰμι, φησὶ,
καὶ οὐ δύναμαι ἀπαντῆσαι. Ἐπειδὴ ἀμαρτωλὸς εἶ,
ἀπάντησον, ἵνα γένη δίκαιος. Τίς δὲ τῶν ἀνθρώπων
ἄνευ ἀμαρτίας, εἶπέ μοι; Ἡ οὐκ οἶδας ὅτι καὶ αὐτοὶ
οἱ τῷ ὑσιασθηρίῳ προσεδρεύοντες ἀμαρτίας εἰσὶ
προσηλωμένοι; σάρκα γὰρ εἰσιν ἐνδεδυμένοι, καὶ σῶ-
ματι συμπεπλεγμένοι· καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ οἱ ἐπὶ θρόνου
καθήμενοι καὶ διδάσκοντες, ἀμαρτίας συμπεπλέ-
γμεθα· ἀλλ' οὐκ ἀπογινώσκωμεν τῆς τοῦ Θεοῦ φιλαν-
θρωπίας, οὐδὲ ἀπανθρωπῶν αὐτῷ περιάπτομεν. Διὰ
γὰρ τοῦτο καὶ αὐτοὺς τοὺς ἱερεῖς πάθει δουλεύειν
παρασκευάσεν ὁ [489] Θεὸς ἐξ ὧν αὐτοὶ πάσχουσι,

καὶ τοῖς ἄλλοις συγγνώμην δίδωσι. Πόσης οὐκ ἂν εἴη ταῦτα παραπληξίας καὶ ἀλογίας, ὅτι, ἂν μὲν κίθαροδὸς ἢ ὄρχηστὴς ἢ ἄλλος τις τῶν τοιούτων ἡμᾶς καλέσῃ, μετὰ σπουδῆς ἅπαντες τρέχομεν, καὶ χάριν αὐτῷ τῆς κλήσεως ἴσμεν, καὶ ἡμέρας ὀλοκλήρου τὸ ἤμισυ μέρος ἀναίσχουην ἐκείνῳ προσέχοντες μόνῳ· τοῦ δὲ Θεοῦ διὰ προφητῶν καὶ ἀποστόλων ἡμῖν διαλεγόμενου χασμῶμεθα, κνώμεθα, καὶ ἰλιγγώμεν· καὶ ἐν μὲν ἵπποδρομίαις, οὐκ ὀρίφου ἐπικειμένου τοῦ τὴν ὑστὴν στέγοντος, οἱ πλείους πολλῶν ὄμβρων καταφερομένων, καὶ ἀνέμου τὸ ὕδωρ εἰς τὰς ὄψεις ῥιπίζοντος, ἐστῆσαι μαινόμενοι, καὶ ψυχούς καὶ ὑστεῖ καὶ μήκουσ ὁδοῦ καταφρονοῦσι, καὶ οὐδὲν αὐτοὺς οὔτε οἰκοὶ κατέχει, οὔτε ἐκεῖ κωλύει διαθεῖναι· εἰς δὲ τὴν ἐκκλησίαν ἀπελθεῖν ὁ ὑστὴς ἡμῖν καὶ ὁ πηλὸς κώλυμα γίνεταί. Κἂν μὲν ἐρωτηθῶσι, τίς ἐστὶν ὁ Ἄμωσ ἢ ὁ Ἀβδίας, ἢ ποῖος τῶν προφητῶν ὁ ἀριθμὸς ἢ τῶν ἀποστόλων, οὐδὲ χάνοι δύνανται· ὑπὲρ δὲ ἵππων καὶ ἡνιόχων, καὶ σοφιστῶν καὶ ῥητόρων δευνότερον τὰς ἀπολογίας συντιθεῖσι. Καὶ πῶς ταῦτα ἀνεκτὰ, ἐπεὶ μοι; Παρηγήσα πολλάκις εἰς θέατρα μὴ ἀναβαίνειν. Ἦκουσας, οὐκ ἐπίσευθες ἀνέβης εἰς τὸ θέατρον, παρῆκουσάς μου τοῦ λόγου· μὴ αἰσχυνθῆς πάλιν εἰσελθεῖν καὶ ἀκοῦσαι. Ἦκουσα, καὶ οὐκ ἐτήρησα, φησί· πῶς δύναμαι εἰσελθεῖν καὶ ἀκοῦσαι; Τέως αὐτὸ τοῦτο οἶδας, ὅτι οὐκ ἐτήρησας, τέως αἰσχύνῃ, τέως ἐρυθρίας, τέως μηδενὸς ἐλέγχοντος τὸν χαλινὸν ἐπιφέρεσι, τέως τὸν λόγον μου ἔχεις ἐρριζωμένον, τέως μὴ φαινόμενον μου, ἢ διδασκαλία μου καθαιρεῖς σε. Οὐκ ἐτήρησας; μᾶλλον εἰσελθε, ἵνα πάλιν ἀκούσας τῆρησῃς. Φάρμακον ἔαν ἐπιτεθῆ σοι, καὶ μὴ καθάρῃ σε, τῇ ἄλλῃ ἡμέρᾳ οὐκ ἐπιτιθῆς αὐτὸ πάλιν; Ἔστω τις δρυτόμος, ὃ ἄνθρωπε, καὶ θελέτω τεμεῖν δρῶν· λαμβάνει ἀξίνην, εἶτα κόπτεται τὴν βίβαν· ἔαν ὄψῃ μίαν πληγὴν, καὶ μὴ πέση τὸ δένδρον, οὐ δίδωσιν ἄλλην πληγὴν, οὐ τετάρτην, οὐ πέμπτην, οὐ δεκάτην; Οὕτω καὶ σὺ ποιεῖ. Ταῦτα λέγω, οὐχ ἵνα ὑμᾶς βραθυμότερους ἐργάζωμαι, ἀλλ' ἵνα σπουδαιότερους καταστήσω. Εἰσηλθὲς εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἄνθρωπε, ἡξιώθης τῆς τοῦ Χριστοῦ συντυχίας· ἔαν μὴ ἀπολυθῆς, μὴ ἐξέλθῃς. Ἐὰν γὰρ πρὸς τῆς ἀπολύσεως ἐξέλθῃς, ὡς δραπετὴς εὐθύνη. Τὴν ὅλην ἡμέραν ἐν τοῖς σωματικοῖς ἀναλίσκει, καὶ δύο ὥρας ἐν τοῖς πνευματικοῖς οὐκ ἀσχολῆ; Εἰς θέατρον πολλάκις ἀπέρχῃ, καὶ ἔως τῆς ἀπολύσεως οὐ κατέρχῃ· καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσέρχῃ, καὶ πρὸ τῶν θείων μυστηρίων ἐξέρχῃ; Φοβήθητι τὸν εἰρηκότα, Ὁ καταφρονῶν πράγματος, καταφρονηθήσεται ὑπ' αὐτοῦ. Καὶ βασιλεῖ μὲν παρεστῶς, οὐδὲ ἀπῶς μειδιάσαι ἀνέχῃ· τῷ δὲ τῶν ἀπάντων Δεσπότην παρεστηκῶς, οὐκ ἴστασαι μετὰ φόβου καὶ τρόμου, ἀλλὰ γελᾷς αὐτοῦ πολλάκις ὀργιζομένου; οὐκ ἐννοεῖς ὅτι τῶν ἁμαρτημάτων ταύτῃ μειζύως παροξύνεις αὐτόν; Οὐ γὰρ οὕτω τοὺς ἐξαμαρτάνοντας, ὡς τοὺς μὴ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν συσταλλομένους ἀποστρέφουσαι εἰθωὲν ὁ Θεός. Τί ποιεῖς, ἄνθρωπε; ἐν ἐκκλησίᾳ ἐστῶς, κάλλη γυναικῶν περιεργάζῃ, καὶ [490] οὐ φρίττεις οὕτως ἐνυδριζῶν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ; Ποροῖόν σοι δοκεῖ εἶναι ἡ ἐκκλησία καὶ τῆς ἀγορᾶς ἀτιμότερα; ἐν ἀγορᾷ μὲν γὰρ δέδοικας καὶ αἰσχύνῃ φανῆναι γυναῖκα περιεργαζόμενος· ἐν δὲ τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ, αὐτοῦ διαλεγόμενον σοι καὶ ἀπειλούντος ὑπὲρ τούτων, τοιούτων κατατολμᾷς κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν, καθ' ὃν ἀκούεις μὴ ταῦτα ποιεῖν, καὶ οὐ φρίττεις οὐδὲ ἐξέστηκας, ἐργαστήριον παρανομίας τὴν καρδίαν ἀποτελῶν καὶ τοὺς ὀφθαλμούς; Βέλτιον τοὺς τοιούτους

πηρούς εἶναι, ἢ εἰς ταῦτα κεχρῆσθαι τοῖς ὀφθαλμοῖς. Ἐννόησον τίνος πλησίον ἐστηκας, ἐν τῇ ἱερᾷ καὶ φρικτῶδε μυσταγωγίᾳ, ἄνθρωπε, μετὰ τίνων μέλλεις καλεῖν τὸν Θεόν· μετὰ τῶν Χερουθιμ, μετὰ τῶν Σεραφίμ, καὶ τῶν ἄλλων οὐρανίων δυνάμεων· ἀναλόγησαι σου τοὺς συγχορευτάς· ἀρκεῖ σοι τοῦτο εἰς νῆψιν, ὅταν ἐνθυμηθῆς, ὅτι σῶμα περικεείμενος, καὶ σαρκὶ συμπαλεγμένος, μετὰ τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων κατηζυώθης ἀνυμνεῖν τὸν κοινὸν Δεσπότην ἀπάντων. Μὴ τοῖνον διαλελυμένους τὴν προθυμίαν τῶν ἱερῶν κοινώνει καὶ μυστικῶν ὕμνων ἐκείνων, μὴ βιωτικός κατ' ἐκείνον τὸν καιρὸν ἔχε λογισμούς· ἀλλὰ πάντα τὰ γῆνα τῆς διανοίας ἐξορίσας, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ὄλον ἑαυτὸν μεταθεῖς, ὡς αὐτοῦ πλησίον ἐστῶς τοῦ θρόνου τῆς δόξης, καὶ μετὰ τῶν Σεραφίμ ἱπτάμενος, οὕτως τῷ Θεῷ τὸν πανάγιον ὕμνον ἀνάφερε. Διὰ γὰρ τοῦτο ἐστάναι καλῶς κατὰ τὸν τῆς θείας μυσταγωγίας καιρὸν κελυθώμεθα, ἵνα τοὺς χαμῶδους συμφορῶν λογισμούς ἀνορθώσωμεν, ἵνα τὴν ἔκλυσιν τὴν ἐκ τῶν βιωτικῶν γινομένην ἡμῖν πραγμάτων ἐκβαλόντες, ὀρθὴν ἐμπροσθεν τοῦ Θεοῦ ἀναστήσῃς δυνηθῶμεν ἡμῶν τὴν ψυχὴν. Οὐ γὰρ περὶ χειρῶν καὶ γονάτων λέγει τὸν τοῦ σώματος· οὐδὲ γὰρ δρομῶσιν ἀνθρώποις, οὐδὲ παγκρατιασταῖς διαλέγεταί· ἀλλὰ τὴν ἰσχύον τῶν ἔνδον λογισμῶν προκαταβεβλημένην ὑπὸ τῶν πειρασμῶν, ἀναστήσῃς διὰ τῶν ῥημάτων τούτων παρακελεύεται. Κατὰ γὰρ τὸν τῆς θείας συνάξεως καιρὸν, ἀδελφοί, οὐκ ἄνθρωποι μόνον βοῶσι· τὴν φρικτωδεστάτην ἐκείνην βοήν, ἀλλὰ καὶ ἄγγελοι προσπίπτουσι τῷ Δεσπότην, καὶ ἀρχάγγελοι δέονται· ἔχουσι γὰρ καὶ τὸν καιρὸν αὐτοῖς συμμαχοῦντα, καὶ τὴν προσφορὰν βοηθοῦσαν. Καὶ καθάπερ ἄνθρωποι κλάδους ἐλαιῶν ἐκκόψαντες ἐπισείουσι τοῖς βασιλεῦσι, διὰ τοῦ φυτοῦ ἐλέου καὶ φιλανθρωπίας αὐτοὺς ἀναμιμνήσκοντες· οὕτω δὴ καὶ οἱ ἄγγελοι τότε ἀντι κλάδων ἐλαιῶν, αὐτὸ τὸ σῶμα τὸ δεσποτικὸν προτεινόμενοι, τὸν Δεσπότην παρακαλοῦσιν ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, μονονουχὶ λέγοντες, ὅτι Ἰσπερ τούτων δέδεμεθα, οὐς αὐτοὺς φθάσας οὕτως ἀγαπήσῃς κατεξέσας, ὡς τὴν ψυχὴν ἐπιδοῦναι ἵνα ἑαυτοῦ· ὑπὲρ τούτων ἐκχέομεν τὰς ἰκετηρίας, ὑπὲρ ὧν αὐτὸς τὸ αἷμα ἐξέχεας· ὑπὲρ τούτων παρακαλοῦμεν, ὑπὲρ ὧν τὸ σῶμα τοῦτο κατέβυσας. Ἐκαστος τοῖνον ἀναλογιζέσθω παρ' ἑαυτῷ, ποῖον ἐλάττωμα διώρθωσε, ποῖον κατόρθωμα προσεκτήσατο, ποῖαν ἁμαρτίαν ἀπέπλεψατο, κατὰ τί βέλτιον ἐγένετο· κἂν μὲν εὐρὴ πλεόν τι γενόμενον ἀπὸ τῆς νηστείας αὐτῷ πρὸς τὴν καλὴν ταύτην ἐμπορίαν, καὶ συνίδη ἑαυτῷ πολλὴν πεποιημένην τῶν τραυμάτων ἐπιμέλειαν, προσερχέσθω· εἰ δὲ ἡμελημένος ἔμεινε, νηστεῖαν μὲν ἔχων ἐπιδείξασθαι μόνον, τῶν δὲ ἄλλων οὐδὲν κατωρθωκῶς, ἐξω μενέτω, καὶ τότε εἰσιέτω, ὅταν [491] ἅπαντα ἐκκαθάρῃ τὰ ἁμαρτήματα. Τὸν μὲν γὰρ μὴ νηστεύοντα εἰκὸς καὶ συγγνώμης τυχεῖν, αἰώματος ἀσθένειαν προβαλλόμενον· τὸν δὲ μὴ διορθώσαντα ἑαυτοῦ τὰ πλημμελήματα, ἀδύνατον ἀπολογίας τυχεῖν. Τῆς γὰρ ἐν ταῖς συνάξεσι βραθυμίας ἔαν ἀπαιτήσῃ τὰς εὐθύνας ὁ Θεός, τί ποιήσομεν; Ἴστε γὰρ δῆπου τοῦτο, ὅτι πολλάκις αὐτοῦ διαλεγόμενον πρὸς πάντας ἡμᾶς διὰ τοῦ προφήτου, πολλοὺς καὶ μακροὺς ποιούμεθα πρὸς τοὺς πλησίον λόγους περὶ τῶν οὐδὲν ἡμῖν προσκόντων πραγμάτων. Ἄν τοῖνον πάντα παρεῖς τὰ ἄλλα, ταύτης τῆς ἁμαρτίας θελήσῃ δίκην ἀπαιτῆσαι ἡμᾶς, ποῖα σωτηρίας ἐστὶ ἡμῖν ἐλπίς; Μὴ γὰρ δὴ μικρὸν

nos vocaverit habemus, et integri diei mediam partem consumimus, illi soli attendentes; Deo vero per prophetas et apostolos nobiscum loquente, oscitamus, scalpimus nos et hæsitamus? Ac in circo quidem, nullo tecto quod pluviam sustineat superposito, complures, largis imbribus decidentibus, et vento aquam in ora sufflante, stant insani, frigusque et pluviam ac viæ prolixitatem parvipendunt, neque quidquam ipsos vel domi continet, vel illuc transire vetat; ad ecclesiam vero quo minus eamus, pluvia nobis atque lutum impedimentum est. Ac si quidem interrogentur, quisnam sit Amos aut Abdias, sive quis sit numerus prophetarum aut apostolorum, ne hiscere quidem possunt; pro equis vero et aurigis, si quis defensionem componat, et sophistas et oratores superat. Et quonam pacto, quæso, hæc tolerabilia sunt? Admonui sæpenuero, in theatrum non esse ascendendum. Audivisti, nec obsequutus es: ascendisti in theatrum, non parvisti orationi meæ: ne te pudeat rursus ingredi et audire. Audivi, nec tamen servavi, inquis: quomodo possum ingredi et audire? Interim hoc ipsum intelligis, te non servasse, interim te pudet, interim erubescis, interim nemine arguente frenum adhibes, interim orationem meam certam ac infixam retines, interim me non comparente, doctrina mea te dejicit. Non servasti? magis ingredi, ut cum rursus audieris, observes. Medicamentum si tibi adhibeatur, nec tamen te purget, nonne altera die rursus id ipsum adhibes? Sit quispiam lignarius faber, o homo, velitque quercum incidere: accipit asciam, deinde radicem incidit: si det unum ictum, et arbor non concidat, nonne addit et alterum ictum? non quartum? non quintum? non decimum? Itidem tu quoque facito. Hæc dico, non ut segniores vos reddam, sed ut diligentiores efficiam. Ingressus es in ecclesiam, o homo, dignus habitus es Christi consortio: ne ex eas, nisi dimittaris: nam si ante dimissionem exieris, tanquam fugitivus rationem reposceris. Totum diem in rebus quæ ad corpus spectant, consumis; et duas horas spiritualibus non vacas? Ad theatrum sæpe abis, neque inde discedis donec dimittaris; et in ecclesiam ingressus, priusquam divina mysteria peragantur, egrederis? Time cum qui dixit: *Qui contemnit rem, contemnetur ab ea* (Prov. 13. 13). Ac regi quidem cum adstas, ne ridere quidem omnino audes: omnium vero Domino cum adstas, non stas cum timore et tremore, sed rides ipso sæpe irascente? non cogitas, quod hoc facto multo magis, quam peccatis ipsis, eum irritas? Neque enim usque adeo peccantes sicut eos, qui post peccatum animum non dimittunt et contrahunt, Deus aversari solet. Quid agis, o homo? in ecclesia stans, formas mulierum curiose contemplaris, et non perhorrescis tanta injuria templum Dei afficiens? Lupanar tibi esse videtur ecclesia Dei, et foro despicabilior? Nam in foro quidem metuis et erubescis videri mulierem curiose contemplari: in templo vero Dei ipso tecum loquente, et pro his comminante, talia audes eo ipso tempore, quo audis hæc

facienda non esse, et non perhorrescis neque mente commoveris, cor et oculos officinam iniquitatis faciens? Præstaret hujusmodi esse cæcos, quam ad ista oculis suis usos fuisse. Cogita, prope quem adstas, in sacro illo tremendo que sacrificio, cum quibus sis invocaturus Deum: cum Cherubim, cum Seraphim et cum aliis virtutibus cælestibus: reputa, quos tecum Deum concelebantes habeas. Sufficit hoc tibi ad sobrietatem, cum perpenderit, quod corpore circumseptus et carni implicatus, cum incorporeis virtutibus communem omnium Dominum collaudare dignus sis habitus. Ne igitur dissoluto animo sacris et laudibus illis arcanis communices: ne sæculares cogitationes per illud tempus habeas: verum omnibus terrenis rebus ex mente ejectis, et ad cælum totus translatus, perinde ac si prope ipsius solium gloriæ adstares, et cum Seraphim volares, ita Deo sanctam per omnia laudem affer. Propterea enim honeste tempore divini sacrificii stare jubemur, ut humi repentines cogitationes erigamus: ut languore, qui ex vitæ hujus negotiis oritur, excusso, rectum coram Deo animum exsuscitare possimus. Non enim de manibus et genibus corporis dicit; neque enim cum cursoribus aut pancratiastis loquitur; sed interiorum cogitationum vires a tentationibus prostratas, exsuscitare his verbis hortatur. Divinæ enim communionis tempore, fratres, non homines solum horrendum illum clamorem vociferantur, sed et angeli procumbunt Domino, et archangeli orant: nacti enim sunt tempus opportunum, et oblationem auxiliantem. Et quemadmodum homines ramos olearum recisos regibus protendunt, per stirpem illam misericordie et humanitatis ipsos admonentes: ita scilicet et angeli tunc pro ramis olearum corpus Domini protendentes, Dominum pro natura humana precantur, tantum non dicentes: Pro his rogamus, quos tu prior ita diligere dignatus es, ut tuam ipsius animam traderes; pro his supplices preces profundimus, pro quibus ipse sanguinem sudisti; pro his oramus, pro quibus corpus hoc hostiam obtulisti. Unusquisque igitur secum reputet, quemnam defectum emendaverit, quod bonum opus insuper acquisierit, quod peccatum absterserit, in quo melior sit factus: ac si quidem augmenti aliquid ex jejuniis sibi accessisse deprehendat ad præclaram hanc mercaturam, sibi que conscius sit multam se vulneribus curam adhibuisse, accedat; si vero sine cura manserit, solum quidem jejunium ostendere habens, in aliis vero nihil profecerit, foris maneat; et tunc ingrediatur, ubi omnia delicta expurgaverit. Eum enim qui corporis imbecillitatem præterens, non jejunat, veniam obtinere consentaneum est: qui vero errores suos non correxerit, hunc excusationem invenire, fieri non potest. Quid enim facturi sumus, si ignaviæ in conventibus Deus rationes exposcat? Certe enim nostis quod frequenter ipso per prophetam nobis colloquente, multos et prolixos cum proximis sermones de rebus nihil ad nos pertinentibus habeamus. Si igitur omnibus aliis prætermissis, hujus delicti a

modum enim qui male sibi conscius est, etiamsi omnium opes obtinuerit, omnium est miserimus: ita qui purgatam habet conscientiam, etiamsi detritis pannis amictus sit et cum fame luctetur, æquior est animo quam qui luxu valde affluunt. Idcirco habes pecunias, ut paupertatem subleves, non ut quæstum ex ea facias: tu vero prætextu levaminis majorem miseriam efficis, et benignitatem vendis pecunia. Vende, non prohibeo, sed regni cælorum pretio. Ne parvum tanti officii pretium acceperis, nempe usuram centesimam, sed vitam illam æternam. Cur mendicus es et pauper et sordidus, parvo, hoc est pecunia pereunte, magna vendens? cur Deo relicto humana lucraris? cur divitem prætercurrens, non habenti molestus es; et gratiam referentem deserens, ad ingratum te ingeris? Ille cupit referre gratiam, iste vero gravate etiam refert: iste vix centesimam reddit, ille vero centuplum et vitam æternam: iste cum contumeliis et conviciis, ille cum laudibus et cum approbatione: iste invidiam tibi suscitatur, ille vero coronas etiam concinnat: iste vix hic ille vero et illic et hic. Nonne igitur extremæ hoc dementiae est, ne scire quidem lucrari? Pecuniam possidere oportet uti dominos, non uti servos: ita ut ea in potestate nostra, non ut nos in ipsius simus. Propterea namque χρήματα dicuntur pecuniæ, ut ad necessaria ministeria iis utamur, non ut in custodiam deponamus. Servi enim est asservare: expendere vero domini et magnam potestatem habentis. Quocirca nihil insipientius servo pecuniæ: tenere sibi videtur, cum ipse teneatur; videtur sibi dominus, cum sit servus; et cum ipse sibi vincula circumdederit, quasi in omnes imperium habens, gestit; et asperiores in se feram efficiens lætatur, et salat dum sit captivus: et videns canem rabie percitum et insilientem animæ suæ, cum ligare et fame macerare eum deberet, affluentem ipsi cibum præbet, ut magis assiliat et formidabilior sit. Ne igitur ex eo, quod multa tibi compares, voluptatis aliquid tibi accedere putes, sed si ditescere non cupias. Si enim dives fieri desideres, numquam stimulari cessabis: infinitus enim hic est amor; et quo longiorem viam progressus fueris, tanto longius a fine aberis; et quo plura quæ aliorum sunt concupiveris, tanto gravior fit cruciatus. Nam sitientes tunc nos recreamus, cum quantum volumus bibimus: quamdiu vero sitimus, etiamsi omnes fontes exhauriamus, majus tamen nobis tormentum fit. Et quemadmodum vincinum cum cernis, et in tergo et in manibus, sæpe vero etiam in pedibus ferro constrictum, ob hoc maxime miserum dicitur: ita divitem quoque cum conspexeris innumeris rebus circumdatum, ne ob id divitem, sed propterea vel maxime miserum esse existima. Nam cum hisce vinculis etiam molestum carceris habet custodem, pecuniæ scilicet amorem, qui carcerem hunc transcendere non permittit, sed innumeras ipsi parat pedicas et custodias et januas ac vectes; et ubi in interiorem custodiam ipsum conjecerit, persuadet etiam, ut his vinculis delectetur, ut nullam libera-

ἐχοντας ἐγκαλεῖν ἐκπολεμῆ, καὶ οὕτως ἐκθηριοῖ. καὶ κτεξανόντησι τὴν κατὰ τοῦ νεκροῦ καὶ ἀκινήτου τῶν ἀπανθρώπων μανίαν, ὡς οὐδ' ἂν αὐτῶν τῶν σαρκῶν ἀπέσχοτο, εἰ γέ που χρήσιμα ἦν αὐτοῖς καὶ τὰ μέλη. Μὴ τοίνυν μέγα νομίζωμεν ἀγαθὸν εἶναι τὸν πλοῦτον· μέγα γὰρ ἀγαθὸν, οὐ τὸ κεκτηθῆαι χρήματα, ἀλλὰ τὸ κεκτηθῆαι φόβον Θεοῦ. Ἴδου νῦν, εἰ τις ἦν δίκαιος, καὶ πολλῶν παρβήσιαν ἔχων πρὸς τὸν Θεόν, εἰ καὶ πάντων πνεύστερος ἦν, ἤρκει λύσαι τὰ παρόντα δεινά· ἤρκει γὰρ μόνον τὰς χεῖρας ἐκτείνειν εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ καλεῖσαι τὸν Θεόν, καὶ τὸ νέφος τοῦτο παρῆλθεν ἂν· χρυσίον δὲ τοσοῦτον ἀπόκειται, καὶ πηλοῦ παντός ἐστιν ἀρχαιότερον πρὸς τὴν λύσιν τῶν ἐπιχειμύων κακῶν. Οὐκ ἔν τούτῳ δὲ μόνῳ τῷ κινδύνῳ, ἀλλὰ καὶ νόσοι, καταλάβῃ, καὶ θάνατος, καὶ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, ἐλέγχεται τῶν χρημάτων ἡ δύναμις, μηδεμίαν ἔχουσα παραμυθίαν τοῖς συμβαίνουσιν οἰκοθεν ἐπιδείξασθαι. Πού νῦν οἱ πλουτοῦντες, οἱ τόκου ἀριθμούντες καὶ τόκου τόκων, οἱ τὰ πάντων λαμβάνοντες καὶ οὐδέποτε κορονούμενοι; Ἡκούσατε [508] τῆς Πέτρου φωνῆς τῆς ἐπιδεικνυμένης πενίαν πλούτου μητέρα; τῆς οὐδὲν ἐχούσης καὶ τῶν τὰ διαδήματα περικειμένων εὐπορωτέρας; Αὕτη μὲν γὰρ ἡ μηδὲν ἔχουσα καὶ νεκροῦς ἀνίστα, καὶ χλωροὺς διώρθου, καὶ δαίμονας ἤλαυνε, καὶ ταιαῦτα ἔχαριζέτο, ἅπερ οἱ τὴν ἀλουργίδα περιβεβλημένοι, καὶ τὰ μεγάλη καὶ φοβερά στρατόπεδα ἄγοντες, οὐδέποτε ἰσχυσαν. Τί τοίνυν φησίν; Ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι. Τί ταύτης σεμνότερον τῆς φωνῆς; τί μακαριότερον καὶ εὐπορώτερον; Ἔτεροι μὲν ἐπὶ τοῖς ἐναντοῖς ἐναθρόνουν λέγοντες· Ἐγὼ τόσα καὶ τόσα χρυσοῦ τάλαντα, καὶ πλέθρα γῆς ἄπειρα, καὶ οἰκίας καὶ ἀνδράποδα· οὗτος δὲ ἐπὶ τῷ πάντων εἶναι γυμνός, καὶ οὐ καταδύεται τῇ πενίᾳ οὐδὲ ἐγκαλύπτεται, ἀλλὰ καὶ ἐγκαλυπίζεται· οὕτως ἐστὶ μηδὲν ἔχοντα τὰ πάντων κατέχειν, οὕτως ἐστὶ τὰ πάντων κεκτηθῆαι· ἂν δὲ κτησώμεθα τὰ πάντων, τῶν πάντων ἀπεστερήμεθα. Ὁ κοινὰ τοίνυν τὰ ὑπάρχοντα, καὶ οὐκ ἴδια λογίζομενος, οὐ τοῖς αὐτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἑτέρων χρήσεται ὡς ἰδίους· ὁ δὲ ἀποσχίζων καὶ ποιῶν ἑαυτὸν κύριον τῶν ἑαυτοῦ μόνων, οὐδὲ τούτων ἐστὶ κύριος. Ὁ γὰρ μηδὲν ἄλλως κεκτημένος, μήτε οἰκίαν, μήτε τράπεζαν, μήτε περιττὸν ἱμάτιον, ἀλλὰ διὰ τὸν Θεὸν πάντων ἀπεστερημένος, ὡς ἰδίους κέχρηται τοῖς κοινοῖς, καὶ παρὰ πάντων, ἅπερ ἂν θέλη λήψεται, καὶ οὕτω τὰ πάντων ὁ μηδὲν ἔχων κατέχει. Ὁ δὲ ἔχων τινὰ οὐδὲ τούτων ἐστὶ κύριος· οὐτε γὰρ δώσει τις τὸ κεκτημένον· καὶ ληστών καὶ κλεπτῶν καὶ συκοφαντῶν καὶ μεταβολῆς πραγμάτων, καὶ πάντων μᾶλλον ἐστὶ, ἢ ἐκείνου τὰ ἐκείνου. Καὶ, εἰ βούλει, αὐτὸν τὸν ταῦτα εἰρηκότα καὶ πεπραχότα; τὸν σκηνοποιόν, τὸν Κίλικα, τὸν οὐδὲ τίνας ἦν πατρίδος ὄχιον, παραγάγω εἰς μέσον. Οὗτος γοῦν τὴν ἄπαντα διέδραμεν οἰκουμένην ἐν λιμῷ καὶ δίψει καὶ γυμνότητι, οὐδὲν ὄλως ἐπιφερόμενος, οὐ πρὸς φίλον ἀπιών, οὐ πρὸς συγγείους· καὶ γὰρ κοινὸς ἐν ἀρχῇ πολέμιος πᾶσιν ἦν· ἀλλ' ὅμως τὰ πάντα εἶχε μετὰ τὸ εἰσελθεῖν. Ὁ δὲ Ἀναβίας καὶ ἡ Σάπφειρα, ἵνα μικρὸν τι τῶν ἰδίων κτῆσωνται, πάντων ἐξέπεσον μετὰ καὶ αὐτῆς τῆς ζωῆς. Μετάστηθι τοίνυν τῶν σῶν, ἵνα ὡς ἰδίους χρήσῃ τοῖς ἀλλοτρίοις. Ὅσπερ γὰρ ὁ πονηρὰ συνειδὼς ἑαυτῷ, καὶ τὰ πάντων περιβί-

βληται χρήματα, πάντων ἐστὶν ἀθλιώτερος· οὕτω καὶ ὁ τὸ συνειδὼς κεκαθαρμένον ἔχων, καὶν βράκτια περιβεβλημένος ἢ, καὶ λιμῷ παλαιῶν, τῶν σφόδρα τρυφόντων ἐστὶν εὐθυμότερος. Διὰ τοῦτο χρήματα ἔχεις, ἵνα λύσης πενίαν, οὐχ ἵνα πραγματεύσῃ πενίαν· σὺ δὲ ἐν προσήματι παραμυθίας μείζονα ἐργάζῃ τὴν συμφορὰν, καὶ πωλεῖς φιλανθρωπίαν χρημάτων. Πώλησον, οὐ κωλύω, ἀλλὰ βασιλείας οὐρανῶν. Μὴ μικρὰν λάθης τιμὴν τοῦ τοσοῦτου κατορθώματος τόκον ἑκατοστιαῖον, ἀλλὰ τὴν ἀθάνατον ζωὴν ἐκείνην. Τί πτωχὸς εἰ καὶ πένης καὶ μικρολόγος, ὀλίγου τὰ μεγάλα πωλῶν, χρημάτων ἀπολλυμένους; τί τὸν Θεὸν ἀφείς ἀνθρώπινα κερδαίνεις κέρδη; τί τὸν πλουτοῦντα παραδραμῶν, τὸν οὐκ ἔχοντα ἐνοχλεῖς, καὶ τὸν ἀποδιδόντα καταλιπῶν, τῷ ἀγνωμονοῦντι συμβάλλεις; Ἐκείνος ἀποδοῦναι ἐπιθυμεῖ, οὗτος δὲ καὶ δυσχεραίνει ἀποδιδούς· οὗτος μὲν τὴν ἑκατοστὴν ἀποδίδωσιν, ἐκείνος δὲ ἑκατοναπλασίονα, καὶ ζωὴν αἰώνιον· οὗτος μετὰ ὕδρων καὶ λοιδορίων, ἐκείνος μετὰ ἐπαίνων καὶ εὐφημίας· οὗτος σοὶ βασκανίαν ἐγείρει, ἐκείνος δὲ καὶ στεφάνους σοὶ πλέκει· οὗτος μὲν ἐνταῦθα, ἐκείνος δὲ καὶ ἐκεῖ καὶ ἐνταῦθα. [509] Ἀρ' οὐκ ἐσγάτης τοῦτο ἀνοίας, τὸ μηδὲν εἰδέναι κερδαίνειν; Τὰ χρήματα δεῖ κεκτηθῆαι ἐν τάξει δεσποτῶν καὶ μὴ δούλων, ὥστε κρατεῖν αὐτὰ, καὶ μὴ κρατεῖσθαι παρ' αὐτῶν. Χρήματα γὰρ διὰ τοῦτο εἴρηται, ἵ' εἰ; τὰς ἀναγκαῖας αὐτοῖς χρώμεθα διανοίας, οὐχ ἵνα εἰς φυλακὴν ἀποθώμεθα· δούλου γὰρ τὸ τηρεῖν, τὸ δὲ ἀναλίσκειν τοῦ κυρίου, καὶ πολλὴν ἔχοντος τὴν ἐξουσίαν. Ὅσοι οὐδὲν ἀφρονέστερον τοῦ χρημάτων δούλου· δοκεῖ κρατεῖν, κρατούμενος· δοκεῖ κύριος εἶναι, δούλος ὢν· καὶ δεσμὰ περιτιθεῖς ἑαυτῷ, ὡς πάντων κρατῶν ἀγάλλεται· καὶ χαλεπώτερον τὸ θηρίον κατ' ἑαυτοῦ ἐργαζόμενος, εὐφραίνεται καὶ πηδᾷ αἰχμάλωτος γινόμενος· καὶ ὀρῶν κύνα λυτῶντα καὶ ἐφαλλόμενον αὐτοῦ τῇ ψυχῇ, ἀνθ' ἃ ὢν δῆσαι καὶ λιμῷ τῆσαι, ἄφρονον αὐτῷ παρέχει τροφήν, ἵνα μειζρόνως ἐφάλληται, καὶ φοβερώτερος ἢ. Μὴ τοίνυν ἀπὸ τοῦ πολλὰ περιβάλλεσθαι νόμιζε σοὶ προσγίνεσθαι τινα ἥδονην, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ μὴ θέλειν πλουτεῖν. Ἄν γὰρ ἐπιθυμῆς πλουτεῖν, οὐδέποτε μαστιγίζομενος· πάσῃ· ἔρω; γὰρ ἐστὶν οὗτος ἀτέλεστος, καὶ ὅσπερ ἂν προέβης πλείονα ὀδόν, τοσοῦτω μᾶλλον τοῦ τέλους ἀφῆστηκας, καὶ ὅσῳ ἂν πλείονων ἑτέρων ἐπιθυμῆς, τοσοῦτω μᾶλλον ἐπιτείνεται τὰ τῆς βασάνου· ἐπεὶ καὶ διψῶντες τότε ἀνακτώμεθα ἑαυτοὺς, ὅταν ὅσον βουλόμεθα πίνωμεν· ἔως δ' ἂν διψῶμεν, καὶ πάσας ἐξαντλήσωμεν τὰς πηγὰς, μείζονα ἢ μὲν ἡ βάσας γίνεται. Καὶ καθάπερ τὸν δεσμώτην, ὅταν ἰδῆς καὶ ἐπὶ τοῦ νότου, καὶ ἐπὶ τῶν χειρῶν, πολλάκις δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ποδῶν σεσιδηρωμένον, διὰ τοῦτο μάλιστα ταλανίζεις· οὕτω καὶ τὸν πλούσιον, ὅταν θεῶσῃ μυρία περιβεβλημένον πράγματα, μὴ διὰ ταῦτα πλούσιον, ἀλλὰ διὰ ταῦτα μὲν ὅν αὐτὰ ἄλιον εἶναι νόμιζε· μετὰ γὰρ τῶν δεσμῶν τούτων καὶ δεσμοφύλακα ἔχει χαλεπὸν, τὸν πονηρὸν ἔρωτα τῶν χρημάτων, ὃς οὐκ ἀφίησιν ὑπερβῆναι τοῦτο τὸ δεσμοκτήριον, ἀλλὰ μυρίας αὐτῷ κατασκευάζει καὶ πέδας καὶ φυλακὰς καὶ θύρας καὶ μοχλοῦς, καὶ εἰς τὴν ἔνδοστέραν αὐτῶν ἐμβαλὼν φυλακίην, πείθει καὶ ἴδουσαι τοῖς δεσμοῖς τούτοις. ἵνα μηδὲ ἐλπίδα τινὰ ἀπαλλαγῆς εὐρη τῶν ἐπιχειμύων κακῶν. Οὐ τοσοῦτον γὰρ πένης ἐφίεται τῶν ἀναγκαίων, ὡς τῶν περιττῶν ὁ πλούσιος· οὐδ' αὖ το-

^a Qui sequuntur, ὁ γὰρ μηδὲν... ἐστὶ κύριος, e Savilio accessere. E. W. T.

^b Sav. conjicit ἀντὶ τοῦ ὄρασι.

σαύτην ἰσχύον ἔχει· πρὸς τὸ χρῆσασθαι τῇ πονηρίᾳ, ὅσπῃ δύνανται οὗτος. Εἰ τοίνυν καὶ βούλεται μᾶλλον καὶ δύναται, εὐδελον ὅτι μᾶλλον καὶ πλείονα ἐργάσεται. Πλούσιόν σε ἐποίησεν ὁ Θεός, ἵνα τοῖς δεομένοις βοηθῆς, ἵνα τὰ ἀμαρτήματα λύσης τὰ σαυτοῦ διὰ τῆς ἐτέρας σωτηρίας· ἔδωκε σοι χρήματα, οὐχ ἵνα κατακλείσῃς ἐπ' ὀλέθρῳ τῷ σφ', ἀλλ' ἵνα ἐκχέῃς ἐπὶ σωτηρίᾳ τῇ σφ'. Διὰ τοῦτο καὶ τὴν κτήσιν αὐτῶν ἄδελον ἐποίησε καὶ οὐ μόνιμον, ἵνα καὶ ἐν τούτῳ τῆς περὶ αὐτὰ μανίας καταλύσῃ τὸν τόνον. Εἰ γὰρ νῦν οὐκ ἔχοντες θαρβύνει οἱ κεκτημένοι περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ πολλὰς ὀρώντες ἐκ τοῦ πράγματος τιχομένης ἐπιβουλᾶς, οὕτως ἐκκαίονται περὶ τὸν ἐκείνων πόθον· εἰ καὶ τοῦτο τῷ πλούτῳ προσῆν, τὸ βέβαιον καὶ ἀδιάπτωτον, τίνας ἂν ἐφείσαντο, τίνας ἂν ἀπέσχοντο; Τίς γὰρ, εἰπέ μοι, τοῦ Ἡλία πενέστερος ἦν; ἀλλὰ διὰ τοῦτο πάντα ἐνίκα τοὺς πλουτούντας, [510] ἐπειδὴ πένης ἦν, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν πενίαν ἀπὸ πλουσίας εἴλετο διανοίας, καὶ ἅπαντα τῶν χρημάτων τὸν πλοῦτον ἐλάττονα τῆς ἑαυτοῦ μεγαλοψυχίας ἐνόμιζεν εἶναι, καὶ οὐκ ἄξιον αὐτοῦ τῆς φιλοσοφίας. Εἰ γὰρ μεγάλη αὐτῷ τὰ πρὸντα ἐνόμιζεν εἶναι, οὐκ ἂν μηλωτὴν ἐκτέτατο μόνην. Οὕτω γὰρ τῆς παρουσίας κατέγνω ματαιότητος, ὡς καὶ πηλὸν ἂ ἐρόμιμένον τὸ χρυσίον ἑώρα. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ βασιλεὺς τοῦ πένητος ἐδέϊτο, καὶ πρὸς τὸ στόμα δὲ ἐκεχῆναι τοῦ μηδὲν πλεον μηλωτῆς ἔχοντος, ὁ τοσοῦτον χρυσίον ἔχων· οὕτω λαμπροτέρα τῆς πορφυροῖδος ἡ μηλωτῆ ἦν, καὶ τὸν βασιλικῶν αὐλῶν τὸ σπῆλαιον τοῦ δικαίου. Διὰ τοῦτο καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνιών, οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἡ τὴν μηλωτὴν τῷ μαθητῇ κατέλιπε· Μετὰ ταύτης, φησὶ, τῷ διαβόλῳ ἐπάλαισα, ταύτην λαθὼν ὀπλιζοῦ καὶ σὺ κατ' ἐκείνου. Ἰσχυρὸν γὰρ ὄπλον ἀκτιμοσύνη καὶ ἀκαταγώνιστον καταγώγιον. Καὶ ἐδέξατο καθάπερ μεγίστην κληρονομίαν τὴν μηλωτὴν ὁ Ἐλισσαῖος· καὶ γὰρ ἦν ἀληθῶς μεγίστη κληρονομία, καὶ παντὸς χρυσοῦ τιμωτέρα. Καὶ ἦν διπλοῦς Ἡλίας ἐκείνος, καὶ ἦν ἄνω Ἡλίας, καὶ κάτω Ἡλίας. Οἶδα ὅτι μακαρίζετε τὸν δίκαιον ἐκείνον, καὶ ἐβούλεσθε ἕκαστος αὐτὸς εἶναι. Τί οὖν, ἂν ὑμῖν ἐπιδείξω, ὅτι ἕτερόν τι πολλῶ μείζον ἐκείνου πάντες ἐλάβομεν; Ὁ μὲν γὰρ Ἡλίας μηλωτὴν ἀφῆκε

* Legendum conjicit Sav. ὅτι καὶ ὡς πηλόν.

τῷ μαθητῇ· ὁ δὲ Ἰῶδς τοῦ ἀνθρώπου ἀναβαίνων, τὴν σάρκα ἡμῖν κατέλιπε τὴν ἑαυτοῦ. Ὅταν τοίνυν χρημάτων ἀπώλειαν ἀκούσαντες, μὴ παραχθῶμεν, ἀλλ' εἴπωμεν, Εὐλόγητος ὁ Θεός, καὶ πολλῶν πλείονα τὸν πλοῦτον εὐρήσομεν. Οὐ γὰρ δὴ τὸσαῦτα καρπώσῃ τὸν πλοῦτον ἀναλιτκων εἰς δεομένους, καὶ περιῶν καὶ πένητας ἐπιζητῶν, καὶ σκορπίζων τὰ ἔντα τοῖς πεινώσιν, ὅσα διὰ τοῦτου τοῦ ῥήματος κερδανεῖς. Ἐπεὶ καὶ τὸν Ἰῶδ οὐχ οὕτω θαυμάζω τὴν οἰκίαν ἀνοίγοντα τοῖς δεομένοις, ὡς ἐκπλήττομαι καὶ ἀνακάρυττω τὴν ἀρπαγὴν τῶν χρημάτων εὐχαρίστως φέροντα. Ὁ γὰρ τοιοῦτος ἂν δυνηθῆ τῆς φύσεως τὰ κύματα· κατευνασάσας εἰπεῖν τὸ τοῦ Ἰῶδ ἀδακρυτῆ, Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀρεῖλετο, μετὰ τοῦ Ἀβραάμ αὐτοῦ στήσεται, μετὰ τοῦ Ἰῶδ ἀνακηρυχθήσεται ἀπὸ μόνου τοῦτου τοῦ ῥήματος. Ὅταν οὖν ἀφέλῃται σοι χρυσίον ἢ δίκῃ ληστῶν, ἢ δι' ἐτέρας τινὸς προφάσεως ὁ διζβόλος, δόξασον τὸν Δεσπότην, καὶ πλεον ἔση κεκερδηκῶς, καὶ διπλῆν δώσεις τῷ ἐχθρῷ τὴν πληγὴν, ὅτι τε οὐκ ἐδυσχέρανας, καὶ ὅτι εὐχαρίστησας. Ἄν μὲν γὰρ ἴδῃ, ὅτι σε ταπεινοὶ ἢ τῶν χρημάτων ζημία, καὶ πείθει κατὰ τοῦ Δεσπότητος δυσχεράναι, οὐδέποτε ἀποστήσεται τοῦτο ἐργαζόμενος· ἂν δὲ θεάσῃται, ὅτι οὐ μόνον οὐ βλασφημεῖς τὸν πεποιηκότα Θεόν, ἀλλὰ καὶ εὐχαριστεῖς μᾶλλον αὐτῷ, ἐφ' ἐκάστῳ τῶν συμβαινόντων δεινῶν, ἀποστήσεται ἐπάγων τοὺς πειρασμούς, εἰδὼς, ὅτι εὐχαριστίας ὑπόθεσις σοι γίνεται τῶν δεινῶν ἢ πείρα, καὶ λαμπροτέρους σοι τοὺς στεφάνους ἐργάζεται· ὅπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰῶδ γέγονεν. Ἀφελόμενος γὰρ αὐτοῦ τὰ χρήματα, καὶ τὸ σῶμα πατάξας, ἐπειδὴ εἶδεν εὐχάριστον μᾶλλον γινόμενον, οὐκ ἔτι προσελθεῖν ἐτόλμησεν, ἀλλ' αἰσχρὰν καὶ ἀσύγγνωστον ὑπομείνας ἤτταν ἀπῆει, λαμπρότερον ἐργασάμενος τοῦ Θεοῦ τὸν ἀλλήτην. Καὶ ὁ μὲν Ἰῶδ μετὰ τὸ τοῦ στεφάνου τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς ἀνδρίας ἔπαντας ἀναδήσασθαι, διπλᾶ τὰ ἀπολωλότα ἀπειληφεν ἅπαντα· σὺ δὲ οὐχὶ διπλᾶ καὶ τριπλᾶ, ἀλλ' ἔκατονταπλασίονα ἀπολήψῃ πάντα, ἂν φέρῃς γενναίως, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσεις· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[514] ΛΟΓΟΣ ΙΒ'.

Περὶ γαστριμαργίας καὶ μέθης.

Βούλεσθε ἴδωμεν τίνα ἦδονην ὁ πλοῦτος ἔχει καὶ τίνα τιμὴν; τὰς τραπέζας τῶν πλουτούντων ἐξετάσωμεν καὶ τῶν πενομένων, καὶ ἐρώμεθα τοὺς ἐστιωμένους, τίνας μάλιστα εἰσὶν οἱ καθαροὶ καὶ γησιαν καρποῦμενοι ἦδονην, οἱ πρὸς διαμεμετρημένην τὴν ἡμέραν ἐπὶ τῶν σιτιδῶν κατακείμενοι, καὶ τὰ δεῖπνα τοῖς ἀρίστοις συνάπτοντες, καὶ τὴν γαστέρα διαρρήγνυντες, καὶ τὰς αἰσθήσεις πληροῦντες, καὶ τῷ ὑπερῷῳ τῶν ἐδεσμάτων φορτίῳ τὸ πλοῦτον καταποντίζοντες, καὶ ὑπέραντελον ποιοῦντες τὴν ναῦν, καθάπερ ἐν ναυαγίῳ τοῦ σώματος καταποντίζοντες αὐτήν, καὶ πέδας καὶ χειροπέδας καὶ γλωσσοπέδας

ἐπινουῦντες, καὶ ἅπαν καταδεσμοῦντες τὸ σῶμα ἀλύσεως σιδηρᾶς χαλεπωτέρῳ δεσμῷ, τῷ τῆς μέθης καὶ τρυφῆς, καὶ μήτε ὕπνον αἰρούμενοι γνήσιον καὶ εἰλικρινῆ, μήτε ὄνειράτων ἀπτηλαγμένοι φοβερῶν, τῶν τε μαινομένων δντες ἀθλιώτεροι, καὶ αὐθαίρετον τὸν δαίμονα ἐπεισάγοντες τῇ ψυχῇ, καὶ γέλωσ προκειμένοι τῷ θεάτρῳ τῶν οἰκετῶν, καὶ μηδένα εἰδότες τῶν παρόντων, μήτε εἰπεῖν μήτε ἀκοῦσαι δυνάμενοι, ἀλλὰ φορᾶν ἀπὸ τῶν σιτιδῶν ἐπὶ τὴν κλίνην ἀγόμενοι· ἢ οἱ νήφοντες καὶ ἐγρηγορέτες καὶ τῇ χρεῖᾳ τὸ μέτρον ὀρίζοντες, καὶ μέγιστον ἦδυσμα τὸ πεινῆν καὶ τὸ διψῆν ἔχοντες. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἦδονην καὶ ὑγείαν ἐργάζεται, ὡς τὸ πεινώντα καὶ διψῶντα οὕτω τῶν προκειμένων ἀπτεσθαι, καὶ κόρον εἰδέναι τὴν

tionis spem prementium malorum inveniat. Non enim tantopere desiderat pauper necessaria, quam superflua dives; nec rursus tantum habet virium ad improbitatem exercendam, quantam facultatem iste habet. Si igitur et magis velit et possit, perspicuum est, quod etiam magis et plura sit operaturus. Divitem te fecit Deus, ut opituleris indigentibus, ut peccata tua per aliorum salutem diluas: pecuniam tibi dedit, non ut concludes in tuam perniciem, sed ut profundas in salutem tuam. Ob hoc etiam possessionem ipsius incertam fecit et minime stabilem, ut et in hoc relaxet insani circa ipsam amoris contentionem. Si enim pecuniæ possessores jam, cum de ea confidere non valeant, sed multas ex ea re nasci videant insidias, adeo illius desiderio exardescant: cui tandem parcerent, a quo sese abstinerent, si etiam hoc divitiæ haberent, ut firmæ ac stabiles essent? Quis enim, quæso, Helia pauperior fuit? verum ob id omnes divites vincebat, quoniam pauper erat, et ipsam paupertatem divite animo eligebat, omnesque pecuniæ divitias inferiores animi sui magnitudine putabat esse, nec dignas philosophia sua. Nam si magna hæc præsentia duxisset, nequaquam solam melent possedisset. Ita enim præsentem vanitatem damnavit, ut velut lutum projectum ipsum aurum intueretur. Propterea et rex illius pauperis indigebat, et ad os ipsius nihil præter ovinam vestem habentis hiscebat, tantum auri possidens: adeo purpura splendidior erat ovilla vestis, et regis palatii spelunca iusti. Ideo et in cælum ascendens, nihil aliud quam ovillam illam vestem discipulo reliquit: Cum hac, inquit, adversus diabolum luctatus sum: hac accepta tu quoque contra illum te arma. Firma enim sunt arma, inopia, et invictum præsidium. Et accepit ovillam vestem perinde ac maximam hereditatem Elisæus. Enimvero maxima dubio procul erat hereditas, et omni auro pretiosior. Et erat duplex Helias ille, eratque supra Helias, et infra Helias. Novi quod beatum iudicetis justum illum, velitque quisque vestrum Helias esse. Quid igitur, si vobis demonstrabo, aliud quiddam multo majus illo nos

omnes accepisse? Nam Helias quidem vestem ovilem dimisit discipulo: Filius vero hominis ascendens, suam ipsius carnem nobis reliquit. Quoties ergo pecuniæ jacturam audierimus, ne perturbemur, sed dicamus, Benedictus Deus, et multo majores divitias reperiemus. Neque enim tam uberem fructum percipies, si divitias in indigentes expendas et circumneas pauperes conquirens, et facultates tuas spargas esurientibus, quantum hoc verbo lucrifeceris. Quando et ipsum Job non tam admiror aperientem domum indigentibus, quam stupeo et laudibus extollo rapinam bonorum cum gratiarum actione ferentem. Nam talis si possit sedatis naturæ fluctibus illud Job siceis oculis dicere: *Dominus dedit, Dominus abstulit* (Job 1. 21); cum Abrahamo ipso stabit, et cum Jobo laudibus extolletur ex hoc solo verbo. Cum igitur tibi aurum abstulerit diabolus, vel per prædones, vel per aliam quampiam occasionem, laudibus celebra Dominum, et plus lucratus fueris, duplicemque plagam dederis inimico, tum quod graviter non tulisti, tum quod gratias etiam egisti. Nam si animadverterit deieci te pecuniæ detrimento, et ut Domino succenseas adduci, numquam hoc agere desinet: si vero conspexerit, te non modo non conviciari Deo, qui te fecit, sed magis etiam ipsi gratias agere, quæcumque res gravior acciderit, desinit tentationes admoveere, sciens quod gratiarum actionis tibi præbeat occasionem adversitas, splendidioreque coronas tibi faciat: id quod in Job quoque usu venit. Nam cum pecuniam ipsi abstulisset, jamque videret magis ad gratias agendas eum incitari, ultra accedere non est ausus, sed turpiter et omnino victus abiit, splendidiorem Dei atletam cum effecisset. Ac Job quidem posteaquam coronis patientiæ et fortitudinis omnibus exornatus est, duplicia quæ amiserat recepit omnia: tu vero non duplicia ac triplicia, sed centuplicia accipies omnia, si generose tuleris, et vitæ æternæ hereditatem adibis: quam utinam nos omnes adipiscamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XII.

De Ingluvie et Ebrietate.

MATTHÆO CRONERO INTERPRETE.

Vultis videamus, quam voluptatem quemque honorem habeant divitiæ? mensas divitum atque pauperum expendamus, rogemusque eos qui epulantur, quinam sint maxime qui pura et germana voluptate perfruantur: iine qui ad dimidiatum diem in stragulis accubantes, cœnas prandiis conjungunt, et ventrem disrumpunt, et sensus obtundunt, et immodico eduliorum pondere navigium depriment, navemque ita ut exauriri non possit obruunt, et quasi in naufragio corporis eam demergunt, et pedicas et manuum linguæque vincula excogitant, totumque corpus adstringunt vinculis ferrea catena gravioribus, ebrietatis, inquam,

et luxuriæ, et neque verum ac sincerum somnum capiunt, neque a terribilibus insomniis liberi sunt, insanientibus miseres, et ultro dæmonem animæ suæ adsciscunt, et in risum theatro servorum propositi, neminem eorum qui adsunt cognoscunt; et neque loqui, neque audire queunt, sed inter manus a stragulis in lectum deferuntur: aut qui sobrii sunt et vigilantes, et qui modum necessitate finiunt, maximumque condimentum famem et sitim habent? Nihil enim adeo voluptatem et sanitatem facit, ut si quis cum esurit et sitit, tum demum ea quæ proponuntur attingat, satietatemque sola necessitate metiator, neque majus viribus onus corpori imponat. Quod si sermone meo fidem non habes, contemplare utrorumque corpora et singulorum animam: nonne moderate

quidem edentium corpora robusta sunt, sensusque expedite admodum munus suum expleat? illorum vero flaccida et quavis cera molliora, et morborum examinibus obsessa? Etenim pedum dolores celeriter in eos involant, tremorque intempestivus, et immaturorum senium, et capitis dolores et distensiones, et stomachorum repletiones, et appetituum extinctiones, assiduisque medicis et continuis medicinis quotidianaque curatione indigent. Hæcne igitur voluptatis sunt, die mihi? quisnam hoc dixerit eorum, qui quid sit voluptas norunt? Tunc enim voluptas fit, quando præcedente concupiscentia est fructio. Etenim si fructio quidem sit, concupiscentia vero nusquam appareat, perit voluptas omnis et evanescit. Et quemadmodum navis, quæ majorem quam pro modo suo mercium vim receperit, oneris magnitudine depressa submergitur: ita et animus et corporis nostri natura, si plus alimenti quam pro virtute sua acceperit, obruitur; et pondus sibi impositorum non sustinens, in profundum perditionis demergitur nautasque et gubernatorem et proretam et vectores et ipsum denique omnis cum omnibus perdit. Quemadmodum igitur in navibus, quæ ita dispositæ sunt, non maris tranquillitas, non scientia gubernatoris, non multitudo nautarum, non instrumentorum apparatus, non tempus anni commodum, non aliud quiddam ita fluctuanti navi prodest: ita et iis qui luxu affluunt, usu veni; non doctrina, non exhortatio, non institutio et consilium, non metus futurorum, non pudor, non eorum qui adsunt reprehensio, non aliud quiddam denique servare animum ita fluctuantem potest. Verum et ad hæc præsentem vitam inutilis fit is qui talis est, et ad omne opus bonum reprobus. Hinc, et non aliunde, gravibus et insanabilibus morbis capiuntur ii, qui in perpetua luxuria vivunt; atque ob id in hanc vitam se productos arbitratur, ut cum luxuria indulserint ventremque disruperint, ita saginato corpore decedant, lautiore mensa et suis carnibus vermi instructa. Etenim tremoribus et paralyti et tabi et gravedinibus et pedum doloribus, aliisque compluribus, quæ medici memorant, sunt obnoxii. Venenatis enim medicamentis nihilo melius constituentur mensæ hujusmodi: imo, si verum dicere oportet, multo deterius. Nam illa quidem subito eum, a quo sunt accepta, sustulerunt, mortemque sine sensu adduxerunt, ut ne per hoc ipsum quidem molestia morientem affecerint: istæ vero vitam innumeris mortibus graviolem afferunt iis, qui eas magni faciunt. Atque alii quidem morbi multos habent condolentes: qui vero e luxuria et ebrietate nati sunt, non patiuntur intuentes, ne si velint quidem his qui iis detinentur condolere; sed mali quidem exsuperantia flectit ad misericordiam, morbi vero causa scientem exacerbat. Neque enim a natura, quemadmodum illi, læsi sunt, neque ab hominibus insidiis appetiti; sed ipsi sibi horum morborum opifices exstiterunt, ulro se in præcipitium malorum projicientes. Non ita scorpius aut serpens in visceribus cujusquam insidens quoquo versus inficit, ut luxuriæ concupiscentia omnia pervertit atque

perdit. Feris enim illis ad corpus dumtaxat procedunt insidiæ: ista vero cum insederit, cum corpore animam item perdit. Quando igitur omnium perniciæ hæc est, resque omnino ridicula, vos ipsi vestri corporis sanitati parcite. Non dico, ut victus asperitati vos detis, si ipsi nolueritis: quod superfluum est tollamus, quod extra necessitatem amputemus. Quam enim veniam meremur, si alii ne necessariis quidem, cum possint, fruantur, nos vero ultra necessitatem luxuriose vivamus? Quem enim lautius vivere dicemus, illumne qui oleribus vescitur et sanus est, nihilque injucundum habet; an vero illum qui Sybariticam apponit mensam, atque innumeris plenus est morbis? Perspicuum est quod illum. Nihil igitur ultra necessitatem quæramus, sed qui leguminibus quidem contentus esse potest, et recte valere, nihil præterea quærat: qui vero imbecillior est, olerumque ministerio indiget, non prohibeatur. Si vero aliquis infirmior sit, et moderato carniarum adjumento indigeat, neque istum prohibebimus. Non enim ut occidamus homines et perdamus, ista suademus; sed ut superflua amputemus: superfluum vero est, quod ultra necessitatem est. Quod si absque isto sanam honestanque vitam agere possimus, plane superfluum illud est quod adjicitur. Non videtis cum quibus nobis lucta est? quod incorporeis potestatibus. Quoniam igitur pacto, caro cum simus, eos superabimus? Nam si qui cum hominibus luctatur, temperanter edat necesse est, longe magis qui cum dæmonibus: cum autem et saginæ et divitiis simus adstricti, unde vincemus adversarios? Sicut enim in cithara, si soni fuerint molles ac remissi, nec bene intenti, artis quoque præstantia succiditur, nervorumque vitio servire cogitur: ita et in corpore, cum id multam curationem a nobis indeptum fuerit, acerbam servitutum animus perfert. Ne igitur saginemus corpus, neque iners id atque laxum luxuria reddamus. Non dico, ut nos exhauriamus aut duriter nimis tractemus, sed ut tantum cibi sumamus, quantum et voluptatem habeat, veram, inquam, voluptatem, et alere corpus, et obsequens nobis aptumque ad functiones animi exhibere possit, bene compactum et coagmentatum. Cum enim luxuria redundans fuerit, ipsos clavos, ut ita dixerim, et compages coalitas ob inundationem retinere nequit: inundatio enim ubi invaserit, universum dissolvit et confundit. Per se namque quod satis est, et nutrimentum et voluptas et sanitas est; quod autem plus est, perniciæ et fastidium et morbus. Quodque his est gravius, ipsam quoque animam una cum corpore perdit. Et sicuti terra valde humida vermes producit, sic insita corpori cupiditas, quando luxu perfunditur, voluptates parit: cumque corpus factum est mollius, necesse est animam simul perniciem capere. Si enim qui defæcatum vinum bibunt, reprehensione non carent: quid dicemus ad eos, qui peregrinationes transmarinas vini causa suscipiunt, quique omnia movent, ne quod vitis genus ipsos lateat? quasi rationes reposedendi sint, nisi omni vini genere sese ingurgitaverint. Revera nihil ita amicum

χρειαν μόνην, καὶ μὴ μεῖζον τῆς δυνάμεως ἐπιτιθέναι τὸ ἄχθος τῷ σώματι. Εἰ δὲ ἀπιστεῖς μου τῷ λόγῳ, κατὰμαθε τὰ ἐκατέρων σώματα, καὶ τὴν ἐκάστου ψυχῆν οὐχὶ τῶν μὲν συμμετρῶς ἐστιωμένων εὐρωστα τὰ σώματα, καὶ αἱ αἰσθήσεις τὴν οικεῖαν χρειαν πληροῦσαι μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας; ἐκείνων δὲ πλασθὰ καὶ κηροῦ παντὸς μαλακώτερα, καὶ ἐσμῶ νοσημάτων πολιορκούμενα; Καὶ γὰρ ποδαλγίαι ταχέως αὐτοῖς ἐφίπτανται, καὶ τρόμος ἄκαιρος, καὶ γῆρας ἄωρον, καὶ κεφαλαλγίαι καὶ διατάσεις καὶ στομάχων πληρώσεις καὶ ὀρέξεις ἀναίρεισεις, καὶ διηνεκὼν δόοντα λατρῶν, καὶ συνεχῶν τῶν φαρμάκων, καὶ καθημερινῆς τῆς θεραπείας. Ταῦτα οὐν ἦδονῆς, εἰπέ μοι; καὶ τίς ἂν εἴποι τῶν εἰδόντων ὅ τι ποτὲ ἐστὶν ἦδονῆ; Ἡδονῆ γὰρ γίνεται τότε, ὅταν ἐπιθυμίας ἡγουμένης ἀπολαύσις ἢ ἐπιέλ, ἐὰν ἀπολαύσις μὲν ἦ, ἐπιθυμία δὲ μηδαμῶ φαινῆται, τὰ τῆς ἦδονῆς πάντως οὐχεται καὶ φθάνισται. Καὶ καθάπερ πλοῖον μεῖζον τῆς οικείας συμμετρίας τὸ πλήθος τῶν ἀγωγίμων δεξάμενον, τῷ μεγέθει τοῦ φόρτου βαρυνόμενον ὑποβρύχιον γίνεται· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ καὶ τοῦ σώματος ἡμῶν ἡ φύσις πλείονα δεξαμένη τῆς οικείας δυνάμεως τὰ σιτία, ὑπεραντλος γίνεται, καὶ τὸ βάρος οὐ στέγασα τῶν ἐπιδηθέντων, εἰς τὴν τῆς ἀπολείας καταποντίζεται πέλαιος, καὶ ναύτας καὶ κυβερνήτην καὶ [512] πρῶρα καὶ ἐπιβάτας καὶ αὐτὸν τὸν φόρτον μετὰ πάντων προσαπολλύει. Ὡσπερ οὐν ἐπὶ τῶν οὕτω διακειμένων πλοίων, οὐ γαλήνη θαλάσσης, οὐκ ἐπιστήμη κυβερνήτου, οὐ ναυτῶν πλήθος, οὐ κατασκευὴς ἐπιτηδεύτης, οὐχ ὥρα ἔτους εὐκαιρός, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τὴν οὕτω χειμαζομένην ὀνίρῃσι ναῦν· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν τρυφῶντων γίνεται· οὐ διδασκαλία καὶ παραινέσεις, οὐ νοουθεσία καὶ συμβουλίαι, οὐ φόβος τῶν μελλόντων, οὐκ αἰδώς, οὐ καταγροῖα τῶν παρόντων, καὶ ἄλλο οὐδὲν διασώσαι δύναται τὴν οὕτω χειμαζομένην ψυχὴν. Ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν παρούσαν ζωὴν ὁ τοιοῦτος ἀχρηστος γίνεται, καὶ πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἀδόκιμος· ἐντεῦθεν, οὐκ ἄλλοθεν, χαλεποὶς καὶ ἀνιάτοις ἀλίσκονται νοσήμασιν οἱ τρυφῆ συζῶντες διηνεκαί, καὶ διὰ τοῦτο νομίζοντες εἰς τόνδε παρηχθῆαι τὸν βίον, ἵνα τρυφῆσαντες, καὶ τὴν γαστέρα διαβροήσαντες, καὶ τὸ σῶμα πιάναντες, οὕτως ἀπέλωσι, ἐσφιλεστέραν τῷ σκυλῆκι παρασκευάζοντες τράπεζαν τὴν ἐξ οικείων σαρκῶν. Καὶ γὰρ τρόμοις καὶ παρήσει καὶ φόβῳ καὶ κινύσει καὶ ποδαλγίαις καὶ ἐτέροις πλείοσιν, ἄπειρ ἰατρῶν λέγουσι παῖδες, ἀλώσιμοι γίνονται. Διητηρεῖται τὸν φαρμάκων οὐδὲν ἀμεινοναί τοιαῦτα διακρίσσονται τράπεζαι· μᾶλλον δὲ εἰ δεῖ τάληθες εἰπεῖν, καὶ πολλῶ χειρῶν. Τὰ μὲν γὰρ εὐθὺς ἀπήνεγκε τὴν λαβόντα, καὶ τὴν τελευταίαν ἀναίσθητος ἐπήγαγεν, ὡς μὴδὲ αὐτῷ τούτῳ λυτῆσαι τὴν ἀποθανόντα· αὐτὰ δὲ ζωὴν μυρίων θανάτων χαλεπωτέραν ἐπάγουσι τοῖς αὐτῶς περὶ πολλοῦ ποιούμενοις. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα πάθη πολλοὺς ἔχει τοὺς συναλγούντας· ὅσα δὲ ἀπὸ τρυφῆς καὶ μέθης γέγονεν, οὐδὲ βουλομένους τοὺς ὀρώντας ἀφίσει συναλγῆται τοῖς; ὑπ' αὐτῶν χειρωθεῖσιν· ἀλλ' ἡ μὲν ὑπερβολὴ τοῦ κακοῦ πρὸς ἕλεον ἐπικάμπτει, ἢ δὲ ὑπόθεσις τοῦ νοσήματος παροξύνει τὸν εἰδῶτα. Οὐδὲ γὰρ ὑπὸ τῆς φύσεως ἐπηρεάσθησαν καθάπερ ἐκείνοι, οὐδὲ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐπεβουλευθῆσαν, ἀλλ' αὐτοὶ δημιουργῶν τῶν νοσημάτων ἑαυτοὺς τοῦτων ἐγένοντο, ἐκόντες ἑαυτοὺς ἐκρίπτουσι εἰς τὸ τῶν κακῶν βάραθρον. Οὐχ οὕτω σκορπίος ἢ ὄφις τῶν σπλαγγίων ἡμῶν

^a Rectius in Chrys. οὐκ ἄλλο οὐδὲν.

ἐγκαθήμενος λυμάλνεται πανταχόσε, ὡς ἡ τῆς τρυφῆς ἐπιθυμία πάντα ἀνατρέπει καὶ ἀπόλλυσι. Τοῖς μὲν γὰρ θηρίοις ἐκείνοις μέχρι τοῦ σώματος ἡ ἐπιθυμία αὐτῆ δὲ ὅταν ἐγκαθεσθῆ, μετὰ τοῦ σώματος καὶ τὴν ψυχὴν προσαπολλύσιν. Εἰ οὖν λύμη πάντων ἐστὶ τὸ πρᾶγμα καὶ κατάγειλος ἔσχατος, ὡμῶν αὐτῶν φείσασθε τῆς τοῦ σώματος ὑγείας. Οὐ λέγω πρὸς σκληραγωγίαν ἐκείτους ἀγαγεῖν, ἂν μὴ βούλησθε· τὸ περιττὸν ἀνέλωμεν, τὸ τῆς χρείας ἔξω περικόψωμεν. Ποῖαν γὰρ συγγνώμην ἔχομεν, ὅταν ἕτεροι μὲν μὴδὲ τῆς χρείας ἀπολαύσει κύριοι ὄντες, ἡμεῖς δὲ ὑπὲρ τὴν χρειαν τρυφῶντες ὤμεν; Τίνα γὰρ ἂν εἴποιμεν τρυφῶν μᾶλλον, τὸν λαχάνους τρεφόμενος καὶ ὑγιαίνοντα, καὶ μὴδὲν ἔχοντα ἀτδὲς, ἢ τὸν Σουδαρικτὴν παρατιθέμενον τράπεζαν, καὶ μυρίων γέμοντα νοσημάτων; Εὐδὴλον ὅτι ἐκείνον. Οὐκοῦν μὴδὲν πλέον ζητῶμεν τῆς χρείας, ἀλλ' ὁ μὲν ὀσπρίους δυνάμεως ἀρκεῖσθαι καὶ ὑγιαίνειν, μὴδὲν πλέον ἐπιζητεῖτω ὁ δὲ ἀσθενέστερος, καὶ τῆς διὰ τῶν λαχάνων δεόμενος θεραπείας, μὴ κυλιέσθω. Εἰ δὲ [513] καὶ τούτου τις ἀσθενέστερος εἴη, καὶ τῆς συμμετρῶς τῆς ἀπὸ τῶν κρεῶν δεοῖτο βοηθείας, οὐδὲ τοῦτον ἀπείρσομεν. Οὐδὲ γὰρ ἵνα ἀνέλωμεν τοὺς ἀνθρώπους καὶ διαφθείρωμεν, ταῦτα συμβουλεύομεν, ἀλλ' ἵνα τὰ περιττὰ περικόψωμεν περιττὸν δὲ ἐστὶν, ὃ τῆς χρείας πλέον ἐστίν. Ὅταν γὰρ καὶ χωρὶς τοῦτου δυνάμεθα διαγεῖν ὑγιεινῶς καὶ εὐσχημόνως, περιττὸν πάντως ἐκείνῳ ἐστὶ προστεθέν. Οὐχ ὁρᾶτε πρὸς τίνας ἡμῖν ἡ πάλη; πρὸς τὰς ἀσωμάτους δυνάμεις. Πῶς οὖν σάρκες ὄντες τοῦτων περιεσόμεθα; Εἰ γὰρ πρὸς ἀνθρώπους τις παλαίων δεῖται σωφρόνως ἐστιᾶσθαι, πολλῶ μᾶλλον πρὸς δαίμονας· ὅταν δὲ μετὰ τῆς πολυσαρκίας καὶ τῷ πλοῦτῳ ὤμεν προσδεδεμένοι, πῶθεν κρατήσαιμεν τῶν ἀντιπάλων; Ὡσπερ γὰρ ἐπὶ τῆς κιθάρας, ὅταν ὡσι φθόγγοι ἀπαλοὶ καὶ μαλακοὶ καὶ μὴ διατεταμένοι καλῶς, καὶ ἡ τῆς τέχνης ἀρετὴ ὑποτέμνεται, ἀναγκαζομένη δουλεύειν τῇ κακίᾳ τῶν νεωρῶν· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ σώματος, ὅταν πολλῆς ἀπολαύῃ περὶ ἡμῶν τῆς θεραπείας, πικρὰν ὑπομένει τὴν δουλείαν ἢ ψυχῆ. Μὴ τοίνυν λιπαίνωμεν τὸ σῶμα, μὴδὲ ἐξίτηλον αὐτὸ καὶ χιῶνον τῆ τρυφῆ καθιστώμεν. Οὐ λέγω κατατρέχειν ἑαυτοῦς, οὐδὲ σκληραγωγεῖν, ἀλλὰ τοσοῦτον σιτεῖσθαι, ὃ καὶ ἦδονῆν ἔχει τὴν ὄντως ἦδονῆν, καὶ θέρπει δύναται τὸ σῶμα, καὶ εὐτακτον ἡμῖν καὶ εὐάρμοστον πρὸς τὰς ἐνεργείας παρασχέιν τῆς ψυχῆς, πεπηγὸς καλῶς καὶ συνηρμοσμένον. Ὅταν γὰρ ὑπεραντλον γένηται τῆ τρυφῆ, τοὺς γόμφους αὐτοῦς, ὡς ἂν τις εἴποι, καὶ τὰς ἀρμονίας, τῆ πλημμύρα κατέχειν οὐ δύναται συμπεπηγυίας· ἐπεισελοῦσα γὰρ ἡ πλημμύρα τὸ πᾶν διαλύει καὶ διαχεῖ. Τὸ μὲν γὰρ αὐταρκῆς, καὶ τρυφῆ καὶ ἦδονῆ καὶ ὑγεία· τὸ δὲ πλέον, λύμη καὶ ἀτδία καὶ νόσος. Καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν μετὰ τοῦ σώματος προσαπολλύει. Καὶ καθάπερ ἡ σφόδρα δίσυγρος γῆ τίκεται τοὺς σκυλῆκας, οὕτω καὶ ἡ ἐμφυτος τοῦ σώματος ἐπιθυμία, τῆ τρυφῆ διαβρεχομένη, τίκεται τὰς ἦδονάς· καὶ τοῦ σώματος γενομένου μαλακωτέρας, ἀνάγκη καὶ τὴν ψυχὴν συναπολαύειν τῆς λύμης. Εἰ γὰρ οἱ τὸν διυλισμένον οἶνον πίνοντες, ἐν μεμψεί, τί ἂν εἴποιμεν πρὸς τοὺς ἀποδημίας διαποντίους στελλομένους ὑπὲρ οἴνου, καὶ πάντα κινούντας, ὥστε μὴδὲν γένος λαθεῖν ἀμπέλου, καθάπερ μέλλοντας εὐθύνας διδόναι, ἢ ἐπὶ τοῖς ἐσχατοῖς καταγινώσκασθαι, εἰ μὴ παντὸς γένους ἐμφορηθεῖεν οἶνον; Ὅντως οὐδὲν οὕτω τῷ δαίμονι φίλιον, ὡς τρυφῆ καὶ γαστριμαργία. Τί γὰρ οὐκ ἐργά-

ζεται κακὸν ἢ τρυφή; χοίρους ἐξ ἀνθρώπων ποιεῖ, καὶ χοίρων χείρους. Ὁ μὲν γὰρ χοῖρος βορβόρω ἐγκαλινδεῖται, καὶ κόπρω τρέφεται· οὗτος δὲ ἐκείνης βδελυκτοτέραν σιτεῖται τράπεζαν, μίξεις ἐπινοῶν ἀθέτους, καὶ παρανόμους ἔριστας. Ὁ τοιοῦτος οὐδὲν δαιμονῶντος διενήνοχε. Καὶ τὸν μὲν δαιμονῶντα κἄν ἐλεῶμεν, τοῦτον δὲ ἀποστρεφόμεθα καὶ μισοῦμεν. Τί δὴ ποτε; Ὅτι αὐθαίρετον ἐπισπάται: μανίαν, καὶ τὸ στόμα καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ ῥίνας, καὶ πάντα ἀπλῶς τὰ μέλη, ὀχετοὺς ἀμαρτίας ἐργάζεται. Εἰ δὲ καὶ τὰ ἔνδον ἴδῃς, ὅφει καὶ τὴν ψυχὴν καθάπερ ἐν τινι χειμῶνι καὶ κρυμῶ πεπηγυῖαν καὶ ναρκῶσαν, καὶ οὐδὲ τὸ σκάφος ὠφελῆσαι δυναμένην διὰ τὴν τοῦ χειμῶνος ὑπερβολήν. Οἱ γὰρ μίθη καὶ ἀδωχαγία δεδουλωμένοι, οὕτε ὕπνον αἰροῦνται γνήσιον καὶ εἰλικρινῆ, οὕτε ὄνειράτων ἀπαλλάττονται φοβερῶν. Πῶς; [514] οὐκ ἄτοπον, τὰ μὲν ἄλογα ζῶα μὴδὲν πλέον τῆς χρείας ἐπιζητεῖν, ἀνθρώπους δὲ λογικούς καὶ εἰκόνη Θεοῦ τετιμημένους, κἀκείνων ἀλογωτέρους γίνεσθαι, τοὺς τῆς συμμετρίας ὑπερβαίνοντας ὅρους; πόσῳ γὰρ τὸν οὕτω διαχειρῶν ἀνθρώπων βελτίων ὁ νοῦς! πόσῳ ἀμείνων ὁ κῶνον! Τὰ μὲν γὰρ ἂν τε φαγεῖν, ἂν τε πιεῖν δέη, ὄρον τὴν αὐτάρκειαν οἶδε, καὶ πέρα τῆς χρείας οὐ πρόεισι· κἄν μυριοὶ οἱ καταναγκάζοντες ὡσι πολλάκις, οὐκ ἀνέξεται ἐξελθεῖν εἰς ἀμετρίαν· οὔτοι δὲ καὶ τούτων ἑαυτοῦ ἀτιμωτέρους εἶναι κεκρίκασιν. Καὶ τὰ μὲν ἄλογα πέρα τοῦ μέτρου τροφῆς ἀπολαύειν οὐκ ἀναγκάζουσι· κἄν ἔρηται τις, διὰ τί; Ἵνα μὴ καταβιάψωσιν, ἐροῦσιν· ἑαυτοῖς δὲ οὐδὲ ταύτην παρέχουσι τὴν πρόνοιαν· οὕτω κἀκείνων ἑαυτοὺς εὐτελεστέρους εἶναι νομίζουσι, καὶ περιορῶσι χειμαζομένους διηγεκῶς. Οὐδὲ γὰρ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς μέθης μόνον τὴν ἐκ τῆς μέθης βλάβην ὑπομένουσιν, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην· καὶ καθάπερ πυρετοῦ παρελθόντος, ἢ ἐκ τοῦ πυρετοῦ μένει λύμη· οὕτω καὶ μέθης ἀπελθούσης, ἢ τῆς μέθης ζάλη καὶ ἐν τῇ ψυχῇ καὶ ἐν τῷ σώματι στρέφεται· καὶ τὸ μὲν ἄθλιον σῶμα κείται παραλύθων, καθάπερ ὑπὸ ναυαγίου σκάφος· ἢ δὲ τοῦτου ταλαιπωροτέρα ψυχὴ, καὶ τοῦτου διαλυθέντος, τὸν χειμῶνα εἰσφέρει, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἀνάπτει σφοδρότερον. Ὅσα μὲν οὖν ἀπὸ μέθης προσγίνεται τοῖς ἀνθρώποις κακὰ, εἰπεῖν αἰσχύνομαι, τῷ δὲ αὐτὸν καταλείπω συνειδότι τῷ ταῦτα ἀκριθέστερον εἰδῶτι. Τί γὰρ αἰσχρότερον τοῦ μεθύοντος; καὶ ἀπλῶς περιφερομένου, καὶ τὸ χυλεπὸν ἐκείνου ναυάγιον ὑπομένουτος, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ δῶρα παρὰ τῶν ἀνοήτων βλασφημεῖσθαι παρασκευάζοντος; Πολλῶν γὰρ ἀκούω λεγόντων, ὅταν ταῦτα συμβαίη τὰ πάθη· Μὴ ἔστω οἶνος. Ὡ τῆς ἀνοίας! Ὡ τῆς παραπληξίας! Ἄλιον ἀμαρτανόντων, ταῖς τοῦ Θεοῦ δωρεαῖς ἐγκαλεῖς; Μὴ γὰρ οἶνος ἐποίησεν, ἀνθρώπων, τοῦτο τὸ κακόν; οὐχ ὁ οἶνος, ἀλλ' ἡ ἀκολασία τῶν ἀπολαυόντων κακῶς. Εἰπέτε τοίνυν· Μὴ ἔστω μέθη, μὴ ἔστω τρυφή. Εἰ δὲ λέγεις, Μὴ ἔστω οἶνος, ἔρεῖς κατὰ μικρὸν προβαίνων, Μὴ ἔστω σίδηρος, διὰ τοὺς ἀνδροφόνους· Μὴ ἔστω νύξ, διὰ τοὺς κλέπτας· Μὴ ἔστω φῶς, διὰ τοὺς συκοφάντας· Μὴ ἔστω γυνή, διὰ τὰς πορνείας· καὶ πάντα ἀπλῶς ἀναιρήσεις τὰ πράγματα. Μὴ τοίνυν τὸν οἶνον διάβαλλε, ἀλλὰ τὴν μέθην, καὶ τὸν κακῶς τῷ καλῷ χρησάμενον· καὶ λαβὼν τοῦτον αὐτὸν νήφοντα, ὑπόγραψον αὐτοῦ τὴν ἀσχημοσύνην, καὶ εἰπέ πρὸς αὐτὸν· Οἶνος; ἐδόθη, ἵνα εὐφραίνωμεθα, οὐχ ἵνα ἀσχημῶμεν· ἵνα γελῶμεν, οὐχ ἵνα γελώμεθα· ἵνα ὑγαινωμεν, οὐχ ἵνα νοσῶμεν· ἵνα ἀσθένειαν σώματος

διορθώμεθα, οὐχ ἵνα ψυχῆς ἰσχὴν καταβάλλωμεν. Ἐτίμησε σε ὁ Θεὸς τῷ δώρῳ· τί στυγνὸν ὑβρίζεις τῇ ἀμετρῇ; Εἰ γὰρ ὁ ἅγιος ἐκείνος Τιμόθεος καὶ νόσῳ κατεχόμενος, καὶ ἐπαλλήλους ἀβρωσίας ὑπομένου οὐ μετέλαθεν οἶνον, ἕως ἂν ἐπέτρηψεν ὁ διδάσκαλος, τίνα ἂν σχοίημεν συγγνώμην ἡμεῖς, ἐν ὑγείᾳ μεθύοντες; Ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἔλεγεν, *Οἶνον ἕλιψον χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας*· ἡμῶν δὲ ἐκάστῳ ἔρει· *Οἶνον ἕλιψον χρῶ διὰ τὰς πορνείας, διὰ τὰς πυκνάς σου αἰσχρολογίας, καὶ τὰς ἑτέρας ἐπιθυμίας* [515] τὰς πορνείας, ἃς ἡ μέθη τίθει ἐν εἰσθεν. Οἶνος εἰς εὐφροσύνην ἐδόθη· *Οἶνος*, γὰρ, φησὶν, *εὐφραίνει καρδίαν ἀνθρώπου*· ἡμεῖς δὲ καὶ ταύτην αὐτοῦ λυμαίνεσθε τὴν ἀρετὴν. Ποία γὰρ εὐφροσύνη τὸ μὴ εἶναι ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἀληθῶς ναυαγίας ἔχειν, καὶ πάντα ὄρα περιφερόμενα, καὶ σκότῳ δεινῷ κατέχεσθαι, καὶ κατὰ τοὺς πυρέττους δεῖσθαι τῶν ἐλαίῳ καταβρεχόντων τὰς κεφαλὰς, καὶ τὰς ἡμέρας νύκτας ἐργάζεσθαι, καὶ τὸ φῶς σκότος, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἀνεωγμένων μὴδὲ τὰ ἐν ποσὶ βλεπεῖν, καὶ τοῖς τοσοῦτοις καὶ τοιοῦτοις ἑαυτοῦ περιπεῖρειν κακοῖς; Τοῖς γὰρ ἐν μέθῃ καὶ ἀκολασίᾳ βιωῦσι ἡ ἡμέρα πρὸς τὸ τῆς νυκτὸς μεταστρέφεται σκότος, οὐ τοῦ ἡλίου σβεννουμένου, ἀλλὰ τῆς ἐκείνων διανοίας σκοτιζομένης τῇ μέθῃ. Οἱ τῇ μέθῃ ἑαυτοὺς ἐκδιδόντες, ὅσῳ ἂν ἐκχέουσιν ἑαυτοῖς τὸν ἄκρατον, τοσοῦτω μᾶλλον πρὸς τὸ δίψος ἐκκαίονται, καὶ ἡ μετάληψις αἰεὶ ὑπέκκαυμα τῆς δίψης γίνεται· καὶ τὰ μὲν τῆς ἡδονῆς ἡμαυρῶται λοιπὸν, τὸ δὲ δίψος ἀκατάπαυστον γεγόνος, εἰς αὐτὸν τὸν κρημνὸν τῆς μέθης κατάγει τοὺς ὑπ' αὐτῆς αἰχμαλώτους γεγεννημένους. Ἐντεῦθεν μάλιστα ἂν τις ἐκπλαγεῖ τῆς ἀνοίας τοὺς τῇ μέθῃ προσηλωμένους, ὅτι οὐδὲ ὅσῳ ἐπὶ τῶν ἀσχῶν ἔχουσιν ἑτεροὶ τὴν φειδύλιν, τοσαύτην ἐφ' ἑαυτῶν ἐπιδείκνυσθαι θέλουσιν οὗτοι. Ἐκείνους μὲν γὰρ οἱ τῶν οἶνων πρᾶται οὐκ ἐῴσι πλέον τοῦ δέοντος λαθεῖν, ὥστε μὴ διαβραχῆναι· τὴν δὲ ἀθλίαν οὗτοι γαστέρα οὐδὲ ταύτης ἀεῖ οὐσι τῆς προνοίας, ἀλλ' ἐπειδὴν αὐτὴν ἐμπλήσῃσι καὶ διαβρῆξῃσι, μέχρι τῶν ὤτων, μέχρι τῆς ῥινός, μέχρι τῆς φάρυγγος αὐτῆς πληροῦσιν ἅπαντα, πολλὴν ἐντεῦθεν τῷ πνεύματι, τῇ τὸ ζῶον οἰκονομοῦσιν δυνάμει, κατασκευάζοντες τὴν στενοχωρίαν. Μὴ γὰρ διὰ τοῦτο σοὶ γέγονε φάρυξ, ἵνα μέχρι τοῦ στόματος δῶν σσηπότος οἶνον καὶ τῆς ἄλλης αὐτὸν ἀποπληρώσης διασφορᾶς; Οὐ διὰ τοῦτο, ἀλλ' ἵνα τὰς ἐπερᾶς ἀναπέμπῃς εὐχὰς τῷ Θεῷ, καὶ τοὺς θεοῦς ἀναγινώσκῃς νόμους, καὶ τοῖς πλησίον τὰ συμφέροντα συμβουλεύῃς. Οὐδὲ γὰρ οὕτω τὰ σφοδρὰ τῶν ποταμῶν ρευμάτων τὰς δεχθὰς εἴθωθεν διατρώγειν καὶ ποιεῖν ὑφίζανειν, ὡς τρυφή καὶ σπατάλη τὰ τῆς ὑγείας ἡμῶν ἐρείσματα πάντα ὑποσῦρει βρῆδως. Τὸ γὰρ παριέναι μετὰ βύμης τὰ βρώματα τὸ ἐκ ἰσχυρῶν ἀποξέει τοῦ σώματος, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἀνδρεῖον κατασῦρει καὶ χυνοῖ. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τῷ τρυφῶντι τὸ δεινόν, ὅτι διασπᾶται, καὶ τὴν γαστέρα τὴν ἑαυτοῦ διαβρῆγνυσι, καὶ τὴν τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς ὑγείαν ὑποτέμνεται· ἀλλ' ὅτι τάχιον παραβρεῖ καὶ παρατρέχει, καὶ μέχρι μίσης ἡμέρας τὴν ἐκ τούτων ἐγγινομένην αὐτῷ χορηγίαν κατασχεῖν οὐ δύναται, ἀλλὰ διαπνευσθείσης ἐκείνης, ἕτερα ἐπεμβάλλειν ἀναγκάζεται πάλιν. Οὐ τοίνυν τὸ φαγεῖν κακόν, μὴ γένοιτο, ἀλλ' ἡ ἀδωχαγία, καὶ τὸ ὑπερτὴν χρῆσιν ἐπιμύπλασθαι καὶ διαβρῆγνυσθαι τὴν γαστέρα· ὡσπερ οὖν οὐδὲ τὸ οἶνον συμμέτρον μετασχεῖν πονηρὸν, ἀλλὰ τὸ μέθη ἑαυτὴν ἐκδοῦναι, καὶ

est dæmoni, ut luxuria et edacitas. Quid enim non mali facit luxuria? porcos facit ex hominibus, ac porcis etiam deteriores. Nam porcus quidem in luto volutatur, et stercore pascitur: iste vero abominabilior quam illa est mensa vescitur, illicitos concubitus excogitans et exleges amores. Talis homo nihil a dæmoniaco differt: ac dæmoniacum quidem saltem miseramur; istum vero aversamur et odimus. Quare? quoniam ultroneam sibi insaniam attrahit, et os, oculos, nares, et omnia prorsus membra peccati cloacas efficit. Quod si interiora quoque inspicias, videas et animum ipsum tamquam in tempestate et frigore gelatum atque torpentem, ita ut ne scapham quidem propter tempestatem magnitudinem servare possit. Nam qui ebrietati et ingluvie mancipati sunt, neque somnum verum et sincerum capiunt, neque a terribilibus insomniis liberi sunt. Quonam igitur modo absurdum non est, expertes quidem rationis animantes nihil ultra necessitatem querere; homines vero præditos ratione et imagine Dei colonesatos, illis etiam minus compotes rationis fieri, moderationis fines prætergredientes? quanto enim melior hujusmodi hominibus asinus est? quanto melior canis? Nam hi quidem, sive edendum est, sive hibendum, finem norunt id quod satis est, neque ultra necessitatem progrediuntur: etiamsi innumerabiles sæpe cogant, non sustinebunt modum excedere: isti vero his etiam despiciabiles se esse judicaverunt. Et bestias quidem ultra modum cibum capere non cogunt: ac si quis interroget, quæmobrem? Ne noceamus, dicunt: sibi vero ipsis hanc providentiam non adhibent: adeo etiam illis viliores sese existimant, et assidue tempestate vexandos se negligunt. Nec illa die solum, qua ebrii sunt, damnum quod ex ebrietate oritur, sustinent, sed etiam post illum diem. Et sicuti postquam febris transit, noxa ex febris, remanet: ita quoque cum ebrietas recessit, ebrietatis procella in animo et in corpore versatur: ac miserum quidem corpus jacet resolutum sicuti navis a naufragio; anima vero corpore ærumnosior, etiam cum hoc dissolutum est, tempestatem suscitatur ac cupiditatem accendit vehementius. Quam igitur multa ab ebrietate hominibus mala accidunt, pudet me dicere; sed ipsorum relinquo conscientiam, ut quæ exactius ea cognita habeat. Quid enim turpius ebrio et temere vagante, et grave illud naufragium perferente, ac Dei dona stultorum conviciis exponente? Multos enim, eum hæc affectiones acciderint dicere audio: Utinam ne sit vinum! O amentiam! o stuporem! aliis peccantibus Dei dona accusas? An enim vinum, o homo, malum illud fecit? non vinum, sed intemperantia male utentium. Dic igitur, Utinam ne sit ebrietas, ne sit luxuria! Quod si dicis, Ne sit vinum, dices sensim progrediens: Ne sit ferrum, propter homicidas; Ne sit nox, propter fures; Ne sit lux, propter calumniatores; Ne sit mulier, propter scortationes; et omnes res denique subvertes. Ne igitur vinum insimules, sed ebrietatem, et cum qui honore male usus est: et ipsum si sapiat adiens, describe illi cunctam

ipsius turpitudinem, et dic ipsi: Vinum datum est, ut exhalaremur, non ut indecenter ac indecore nos geramus; ut rideamus, non ut rideamur; ut sani simus, non ut ægrotemus; ut corporis imbecillitatem corrigamus, non ut animi vires dejiciamus. Honoravit te Deus hoc dono: cur te ipse contumelia per intemperantiam afficis? Si enim sanctus ille Timotheus, etiam cum morbo teneretur et continuas infirmitates sustineret, vino non est usus, donec magister permisit, quam nos excusationem habere possumus, in sanitate nos inebriantes? Illi enim dixit, *Vino modico utere, propter stomachum tuum et frequentes tuas infirmitates* (1. Tim. 5. 23): nostrum vero unicuique dicit: *Vino modico utere, propter fornicationes et frequentia tua turpiloquia aliasque pravas cupiditates, quas ebrietas parere consuevit: Vinum ad lætitiæ datum est; inquit enim: Vinum lætificat cor hominis* (Psal. 103. 15): vos autem hanc ipsius virtutem labefactatis. Quæ enim lætitiæ est, mentis compotem non esse, et innumerabiles habere dolores, et omnia videre circumagi, et horribili caligine occupari, et sicuti febricitantes quidam, opus habere ut oleo caput perfundatur? ex diebus item noctes facere, et ex luce tenebras? oculis etiam apertis ea, quæ ante pedes sunt non videre, ac tot tantisque malis seipsos undique transfigere? Nam qui in ebrietate et intemperantia vivunt, iis in noctis tenebras dies convertitur, non quod sol exstinguatur, sed quod mens illorum temulentia obscuretur. Qui se ebrietati dedunt, quanto magis sibi merum infuderint, tanto magis siti inardescunt, semperquo haustio sitis sit fomes: et voluptas quidem ad extremum evanescit, sitis vero facta indesinens, in ipsum ebrietatis præcipitium deducit eos, quos captivos agit. Hinc vel maxime quis obstupescat amentiam eorum qui ebrietati addicti sunt, quod ne tantum quidem isti sibi parcere volunt, quantum alii parcunt utribus. Nam hos quidem vini venditores non patiuntur plus æquo capere, ne dirumpantur: isti vero miserum ventrem ne hæc quidem provisione dignantur, sed eum eum impleverint et diruperint, usque ad aures, usque ad nares, usque ad fauces ipsas replent omnia; perangustum meatum spiritui, quæ vis animal gubernat, inde comparantes. An ob hoc fauces tibi datae sunt, ut eas usque ad extremum oris putrido vino aliaque pernicie expleas? Non ob hoc; sed ut sacras preces sursum ad Deum mittas, et divinas leges legas, proximisque utilia suadeas. Neque enim ita vis rapidorum fluminum ripas excedere et subruere solet, ut luxuria deliciæque omnes sanitatis nostræ munitiones facile subvertunt. Etenim cum aviditate escis inhiare, et corporis vires incidit, et animi fortitudinem detrahit et relaxat. Neque hoc solum luxuriose viventi grave accidit, quod dstringitur et ventrem proprium dirumpit, et corporis pariter atque animi sanitatem succidit; sed etiam illud, quod celerius præterfluit et transeurrit, et ne unum quidem diem quod ingestum est, continere potest, sed eo digesto, alia rursus in

jicere cogitur. Non igitur ipsum edere malum est, absit : verum edacitas, et ultra necessitatem sese implere ventremque dirumpere : quemadmodum neque moderato vino uti malum est, sed ebrietati sese dedere, et judicium rationis per intemperantiam evertere. Ejusmodi enim corpori nos implicavit Dominus, quod aliter nequit consistere, nisi sit alimentis particeps : modo intemperantia recidatur : hoc enim nobis ad sanitatem ejus et bonam habitudinem plurimum conducit. Annon quotidie videtis, ex lautis mensis et immoderata edacitate innumeros consequi morbos? Unde pedum dolores? unde capitis gravedines? unde corruptorum humorum redundancia? unde alii morbi? nonne ex intemperantia, ex vino plus quam oporteat hausto? Sicut enim navis cum aquæ tantum cepit, ut exhauriri nequeat, cito deprimitur et submergitur : ita etiam homo cum nimie vorandi cupiditati et ebrietati se tradit, ad precipitum abit, et ut ratio submergatur, efficit; ac deinde veluti mortuus jacet animatus; ac mala quidem sæpe operari valens, ad bona omnia, nihilo melius quam

mortui sese habens. Tantum malum est ebrietas, ut sensus etiam mutillare possit : et hominem quidem ratione præditum, quique potestatem in res omnes accepit, velut inutile cadaver indissolubilibus quibusdam vinculis constrictum jacere cogat; imo vero et cadavere pejus : hoc enim et ad bona et ad mala inutile est, ille vero publice omnibus risui exponitur. Nam amici quidem proprium dedecus reputantes, pudore afficiuntur et erubescunt : inimici vero insultant et mordent atque execrantur, tantum non hæc verba dicentes : Hunc cene omnino vivere par est? anne par est hunc aerem respirare? illam pecudem, illum porcum? et quæ ex his consequuntur graviora dicentes. Quæ nos pro viribus fugientes, dilectissimi, tantum comedere studeamus, quantum et voluptatem habeat, veram dico voluptatem, et alere corpus possit, et obsequens nobis aptumque ad functiones mandatorum Christi præstet : ut et præsentem vitam feliciter peragamus, et futura bona consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, etc.

HOMILIA XIII.

De adversa Valetudine et Medicis.

MATTHEO CROMERO INTERPRETE.

Cum in adversam valetudinem incideris, o homo, recordare corporis Jobi, et sanctæ illius carnis : sancta enim erat et pura, ejusmodi vulnera habens. Nam quis ita ægrotavit umquam? quis tantam plagam accepit, aut alterum accepisse vidit? Non est quisquam, non est. Paulatim corpus ipsi consumebatur, et vermium fons undique ex membris ei scatebat, eratque perennis hic affluxus, et multus undequaque fœtor, et corpus paulatim dividebatur; talique liquescens putredine, insuaves cibos reddebat. Et erat ipsi fames insolita et inaudita : neque enim oblati alimentis vesci poterat : *Nam venti sonitum*, inquit, *video cibos meos*. At enim satis, inquit, iste solatii et levaminis habuit, quod sciret Deum hæc sibi inferre. Imo hoc maxime eum perturbabat et commovebat, quod justum Deum, quique omni modo a se cultus esset, sibi infestum esse putaret, neque ullam probabilem causam eorum quæ fiebant invenire posset. Quod si hoc sufficere ad solatium putas, poteris sane et ipse hocce levamen habere. Quamvis enim non propter Deum adversi quidquam patiaris, sed ex hominum vexatione, gratiasque interim agas, neu conviciaris ei, qui potest quidem prohibere, sed permittit tamen, probationis tuæ gratia : quemadmodum qui propter Deum passi sunt, coronantur, ita et tu eadem præmia consequeris, quod ab hominibus oblata incommoda generose tulisti, et ei qui poterat quidem, sed noluit prohibere, gratias egisti. Neque enim bonus quispiam sine peccato est, neque malus quispiam sine justitia : utrisque autem compensatio est et remuneratio. Si quis sit justus, et mali quid egerit et ægrotaverit, et supplicio addictus sit, ne turberis, sed dic : Hic justus paulum quid

latum in occursum Christi; quale donum mittat Roma Christo, qualibus coronis duabus urbs ornetur, qualibus aureis catenis cingatur, quos fontes habeat. Ideo urbem admiror, non ob aurum multum, non ob columnas, non ob alium fastum, sed ob has Ecclesiæ columnas. Quis mihi nunc dederit corpus Pauli complecti, sepulchro ejus affigi, pulverem videre corporis ejus, qui quæ deerant in Christo adimplevit, qui stigmata gestavit, qui ubique prædicationem disseminavit? pulverem oris quo Christus loquebatur, quo loquebatur coram regibus, nec erubescerat, quo Paulum discimus, quo Pauli Dominum? Non ita nobis tonitruum terribile est, ut illa vox dæmonibus. Ut igitur fulgur de caelo terret eos qui vident, sic vox Pauli terreat diabolum, et sicut fulmen incidens, in ipsius phalangas deferebatur. Non enim in acie stabat contra illum, sed ita timebat et tremebat, ut si vel umbram videret, vel vocem audiret, procul positus aufugeret. Nam si vestimenta ejus exhorrescebat, multo magis vocem. Hæc ligatum illum ducebat; hæc orbem expurgabat; hæc morbos curabat, nequitiam expellebat, veritatem reducebat, Christum habuit insidentem, et cum illo quocumque pergebat: et quod Cherubim sunt, hoc Pauli vox erat. Sicut enim Christus supra Virtutes illas insidebat, sic et supra Pauli linguam. Nam illa digna fuit quæ Christum exciperet, loquens illa quæ Christo placita erant, et ad immensam altitudinem volans ut Seraphim. Non oris tantum, sed et cordis illius cinerem videre optarem, quod non mentiretur qui cor orbis esse diceret, mille honorum fontem, principium et elementum vitæ nostræ. Nam spiritus vitæ hinc in omnes effundebatur, et membris Christi distribuebatur. Hoc etiam dissolutum optarem videre, quod excelsius caelis est, latius orbe, radio splendidius, igne ardentius, adamante firmitus, quod dignatum fuit amare Christum, quantum nullus alius dilexit. Optarem videre pulverem manuum, quæ cateua vinciebantur, quarum impositione Spiritus sanctus dabatur, per quas divinæ Epistolæ scriptæ

sunt; manuum illarum, quas videns vipera, cecidit in ignem. Vellem viderem pulverem oculorum, qui recte excæcati sunt, qui visum receperunt ad salutem orbis, qui Christum in corpore videre dignati sunt, qui terrena videbant non videntes, qui videbant ea quæ non videntur, qui somnum non noverant, qui in mediis noctibus vigilabant, qui ea non patiebantur quæ oculi solent. Vellem etiam pedum illorum pulverem videre, qui orbem circumcurrebant, nec fatigabantur, qui ad lignum victi fuere, quando carcer tenuit, qui terram habitatam et inhabitatam percurrerunt, qui sæpe viam emensi sunt. Et quid per partes dicere oportet? vellem sepulchrum videre in quo arma justitiæ jacent, arma lucis, membra nunc viventia, mortificata autem dum viverent, membra Christi, quæ Christo induta sunt, templum Spiritus, ædificium sanctum, Spiritu ligata, ceu clavis confixa timore Christi, quæ stigmata Christi habent. Hoc corpus urbem illam quasi muro cingit, quod quavis turre, et mille munimentis tutius est: et cum illo corpus Petri. Etenim illum viventem honorabat: *Ascendi, inquit, Jerusalem videre Petrum (Gal. 1. 18)*. Ideoque decedentem illum cohabitantem facere dignata est divina gratia. Hunc itaque et nos imitemur: nam et ille homo erat, et ejusdem nobiscum naturæ consors, aliaque omnia habens communia: sed quia multam erga Christum caritatem exhibuisset cælum transcendit, et cum angelis locum habet. Itaque, si etiam nos velimus parum consurgere, et illum ignem in nobis excitare, poterimus sanctum illum æmulari. Neque enim, si hoc fieri non posset, clamaret ille, dicens: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi (1. Cor. 4. 26)*. Ne itaque illum miremur tantum et stupeamus, sed etiam imitemur, ut hinc abeuntes illum videre dignemur, et ineffabili frui gloria: qua utinam nos omnes dignemur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patri gloria una cum sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXXVII.

De Silentio et Secretis.

Verbum temere prolatum integras evertit domos, animasque perdit et obruit. Pecuniarum quidem jacturam denuo instaurare licet; verbum autem emissum reduci nequit. *Audisti verbum, inquit, tecum commemoratur (Eccli. 19. 10)*. Exstingue illud, obrue, ne egredi sinas, neque omnino moveri; quod dictum est occide, oblivioni manda, ut non audientibus similis evadas. Multi homines quando quid arcani dixerint, audientem rogant, adjurant ne id alteri dixerint, ex se declarantes se rem reprehensione dignam fecisse. Si enim illum precaris ut ne alteri dicat, multo magis te priorem hoc dicere non oportebat. Si vis enim sermonem non ad alterum efferri, ne tu ipse dicas: cum autem alteri verbi custodiam tradidisti, inutiliter precaris et adjuras illum ad dictorum custodiam. Sed

suave est male dicere? Imo suave est non male dicere. Qui enim male dixit, anxius est postea, suspicatur, timet, pœnitentia ducitur, linguam mordet, metuens ac tremens, ne ad alios delatum verbum magnum inducat periculum: qui autem illud apud se retinet cum securitate multa, cum voluptate magna vivet. Neque enim potest qui aliorum vitam curiose inquirat, de sua umquam curare vita. Nam cum studium totum suum in aliorum vita examinanda insumat, necesse est ut sua utcumque et negligenter despiciat. Qui vero acerbe aliena examinat, de peccatis suis nullam umquam consequatur veniam. Non enim a peccatorum nostrorum natura tantum, sed etiam a judicio de aliis lato sententiam feret Deus. Ipsi gloria et imperium nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

τῆς θήκης ἐκείνης μετὰ Πέτρου, καὶ αἰρόμενον εἰς ἀπάντησιν τοῦ Χριστοῦ· οἷον ἀποστέλλει τῷ Χριστῷ δῶρον ἢ ῥώμη, οἷους στεφάνους ἢ πόλιν περιβαίνει δύο, οἷας χρυσᾶς ἀλύσει· διέζωσται, οἷας πηγᾶς. Διὰ ταῦτα θαυμάζω τὴν πόλιν, οὐ διὰ τὴν χρυσὸν τὸν πόλιν, οὐ διὰ τοὺς κίονας, οὐ διὰ τὴν ἄλλην φαντασίαν, ἀλλὰ διὰ τοὺς στύλους τῆς Ἐκκλησίας τούτους. Τίς μοι νῦν ἔδωκε περιχυθῆναι τῷ σώματι Παύλου, καὶ προσκληθῆναι τῷ τάφῳ, καὶ τὴν κόνιν ἰδεῖν τοῦ σώματος ἐκείνου, τοῦ τὰ ὑπερήματα ἀναπληρώσαντος τοῦ Χριστοῦ, τοῦ τὰ στίγματα βαστάσαντος, τοῦ πανταχοῦ τὸ κήρυγμα καταστειραντος; τὴν κόνιν τοῦ στόματος, δι' οὗ Χριστὸς ἐφθέγγετο, δι' οὗ ἐλάλει ἐναντίον βασιλέων, καὶ οὐκ ἠσχύνετο, δι' οὗ Παῦλον ἐμάθομεν, δι' οὗ τὸν Παῦλον Δεσπότην; Οὐχ οὕτως ἡμῖν ἢ βροντῆ φοβερά, ὡς ἐκείνῃ τοῖς δαίμοσιν ἡ φωνή. Ὅσπερ οὐν ἀτραπὴ ἐξ οὐρανοῦ φανεῖσα καταπλήττει τοὺς ὀρώνας, οὕτως ἡ Παύλου φωνὴ καταπλήττει τὸν διάβολον, καὶ καθάπερ σκηπτοῦ τις ἐμβολή, εἰς τὰς τοῦτου κατηνέχθη φάλαγγας. Οὐδὲ γὰρ ἐκ παρατάξεως ἴστατο πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' οὕτως ἔδεδόκει καὶ ἔφραμεν, ὡς εἰ καὶ σκίαν ἴδοι καὶ φωνῆς ἀκούσει, πόρρωθεν ὁραπέσειεν. Εἰ γὰρ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐφοριτε, πολλῶ μᾶλλον τὴν φωνήν. Αὕτη δεδεμένον αὐτὸν ἦγεν, αὕτη τὴν οἰκουμένην ἐξεκάθηρεν, αὕτη νοσήματα ἔλυσε, κακίαν ἐξέβαλεν, ἀλήθειαν ἐπανήγαγε, τὸν Χριστὸν εἶχεν ἐγκαθήμενον, καὶ μετ' αὐτοῦ πανταχοῦ προφήτῃ· καὶ ἔπερ τὰ Χερουβίμ, τοῦτο ἡ Παύλου φωνή. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν δυνάμεων ἐκείνων ἐκάθητο, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ Παύλου γλώττης. Καὶ γὰρ ἀξία τοῦ δέξασθαι τὸν Χριστὸν ἐγένετο ἐκείνη φεγγαυμένη, ἢ τῷ Χριστῷ φίλα ἦν, καὶ πρὸς ὕψος ἄφατον ἵσταμένη, καθάπερ τὰ Σαραφίμ. Οὐ τοῦ στόματος δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς καρδίας ἐκείνης ἐβουλόμην τὴν κόνιν ἰδεῖν, ἣν οὐκ ἂν τις ἀμάρτοι καρδίαν τῆς οἰκουμένης εἰπῶν, καὶ τῶν μυρίων πηγῶν ἀγαθῶν, καὶ ἀρχῆν καὶ στοιχείον τῆς ἡμετέρας ζωῆς. Τὸ γὰρ πνεῦμα τῆς ζωῆς ἐκείθεν εἰς ἅπαντα· ἐχορηγεῖτο, καὶ τοῖς μέλεσι τοῦ Χριστοῦ διεδίδοτο. Ταύτην καὶ διαλελυμένην ἐπεθύμουν ἰδεῖν, τὴν ὑψηλοτέραν τῶν οὐρανῶν, τὴν εὐρυτέραν τῆς οἰκουμένης, τὴν τῆς ἀκτίνας φαιδροτέραν, τὴν τοῦ πυρὸς θερμότεραν, τὴν τοῦ ἀδάμαντος στεγροτέραν, τὴν καταξιοθεῖσαν φιληθῆναι Χριστὸν, ὡς οὐδεὶς ἄλλος ἐφίλησεν. Ἐβουλόμην τὴν κόνιν ἰδεῖν τῶν χειρῶν τῶν ἐν

ἀλύσει, δι' ὧν τῆς ἐπιθέσεως τὸ Πνεῦμα τὸ [718] ἅγιον ἐχορηγεῖτο, δι' ὧν τὰ θεῖα γράμματα ἐγράφετο τῶν χειρῶν ἐκείνων, ἃς ἰδοῦσα ἡ ἔχτις ἐξέπεσεν εἰς τὴν πυρᾶν. Ἐβουλόμην τὴν κόνιν ἰδεῖν τῶν ὀφθαλμῶν τῶν πηρωθέντων καλῶς, τῶν ἀναβλεψάντων ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς οἰκουμένης, τῶν καὶ ἐν σώματι Χριστοῦ ἰδεῖν ἀξιοθέντων, τῶν ὀρώντων τὰ γῆινα καὶ οὐχ ὀρώντων, τῶν βλεπόντων τὰ μὴ βλεπόμενα, τῶν μὴ εἰδόντων ὕπνον, τῶν ἐν μέσῃς νυξὶν ἀγρυπνούντων, τῶν οὐ πασχόντων τὰ τῶν ὀφθαλμῶν. Ἐβουλόμην καὶ τῶν ποδῶν ἐκείνων ἰδεῖν τὴν κόνιν, τῶν περιδραμόντων τὴν οἰκουμένην καὶ μὴ καμνόντων, τῶν ἐν τῷ ξύλῳ δεδεμένων, ἡνίκα τὸ δεσμοτήριον ἔσεισε, τῶν οἰκουμένην καὶ ἀοίκητον περιελθόντων, τῶν ὀδοιπορούντων πολλακίς. Καὶ τί δεῖ κατὰ μέρος λέγειν; ἐβουλόμην τὸν τάφον ἰδεῖν, ἔνθα τὰ ὄπλα τῆς δικαιοσύνης ἀπόκειται, τὰ ὄπλα τὰ τοῦ φωτὸς, τὰ μέλη τὰ νῦν ζῶντα, νεκρωμένα δὲ ὅτε ἔζη, τὰ τοῦ Χριστοῦ μέλη, τὰ ἐνδοδυμένα τὸν Χριστὸν, τὸν ναὸν τοῦ Πνεύματος, τὴν οἰκοδομήν τὴν ἁγίαν, τὰ δεδεμένα τῷ Πνεύματι, τὰ καθηλωμένα τῷ φόβῳ τοῦ Χριστοῦ, τὰ ἔχοντα τὰ στίγματα Χριστοῦ. Τοῦτο τὸ σῶμα ταίριζε τὴν πόλιν ἐκείνην, ὃ παντὸς πύργου καὶ μυρίων περιθόλων ἐστὶν ἀσφαλέστερον· καὶ μετὰ τούτου τὸ Πέτρου· καὶ γὰρ ζῶντα ἐτίμα· Ἀνέστην γὰρ εἰς Ἱεροσόλυμα ἱστορήσῃσι Πέτρον. Διὰ τοῦτο καὶ ἀπειθόντα κατηξίωσεν ὁμόσκηνον αὐτῷ ποιῆσαι ἡ χάρις. Τοῦτον οὐν καὶ ἡμεῖς μιμώμεθα· καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ἀνθρώπος ἦν, τῆς αὐτῆς φύσεως ἡμῖν μετέγων, καὶ τὰ ἄλλα ἅπαντα ἔχων κοινά· ἀλλ' ἐπειδὴ πολλὴν τὴν περὶ τὸν Χριστὸν ἀγάπην ἐπεδείξατο, τοὺς οὐρανούς ὑπερέβη, καὶ μετὰ τῶν ἀγγέλων ἔστη. Ὅστις, ἂν βουληθῶμεν καὶ ἡμεῖς διαναστήναι μικρὸν, καὶ τὸ πῦρ ἐκείνο ἀνάψαι ἐν ἡμῖν, δυνατόμεθα ζηλώσεια τὸν ἅγιον ἐκείνον. Οὐδὲ γὰρ, εἴπερ ἀδύνατον ἦν τοῦτο, ἔδδα λέγων· *Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς καὶ γὰρ Χριστοῦ*. Μὴ τοίνυν θαυμάζωμεν αὐτὸν μηδὲ εκπληττώμεθα μόνον, ἀλλὰ καὶ μιμώμεθα, ἵνα καταξιοθῶμεν καὶ ἐντεῦθεν ἀπελθόντες αὐτὸν ἰδεῖν, καὶ τῆς ἀποβήτου δόξης μετασχεῖν· ἥς γίνονται πάντας ἡμᾶς ἀξιοθῆναι, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μετ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ ΑΖ'.

Περὶ σιωπῆς καὶ ἀπερρήτων.

Λόγος ἀπλῶς προσενεχθεὶς δλοκλήρου· ἀνέτρεψεν οικίας, καὶ ψυχὰς ἀπόλεσε καὶ κατέδουσε. Καὶ τῶν χρημάτων τὴν ζημίαν διορθοῦσθαι πάλιν ἐν· λόγον δὲ ἐκπληθῆσαντα ἅπασι, ἀνακτῆσαι πάλιν οὐκ ἐνι. *Ἦκουσας λόγον, φησί, συναποθαρτέω σοι*. Σδέσων αὐτὸν, κατάχωσον, μὴ συγχωρήσης ἐξελθεῖν, μηδὲ κινήθηναι παράπαν. Ἀπόκειναι τὸ λεχθῆν, λήθη παράδοξο, ἵνα τοῖς μὴ ἀκούσαντι ὅμοιοι γένῃ. Οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐπειδὴν εἰπῶσι εἰ τὸν ἀπερρήτων, παρακαλοῦσι τὸν ἀκούοντα, καὶ ἔρχουσι· μηδενὶ λοιπὸν εἰπεῖν ἑτέριον· αὐτὸθεν δηλοῦντες, ὅτι πρῶτον ἄξιον κατηγορίας ἐποίησαν. Εἰ γὰρ ἐκείνον μηδενὶ εἰπεῖν ἑτέριον παρακλιεῖς, πολλῶ μᾶλλον σὲ πρότερον τούτων ταῦτα εἰπεῖν οὐκ ἔχορῃ. Εἰ [719] γὰρ βούλει μὴ ἐξενεχθῆναι τὸν λόγον εἰς ἕτερον, μηδὲ αὐτὸς εἰπεῖς· ὅτε δὲ προέδωκας ἑτέριον τοῦ λόγου τὴν φύσιν, περὶ ταῦτα ποιεῖς καὶ ἀνόητα παραγγέλλων καὶ ὁρκῶν ἐπὶ τῆς τῶν εἰρημίων φύσεως. Ἀλλ' ἴδου τὸ κακῶς

γορεῖν; Ἦδὲ μὲν οὐν τὸ μὴ λέγειν κακῶς. Ὁ μὲν γὰρ λέγων κακῶς ἐναγώνιος λοιπὸν ἐστὶ, ὑποπτέει καὶ δίδοικε, μετανοεῖ καὶ κατεσθίει τὴν ἑαυτοῦ γλώτταν. δεδονικῶς καὶ τρέμων, μη ποτε εἰς ἑτέρον ἐξενεχθῆναι τὸ ῥήμα, μέγαν ἐπαγάγη τὸν κίνδυνον· ὃ δὲ παρ' ἑαυτοῦ κατέχων ἐν ἀσφαλείᾳ πολλῇ, μετὰ πολλῆς βιώσεως τῆς ἡδονῆς. Οὐ γὰρ ἐστὶν ἀνθρώπων τοὺς ἀλλοτρίους πολυπραγμονοῦντα βίους, τῆς οικίας ἐπιμεληθῆναι ποτε ζωῆς. Τῆς γὰρ σπουδῆς αὐτῷ πάσης εἰς τὴν τῶν ἑτέρον πολυπραγμοσύνην ἀναλισκομένης, ἀνάγκη τὰ αὐτοῦ ἀπλῶς κείσθαι καὶ ἡμελημένως. Ὁ δὲ καὶ πικρῶς τὰ ἀλλότρια ἐξετάζων πράγματα, ἐν τοῖς κατ' ἑαυτὸν πλημμελήμασι οὐδεμιᾶς ἀπολαύσειται συγγνώμης ποτέ. Οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τῆς φύσεως τῶν πεπλημμελημένων ἡμῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς κρίσεως τῆς περὶ ἑτέρον οἴσει τὴν ψῆφον ὁ Θεός. Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ ΔΙ΄

Περὶ τῶν μὴ ἐπαισχύνεσθαι ὁμολογεῖν τὸν τίμον σταυρὸν, καὶ ὡς δι' αὐτοῦ ἔσωσεν ἡμᾶς ὁ Χριστός, καὶ ὡς δεῖ ἐν αὐτῷ καυχᾶσθαι, καὶ περὶ ἀρετῆς, καὶ ὅπως ἐπίκειται τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας, καὶ περὶ ἐλεημοσύνης.

Τοῦτό ἐστιν, ἀδελφοί μου, τὸ σημεῖον, ὅπερ ὁ Δεσπότης πᾶσιν ὑπέσχετο δώσειν, λέγων· *Γενεὰ ποτηρὰ καὶ μοιχαλις σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωαὺ τοῦ προφήτου· τὸν σταυρὸν λέγων καὶ τὸν θάνατον καὶ τὴν ταφὴν καὶ τὴν ἀνάστασιν. Καὶ πάλιν ἑτέρως δηλώνον τοῦ σταυροῦ τὴν ἰσχύν, ἔλεγεν· "Ὅταν ὑψώσῃτε τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, τότε γνώσεσθε ὅτι ἐγὼ εἰμι· τούτέστιν, "Ὅταν σταυρώσῃτέ με, φησὶ, καὶ νομίσητε περιγενέσθαι μου, τότε μάλιστα εἰσεσθέ μου τὴν ἰσχύν. [Καὶ καλῶς εἶπεν ὁ Χριστός.] Μετὰ γὰρ τὸ σταυρωθῆναι Χριστὸν, τὰ Ἰουδαϊκὰ ἔθη ἐπαύσαντο, τὸ κήρυγμα ἤσθησε, πρὸς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ἐξετάθη ὁ λόγος, καὶ γῆ καὶ θάλασσα, καὶ οἰκουμένη καὶ ἀόκητος τὴν δυνάμιν αὐτοῦ διαπαντὸς ἀνακηρύττουσι· μηδὲς τοίνυν αἰσχυνέσθω τὰ σεμνὰ τῆς σωτηρίας ἡμῶν σύμβολα, καὶ τὸ κεφάλαιον τῶν ἔγαθῶν, δι' ὃ καὶ ζῶμεν καὶ δι' ὃ ἐσμέν· ἀλλ' ὡς στέφανον, οὕτω περιφέρωμεν τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ. Καὶ γὰρ πάντα δι' αὐτοῦ τελεῖται· τὰ καθ' ἡμᾶς· κἂν ἀναγεννηθῆναι δέη, σταυρὸς παραγίνεται· κἂν τραφῆναι τὴν μουσικὴν ἐκείνην τροφῆν, κἂν χειροτονηθῆναι, κἂν ὀτιοῦν ἕτερον ποιῆσαι, πανταχοῦ τὸ τῆς νίκης ἡμῖν περιστάται σύμβολον. Διὰ τοῦτο καὶ ἐν οἰκίαις, καὶ ἐπὶ τῶν τοίκων, καὶ ἐπὶ τῶν θυρῶν, καὶ ἐπὶ τοῦ μετώπου, καὶ ἐπὶ τῆς διανοίας μετὰ πολλῆς ἐπιγράφομεν αὐτὸν τῆς σπουδῆς. Τῆς γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν σωτηρίας καὶ τῆς ἐλευθερίας τῆς κοινῆς, καὶ [720] τῆς ἐπιεικείας ἡμῶν τοῦ Δεσπότης τοῦτο ἐστὶ τὸ σημεῖον· "Ὡς πρὸδατον γὰρ ἐπὶ σφαγῆν ἤλθη. "Ὅταν τοίνυν σφραγίσῃ, ἐνδοεὶ πᾶσαν τοῦ σταυροῦ τὴν ὑπόθεσιν, καὶ σθένον τὸν θυμὸν, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα πάθη· ὅταν σφραγίσῃ, πολλῆς ἔμπλησον τὸ μέτωπον παρρησίας, ἐλευθέραν τὴν ψυχὴν ποιήσον. Ἴστε δὲ πάντως ποῖά ἐστι τὰ ἐλευθερίαν ἡμῖν παρέχοντα. Διὰ καὶ Παῦλος εἰς τοῦτο ἐνάγων ἡμᾶς, εἰς τὴν ἐλευθερίαν λέγω τὴν προσήκουσαν ἡμῖν, οὕτως ἀνήγαγε, τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ αἵματος ἀναμνήσεως τοῦ Δεσποτικοῦ· *Τιμῆς γὰρ, φησὶν, ἠγορεύθητε· μὴ γίνεσθε δουλοὶ ἀνθρώπων.* Ἐνόησον, φησὶ, τὴν ὑπὲρ σοῦ καταβληθεῖσαν τιμὴν, καὶ οὐδενὸς ἀνθρώπων ἔτη δοῦλος· τιμὴν τὸ αἷμα λέγων τὸ διὰ σταυροῦ. Οὐ γὰρ ἀπλῶς τῷ δακτύλῳ ἐγγράττει αὐτὸν δεῖ, ἀλλὰ πρῶτον τῇ προαιρέσει μετὰ πολλῆς τῆς πίστεως, καὶ οὕτως ἐντυπῶν αὐτὸν τῇ ὄψει. Οὐδεὶς ἐγγύς σου στήναι δυνήσεται τῶν ἀκαθάρτων δαιμόνων, ὁρῶν τὴν μάχαιραν, ἐν ἣ τὴν πληγὴν ἔλαθεν· ὁρῶν τὸ ξίφος, ἐν ᾧ τὴν καιρίαν ἐδέξατο. Εἰ γὰρ ἡμεῖς τόπους ὁρῶντες, ἐν οἷς τέμνονται οἱ καταδόκοι, φρίττομεν, ἐνόησον τί πίστεται ὁ διάβολος τὸ ὄπλον ὁρῶν, δι' οὗ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν δυνάμιν ἔλωσεν ὁ Χριστός, καὶ τὴν τοῦ θράκοντος ἀπέταμε κεφαλῆν. Μὴ τοίνυν ἐπαισχυνθῆς τοσοῦτον ἀγαθόν, ἵνα μὴ σε ἐπαισχυνθῇ ὁ Χριστός, ὅταν ἐρχῆται μετὰ τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ τὸ σημεῖον ἐμπροσθεν φαίνεται λάμπον ὑπὲρ τὴν ἀκτίνα τοῦ ἡλίου. Καὶ γὰρ φανήσεται ὁ σταυρὸς τότε φωνὴν ἀρετῆς διὰ τῆς ὄψεως, καὶ πρὸς τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἀπολογούμενος ὑπὲρ τοῦ Δεσπότης, καὶ ἁεικνύς, ὅτι οὐδὲν ἐνέειπε τῶν εἰς αὐτοὺς ἡζόντων.*

Τοῦτο τὸ σημεῖον καὶ ἐπὶ τῶν προγόνων ἡμῶν θύρας ἀνέφρε κεκλεισμένας· τοῦτο δηλητηρία ἐσβασε φάρμακα, τοῦτο κινεοῦ δυνάμιν ἐξέλυσε, τοῦτο θηρίων δῆγματα ἰσοδύναμον ἴασατο. Εἰ γὰρ ἄδου πύλας ἀνέφρε, καὶ οὐρανῶν ἀψίδα ἀνεπέτασε καὶ παραδείσου εἰσοδόν ἀνεκαίνισε, καὶ τοῦ διαβόλου τὰ νεῦρα ἐξέκοψε, τί θαυμαστὸν εἰ φαρμάκων δηλητηρίων καὶ θηρίων καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιοῦτων περιγίνεται; Τοῦτον τοίνυν ἐγκόλπῳ τῇ διανοίᾳ τῇ σῆ, καὶ τὴν σωτηρίαν περιπτύξει τῶν ἡμετέρων ψυχῶν. Οὗτος γὰρ ὁ σταυρὸς τὴν οἰκουμένην ἐπέστρεψε, τὴν πλάνην ἐξήλασε, τὴν ἀλήθειαν ἐπανήγαγε, τὴν γῆν οὐρανὸν ἐποίησε· τοὺς ἀνθρώπους ἀγγέλους εἰργάσατο. Διὰ τοῦτον οἱ δαίμονες οὐκέτι φοβεροί, ἀλλ' εὐκαταφρόνητοι, οὐδὲ ὁ θάνατος, ἀλλ' ὑπνος· ἐπὶ τοῦτον πάντα ἐρίπται χαμαί, καὶ πεπάτηται τὰ πολεμουῦντα ἡμῖν. Ἄν τοίνυν εἶπῃ σοὶ τις, Τὸν ἐσταυρωμένον προσκυνεῖς; εἰπὲ φαρδῶ τῇ φωνῇ καὶ γεγηθῶτι προσώπῳ· Καὶ προσκυνῶ, καὶ οὐ παύσεσθαι ποτε προσκυνῶν· κἂν γελᾷσθαι, δάκρυσται αὐτὸν, ὅτι μαίνεται. Εὐχαρίστησον τῷ Δεσπότη, ὅτι τοιαῦτα ἡμᾶς εὐηργέτησεν, ἃ μηδὲ μαθεῖν δύναται τις χωρὶς τῆς ἀνωθεν ἀποκαλύψεως. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ οὗτος γελᾷ, ὅτι "Ὁ ψυχικός [αὐτοῦ] ἀνθρώπος οὐδέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος. Ἐπεὶ καὶ τὰ παιδία τοῦτο πάσχει, ὅταν τὴν τῶν μεγάλων ἴδῃ καὶ θαυμασῶν· κἂν εἰς μυστήρια παιδίων ἀγάγῃς, γελᾷσεται. Τούτοις δὲ καὶ οἱ Ἕλληνες εἰκόασε τοῖς παιδίοις, μᾶλλον δὲ καὶ τούτων εἰσὶν ἀτελέστεροι· διὰ καὶ ἀθλιώτεροι, ὅτι οὐκ ἐν ἀώρῳ ἠλικίᾳ, ἀλλ' ἐν τελείᾳ τὰ τῶν παιδίων πάσχουσιν· ὅθεν οὐδὲ συγγνώμης ἄξιόν εἰσιν. Ἄλλ' ἡμεῖς λαμπρῶ τῇ [721] φωνῇ μέγα βωῶντες καὶ ὑψηλὸν, κράζομεν καὶ λέγωμεν, κἂν πάντες παρῶσιν Ἕλληνες, μετὰ πλείονος τῆς παρρησίας εἰπομεν, ὅτι Τὸ καύχημα ἡμῶν ὁ σταυρὸς, καὶ τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν ἀπάντων, καὶ ἡ παρρησία καὶ ὁ στέφανος ἅπας. Ἐβουλόμην δύνασθαι καὶ μετὰ Παύλου λέγειν, ὅτι *Ἐμοὶ κῶσμος ἐσταύρωται, κἂν τῷ κῶσμῳ, ἀλλ' οὐ δύναμαι, ποικίλοις πάθεσι κατεχόμενος.* Διὰ παραινῶ καὶ ὑμῖν καὶ πρό γε ὑμῶν ἐμαυτῷ σταυρωθῆναι τῷ κῶσμῳ, καὶ μηδὲν κοινὸν ἔχειν πρὸς τὴν γῆν, ἀλλὰ τῆς ἀνω πύλης ἐρῆν, καὶ τῆς ἐκείθεν δόξης, καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν. Καὶ γὰρ στρατιώται βασιλέως ἐσμέν οὐρανοῦ καὶ ὄπλα ἐνδοδύμεθα πνευματικά. Τί τοίνυν καπήλων καὶ ἀγυρῶν, μᾶλλον δὲ σκολήκων βίον μεταχειρίζομεν; ὅπου γὰρ βασιλεὺς, ἐκεῖ καὶ τὸν στρατιώτην εἶναι δεῖ. Καὶ γὰρ στρατιώται γεγόναμεν, οὐ τῶν μακρῶν, ἀλλὰ τῶν ἐγγύς. Ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ γῆς βασιλεὺς οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο πάντας εἶναι ἐν τοῖς βασιλείοις, οὐδὲ παρὰ τὰς αὐτοῦ πλευράς· ὁ δὲ τῶν οὐρανῶν ἅπαντας ἐγγύς εἶναι βούλεται τοῦ θρόνου τοῦ βασιλικοῦ. Καὶ πῶς δυνατὸν ἐνταῦθα ὄντας, φησὶ, παρ' ἐκείνων ἐστάναι τὸν θρόνον; "Ὅτι καὶ Παῦλος ἐπὶ γῆς ὢν, ὅπου τὰ Σεραφίμ ἦν, ὅπου τὰ Χερουθίμ, καὶ ἐγγυτέρω οὗτος τοῦ Χριστοῦ, ἢ οὗτοι οἱ ἀσπίδοφόροι τοῦ βασιλέως. Οὗτοι μὲν γὰρ πολλαχῶς τὰς ὄψεις πολλακίς περιφέρουσιν, ἐκείνων δὲ οὐδὲν ἐφάνταξεν. οὐδὲ περιεῖκιν, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν διάνοιαν πρὸς τὸν βασιλέα καὶ Κύριον τῆς ταμεμένης εἶχεν. Ὡς ἐάν βουληθῶμεν, δυνατὸν ἐν ἡμῖν τοῦτο. Εἰ μὲν γὰρ τῷ πῶ διειστέθει, καλῶς ἂν ἠπόροις· εἰ δὲ πανταχοῦ πᾶρσται, τῷ σπουδαῖοντι καὶ συντεταμένῳ πλησίον ἐστὶ· Διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης ἔλεγεν, *Ὁ φεβηθή-*

HOMILIA XXXVIII.

Quod sine pudore confiteri debeamus venerandam crucem, et quod per ipsam Christus nos salvos fecerit, ac quod oporteat in ipsa gloriari; deque virtute, et quam Deus cupiat salutem nostram, et de eleemosyna.

Hoc est signum, fratres mei, quod Dominus omnibus se daturum pollicitus est, dicens: *Generatio prava et adultera signum quærit, et signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ prophetæ (Matth. 12. 36)*; crucem dicens et mortem et sepulturam et resurrectionem. Et rursus alio modo crucis virtutem ostendens dicebat: *Quoniam exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum (Joan. 8. 28)*; id est, cum crucifixeritis me, et me superasse credideritis, tum maxime cognoscetis potentiam meam. [Et bene dixit Christus.] Nam postquam Christus crucifixus est, Judaicæ consuetudines cessavere, prædicatio floruit, ad terminos orbis verbum extensum fuit: et terra, mare, habitata et inhabitata virtutem ejus semper prædicant. Nemo igitur erubescat de honorabilibus salutis nostræ symbolis, et de capite bonorum, per quod vivimus et sumus; sed ut coronam, sic circumferamus crucem Christi. Etenim omnia nostra per ipsam consummantur: si regenerari oporteat, crux advenit; si nutrirî mystico illo cibo, si ordinari, si aliud quidvis facere, ubique nobis adest victoriæ symbolum. Ideo et in domibus, et in muris, et in portis, et in fronte, et in mente cum magna cura illam describimus. Salutis enim nostræ et communis libertatis, et mansuetudinis Domini nostri hoc est signum: nam *Sicut ovis ad occisionem ductus est (Isai. 53. 7)*. Cum ergo signaris, cogita totam crucis rationem, et exstingue iram et reliqua omnia vitia: cum signaris, imple frontem omni fiducia, liberam fac animam. Scitis autem omnino quænam sint ea quæ libertatem nobis præbuere. Ideo Paulus ad hoc nos inducens, ad libertatem dico nobis congruentem, sic induxit, crucem et sanguinem Dominicum commemorans: nam ait: *Prelio empti estis, ne sitis servi hominum (1. Cor. 7. 23)*. Cogita, inquit, pretium pro te depositum, et nullius hominum servus eris; pretium dicens sanguinem per crucem effusum. Neque enim utcumque illam digito imprimere oportet, sed prius voluntate cum multa fide, et sic in vultu exprimere. Nullus impurorum dæmonum prope te stare poterit, videns gladium quo plagam accepit, videns gladium quo grandi vulnere confossus est. Si enim nos loca videntes, in quibus damnati secantur, exhorrescimus, cogita quid patietur diabolus, telum videns quo omnem ejus potestatem Christus dissolvit, et draconis caput abscidit. Ne itaque te pudeat tanti boni, ut ne tui pudeat Christum, quando veniet cum gloria sua, et signum ante illum videbitur plus quam solis radii splendidum. Etenim tunc crux apparebit, per spectaculum vocem emittens, et ante orbem totum Domini causam defendens, et ostendens ipsum nihil omisisse eorum quæ ad ipsos spectarent. Hoc signum maiorum nostrorum timore portas clausas aperuit;

hoc perniciose pharmaca exstinxit; hoc cicuta vim exstinxit; hoc ferarum venenatarum morsus sanavit. Si enim inferni portas aperuit, et cælorum fornices expandit, et paradisi ingressum renovavit, diabolique nervos exscidit; quid mirum si pharmaca perniciose et feras et similia superet? Ilanc igitur in mente tua insculpe, et salutem animarum nostrarum amplectere. Hæc enim crux orbem convertit, errorem expulit, veritatem reduxit, terram cælum fecit, homines angelos reddidit. Per hanc dæmones non ultra formidandi, sed contemnendi sunt; nec mors est mors, sed somnus: per hanc omnia quæ nos impugnabant dejecta sunt et conculcantur. Si quis ergo tibi dixerit, Crucifixumne adoras? dic læta voce et hilari vultu, Et adoro, et numquam adorandi finem faciam: et si riserit, illum deplores, quia insanit. Gratias age Domino quod talia nobis beneficia contulerit, quæ nec discere quis potest sine superna revelatione. Ideo enim ille ridet, quia *Animalis ejus homo non suscipit ea quæ sunt Spiritus (1. Cor. 2. 14)*. Nam et pueri id faciunt, quando quid magnum et mirabile vident: et si ad mysteria puerum inducas, ridebit. Illis puerulis similes sunt etiam Græci; imo etiam his imperfectiores sunt; ideoque inferiores, quia non in immatura ætate, sed in perfecta eadem quæ pueruli faciunt: unde neque venia sunt digni. Sed nos magna et splendida voce clamantes, alte loquamur; etiamsi Græci omnes adsint, cum majori fiducia dicamus, gloriationem nostram esse crucem, et caput honorum omnium, et fiduciam coronamque omnem. Vellem etiam posse cum Paulo dicere: *Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo (Gal. 6. 14)*; sed non possum, variis detentus affectibus. Ideo hortor vos, et ante vos meipsum, ut mundo crucifigamur, et nihil commune habeamus cum terra, sed supernam patriam diligamus, gloriam quæ illic est, et æterna bona. Etenim milites sumus cælestis Regis, et armis induimur spiritualibus. Cur igitur cauponem et circulatorum, imo potius vernium vitam ducimus? ubi enim rex est, ibi etiam militem esse oportet. Etenim milites facti sumus, non ex iis qui procul, sed ex iis qui prope stant. Terrenus enim rex non permiserit omnes esse in regia, neque ad ejus latera: Rex vero cælestis omnes prope solium regium vult esse. Et quomodo possunt, inquit, qui hic sunt prope solium illud stare? Quia etiam Paulus, cum hic esset, ibi tamen erat ubi Cherubim et Seraphim, et propius Christo, quam hi clypeati sint prope regem. Hi enim sæpe vultus circumquaque vertunt; illum vero nulla imaginatio, nihil attrahebat, sed totam mentem semper ad Dominum Regem intensam habebat. Itaque si velimus, hoc et nos facere possumus. Si enim ille loco distaret, recte dubitares, si autem ubique est, id curanti et attento prope est. Ideo dicebat propheta, *Non timebo mala, quoniam tu mecum es (Psal. 22. 4)*. Ac ipse rursus

procul (Jer. 25. 25). Sicut ergo peccata nos separant ab illo, sic justitiæ nos ad illum congregant: nam *Adhuc te loquente, dicam: Ecce adsum* (Isai. 58. 9). Quis pater umquam a se progenitos sic audiat? quæ mater sic apparatus est, et perpetuo adstat, num forte filii vocent illam? Nullus pater, nulla mater; sed Deus stat semper expectans, num forte quis familiarium illum vocet, et nunquam non exaudit, si invocemus illum ut par est. Ideo ait, *Adhuc te loquente*. Non exspecto donec orationem expleas, sed statim exaudiam. Invocemus ergo illum ut invocari vult. Quomodo autem vult? *Solve*, inquit, *omne vinculum iniquitatis, dissolve dolos violentarum commutationum, omnem syngrapham iniquam discinde: frange esurienti panem tuum, et mendicos sine tecto induc in domum tuam. Si videris nudum, operi; et domesticos seminis tui ne despicias. Tunc erumpet matutinum lumen tuum, et curationes tuæ cito orientur, et præbit ante te justitia tua, et gloria Dei circumdabit te. Tunc invoca me, et exaudiam te: adhuc te loquente, dicam, Ecce adsum*. Ecquis hæc omnia, inquires, facere possit? Quis vero non possit; dic mihi? quid enim ex dictis difficile est? quid operosum? quid non facile? Ita enim sunt non possibilia modo, sed etiam facilia, ut multi dictorum mensuram exsuperarint, non modo injusta pacta discerpentes, sed omnia sua deponentes: non ad tectum et mensam modo mendicos excipientes, sed etiam cum sudore corporis laborantes, ut illos nutriant; non cognatis tantum, sed etiam inimicis beneficia conferentes. Quidnam ex dictis difficile est? Neque enim dixit, In montem conscende, mare trajice, terræ jugera tot et tot scinde, jejunos mane, sacco circumda te; sed, Domus et panis participem facito, injustas syngraphas dilacera. Quid his facilius, dic mihi? Si vero illa difficilia putas, perpende mihi præmia, et omnia facilia erunt. Ut enim reges in hippodromis ante concertantes coronas, vestimenta et bravia ponunt: sic et Christus in medio stadio præmia ponit, quasi per multas manus per prophetæ verba extendens illa. Et reges quidem, etiam si milies reges fuerint, cum sint homines, quorum facultates expenduntur et liberalitas exhauritur, quæ pauca sunt, quasi multa exhibere conantur; quare singula singulis ministris tradentes sic in medium inducunt: Rex autem noster contra, omnia simul accumulans, quia admodum opulentus est, et nihil ad ostentationem facit, sic in medium proponit, quæ expansa, immensa erunt, multisque opus erit manibus ad illa tenenda. Et ut hoc discas, omnia singulatim accurate examina. *Tunc erumpet*, inquit, *matutinum lumen tuum*. Annon tibi videtur unum esse donum? sed non unum est: nam multa intus continet, coronas, bravia et alia præmia. Et, si vultis, explicantes, divitias totas ostendemus pro facultate nostra, solum ne defatigemini. Et primo discamus quid sibi velit illud, *Erumpet*. Celeritatem et largitatem nobis ostendit, et quam desideret salutem nostram, quam gestiat et festinet ut bona illa prodeant, nihilque ineffabilem impetum colibebit:

per quæ omnia largam eorum copiam et immensas facultates ostendit. Quid significat illud, *Matutinum*? Id est, non postquam in tentationibus fuerint, non postquam mala irruerint, sed prævenit. Sicut enim in fructibus matutinum dicimus id quod ante tempus apparet: sic celeritatem hic rursus indicans, sic dixit: ut supra dicebat, *Adhuc te loquente, dicam, Ecce adsum*. Quam vero lucem dicit, et quænam est lux illa? Non sensibilis hæc, sed alia multo melior, quæ cælum nobis ostendit; angelos, archangelos, Cherubini, Seraphim, Thronos, Dominationes, Principatus, Potestates, totum exercitum, urbes regias, tabernacula. Si enim luce illa digneris, et hæc videbis, et liberaberis a gehenna et a verme venenato et a stridore dentium, a vinculorum dolore, ab angustia et arumnis, a tenebris luce privatis, a discissione, a fluviis ignis, a maledicto, a locis dolore plenis; et abibis in locum unde aufugit dolor et moeror, ubi multum gaudium et pax, caritas, voluptas, lætitia; ubi vita æterna et gloria ineffabilis, et pulchritudo inenarrabilis; ubi æterna tabernacula, et gloria Regis arcana, et bona illa, *Quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt* (2. Cor. 2. 9); ubi sponsi locus spiritualis et thalami cælorum; et virgines splendidas habentes lampadas, et qui nuptiali veste induti sunt: ubi palatia Domini sunt, et regia promptuaria. Vidistis quanta sint præmia, et quanta per unam vocem ostenderit, ac quomodo omnia simul contulerit? Ita, si singulas deinceps voces explicemus, multas inveniemus facultates et pelagus immensum. Ne ergo differamus, neque segnes simus ad stipem egenis erogandam: ne, quæso; sed etiam si omnia abjicere oporteat, etiam si in ignem conjici, etiam si contra enses sit procedendum, etiam si in gladios insilire oporteat et quidvis pati, omnia facile feramus, ut possimus Spiritum sanctum apud nos habere. Sed et cum, cui concedita est divinorum operatio mysteriorum, cum magno colamus honore: magna quippe est sacerdotum dignitas. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur*, inquit. Ideo Paulus dicebat: *Obedite præpositis vestris, et subjacete* (Hebr. 13. 7), illosque summo in honore habetote. Tu namque tuas curas; et si hæc recte disposueris, nulla tibi aliorum erit ratio: sacerdos autem, licet vitam suam recte disposuerit, si tuam non diligenter curaverit, cum improbis in gehennam abibit; et sæpe a suis gestis non proditus, a vestris perit, nisi pro facultate sua iis recte advigilarit. Cum sciatis ergo periculi magnitudinem, multam ipsi exhibete benevolentiam: id quod Paulus subindicavit dicens, *Ipsi pervigilant pro animabus vestris quasi rationem reddituri*. Ideo multo illos oportet frui cultu. Si autem vos cum aliis in illos insurgatis, vestra non recte se habebunt. Donec enim bono animo est gubernator, vectorum res in tuto erunt; si vero illi eum opprobriis onerent et inimico animo in illum agant, non ultra poterit sic laborare et advigilare, neque artem servans, et vel invitus in mille eos mala con-

σομαι κακά, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ. Καὶ αὐτὸς πάλιν ὁ Θεός· Θεὸς ἐγγίμων ἐγὼ εἰμι, καὶ σὺ πέφρωθεν. Ὡς περ οὖν αἱ ἀμαρτίαι δισπῶσιν ἡμᾶς αὐτοῦ, οὕτω καὶ αἱ δικαιοσύναι συνάγουσιν ἡμᾶς πρὸς αὐτόν. Ἔτι γὰρ λαλοῦντός σου, φησὶν, ἔρω· Ἰδοὺ πάρεμι. Ποῖος πατήρ οὕτως ἂν ὑπακούσειε ποτε τοῖς ἐγγύνοις; ποῖα μήτηρ οὕτως ἐστὶ παρεσκευασμένη καὶ διημεκῶς ἐστρηκυῖα. μήποτε καλέσειεν αὐτήν τὰ παιδία; Οὐκ ἔστιν οὐδέεις, οὐ πατήρ, οὐ μήτηρ, ἀλλ' ὁ Θεὸς ἔστηκε διημεκῶς ἀναμένων, εἰ τίς ποτε καλέσειεν αὐτὸν τῶν οἰκτιῶν, καὶ οὐδέποτε, καλεσάντων ἡμῶν ὡς δεῖ, παρήκουσε. Διὰ τοῦτο φησιν, Ἔτι λαλοῦντός σου. Οὐκ ἀναμένω σε πληροῦσαι, καὶ εὐθέως ὑπακούσω. Καλέσωμεν τοῖνον αὐτόν, ὡς κληθῆναι βούλεται. Πῶς δὲ βούλεται; Αὐε, φησὶ, πάντα σύνδουλον ἀδικίας, διάλυτε στραγγυλίας βιωῶν συναλλαγμάτων, πῶσον ἀφραζήν ἀδικον διάσπα· διάθρονατε πεινώντι τὴν ἄρτον σου, καὶ πτωχὸς ἀστέγους εἰσάγαγε εἰς τὴν οἰκίαν σου. Ἐὰν ἴδῃς γυνῆν, περιβαλε, καὶ ἀπὸ τῶν οἰκτιῶν τοῦ σπέρματος σου οὐκ ὑπερέβη. Τίς γὰρ βαρῆσεται πρόωμον τὸ φῶς σου, καὶ τὰ ἰμάτια σου ταχὺ ἀνατελεῖ, καὶ προκρευέσεται ἔμπροσθέν σου ἡ δικαιοσύνη σου, καὶ ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ περιστελεῖ σε. Τότε ἐπικάλεισάι με, καὶ εἰσακούσμαι σου· ἔτι λαλοῦντός σου, ἔρω, Ἰδοὺ πάρεμι. Καὶ τίς ταῦτα πάντα δύναται ποιῆσαι, φησὶ; Τίς δὲ οὐ δύναται, εἰπέ μοι; τί γὰρ δυσχερὲς τῶν εἰρημένων; τί δὲ ἐργώδες; τί δὲ οὐ βῆδιον; Οὕτω γὰρ ἔστιν οὐχὶ δυνατὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ εὐκολα, ὅτι: πολλοὶ καὶ τὸ μέτρον τῶν εἰρημένων ὑπερηκόντισαν, οὐκ ἄδικα γραμματεῖα [722] διασπάσαντες μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ὕψα ἀποδυσάμενοι πάντα· οὐ στέγη καὶ τραπέζην τοῦ πτωχοῦ οὐ ποδεδόχοντο, ἀλλὰ καὶ τῷ τοῦ σώματος ἰδρώτι κάμνοντες, ὥστε αὐτοὺς διαβρῆσαι· οὐ συγγενεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐχθροὺς εὐεργετοῦντες. Τί δὲ ὅλως καὶ δύσκολον τῶν εἰρημένων; Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, Ἐπερῆθη τὸ πῦρ, διάθρη: τὸ πέλαγος, διάσκαψον γῆς πλέθρα τόσα καὶ τόσα, ἅπτερος διάμενος, σάκκον περιβαλοῦ· ἀλλὰ μετάδος τῆς οἰκίας, μετάδος τοῦ ἄρτου, τὰ ἀίλικος κείμενα γραμματεῖα διάθρησον. Τί τοῦτων εὐκολότερον, εἰπέ μοι; Εἰ δὲ καὶ δύσκολα εἶναι νομίζεις, σκόπει μοι καὶ τὰ ἐπαθλα, καὶ ἔσται σοι βῆδιον πάντα. Καθάπερ γὰρ οἱ βασιλεῖς ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις πρὸ τῶν ἀγωνιζομένων στεφάνους καὶ ἰμάτια καὶ βραβεῖα τιθέασιν· οὕτω δὴ καὶ ὁ Χριστὸς ἐν μέσῳ τίθησι τῷ σταδίῳ τὰ ἐπαθλα, καθάπερ δὲ πολλῶν χειρῶν τῶν τοῦ προφήτου ῥημάτων ἐκτείνων αὐτά. Καὶ οἱ μὲν βασιλεῖς, κἂν μυριάκις ὡς βασιλεῖς, ἅτε ἄνθρωποι· δυνατε, καὶ εὐπορίαν δαπανωμένην ἔχοντες, καὶ φιλοτιμίαν ἀναλισκομένην, τὰ ὀλίγα πολλὰ φιλοτιμούνται δεῖξαι· διὸ καὶ ἐν ἕκαστον ἐκάστη τῶν διακόνων ἔγχερίζοντες, οὕτως εἰσάγουσιν εἰς τὸ μέσον· ὁ δὲ βασιλεὺς ὁ ἡμέτερος τοῦναντίον· πάντα ὁμοῦ συμφορήσας, ἐπειδὴ σφόδρα ἐστὶν εὐπορὸς καὶ οὐδὲν πρὸς ἐπιδείξιν ποιεῖ, οὕτως εἰς μέσον προτίθηται, ἅπερ ἐκταθέντα, ἀπειρα ἔσται, καὶ πολλῶν δεῖσεται τῶν κατεχουσῶν χειρῶν. Καὶ ἵνα μάθῃς τοῦτο, ἕκαστον αὐτῶν περισκόπησον μετὰ ἀκριβείας. Τότε βαρῆσεται, φησὶ, πρόωμον τὸ φῶς σου. Ἄρα οὐ δοκεῖ σοι ἐν τι εἶναι ὀφείλον; ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἐν· καὶ γὰρ πολλὰ ἔδον ἔχει, καὶ στεφάνους καὶ βραβεῖα καὶ ἕτερα ἐπαθλα. Καὶ, εἰ βούλεσθε, λύσαντες δεῖξομεν τὸν γλοῦτον ἅπαντα, καλῶς ἡμεῖς οἶον τὸ ἐπιδειξομένον μὴ ἀποκάμνῃτε· καὶ πρῶτον μάθωμεν, τί ἐστὶν ἡμετέρος. Τὸ πρῶτον καὶ δεῖξομεν τὸ φῶς σου, καὶ

πῶς σφόδρα ἐφέται τῆς ἡμετέρας σωτηρίας, καὶ πῶς ὠδίνει· τὰ ἀγαθὰ αὐτὰ προελθεῖν· καὶ ἐπιγέται, καὶ οὐδὲν ἔσται τὸ κωλύον τὴν ἀφατον ῥύμην· δι' ὧν ἀπάντων τὴν θαφλίαν αὐτῶν ἐνδείκνυται καὶ τὸ ἀπειρον τῆς περιουσίας. Τί δὲ ἐστὶ Πρώτμον; Τουτέστιν, οὐ μετὰ τὸ ἐν τοῖς πειρασμοῖς γενέσθαι, οὐδὲ μετὰ τὴν τῶν κακῶν ἔροδον, ἀλλὰ προφθάνει. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν καρπῶν λέγομεν πρώτμον τὸ πρὸ τοῦ καιροῦ φανέν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὸ ταχὺ πάλιν ἐμφανίων, οὕτως εἶπεν· ὡς περ ἄνω ἔλεγεν, Ἔτι λαλοῦντός σου, ἔρω, Ἰδοὺ πάρεμι. Ποῖον δὲ λέγει φῶς, καὶ τί τοῦτο ἐστὶ τοῦτο τὸ φῶς; Οὐ τοῦτο τὸ αἰσθητόν, ἀλλ' ἕτερον πολλῶ βέλτιον, ὃ τὸν οὐρανὸν ἡμεῖν δείκνυσι, τοὺς ἀγγέλους, τοὺς ἀρχαγγέλους, τὰ Χερουβιμ, τὰ Σεραφιμ, τοὺς θρόνους, τὰς κυριότητας, τὰς ἀρχάς, τὰς ἐξουσίας, τὸ στρατόπεδον ἅπαν, τὰς πόλεις τὰς βασιλικὰς, τὰς σκηνάς. Ἄν γὰρ τοῦ φωτός ἐκείνου καταξιωθῆς, καὶ ταῦτα ἔβῃ καὶ ἀπαλλαγῆς γέννης καὶ τοῦ σκόληκος τοῦ ἰοδόλου, καὶ τῶν βρυγμῶν τῶν ἰδόντων, καὶ τῶν δεσμῶν τῶν ὀδυνηρῶν, καὶ τῆς στενοχωρίας καὶ τῆς θλίψεως καὶ τοῦ σκότους τοῦ ἀφεγγοῦς, καὶ τοῦ διχοτομηθῆναι, καὶ τῶν ποταμῶν τοῦ πυρὸς, καὶ τῆς κατὰ σκηνῆς καὶ τῶν τῆς ὀδύνης χωρίων, καὶ ἀπελεύση ἐνθα ἀπέδρα ὀδύνη· καὶ λύπη, ἐνθα πολλὴ ἡ χαρὰ καὶ εἰρήνη καὶ ἀγάπη καὶ τρουφή [723] καὶ εὐφροσύνη· ἐνθα ζωὴ αἰώνιος, καὶ δόξα ἀβήρτος, καὶ κάλλος ἀφραστον· ἐνθα αἰώνιοι σκηναί, καὶ ἡ δόξα τοῦ βασιλέως ἡ ἀπρόβητος, καὶ τὰ ἀγαθὰ ἐκείνα, Ἄ ὀφθαλμοὶ οὐκ εἶδε, καὶ οὐς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίᾳ ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη· ἐνθα ὁ νυμφῶν ὁ πνευματικὸς, καὶ αἱ πασδάδες τῶν οὐρανῶν, καὶ αἱ παρθέναι αἱ πᾶς φαίδρας ἔχουσαι λαμπάδας, καὶ οἱ τὸ ἔνδυμα τοῦ γάμου ἔχοντες· ἐνθα τὰ καλὰτα ὑπάρχει τοῦ δεσπότη, καὶ τὰ ταμειῖα τὰ βασιλικὰ. Εἶδες ἤλικα τὰ ἐπαθλα, καὶ ὅσα διὰ μιᾶς ῥήσεως ἐπεδείχθη, καὶ πῶς πάντα συνεφέροισεν; Οὕτω καὶ τῶν ἐξῆς ῥήσεων ἐκάστην ἀναπτύξαντες, πολλὴν εὐρήσομεν τὴν περιουσίαν καὶ πῆλαγος ἀγαθῆς. Μὴ οὖν ἀναβαλλώμεθα, μηδὲ ὀκνοῦμεν ἐλεεῖν τοὺς θεομένους· μὴ παρακαλῶ· ἀλλὰ καὶ ἅν πάντα βῆσαι δέη, κἂν εἰς πῦρ ἐμβληθῆναι, κἂν ξίφος κατατολῆσαι, κἂν κατὰ μαχαίρων ἄλλεσθαι, κἂν ὀτιοῦν παθεῖν, πάντα φέρωμεν εὐκλίως, ὥστε δύνασθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔχειν παρ' ἑαυτοῖς. Ἀλλὰ καὶ τὸν ἐγκχερισμένον τὴν ἐνέργειαν τῶν θείων μυστηρίων μετὰ πολλῆς θεραπεύωμεν τῆς τιμῆς· μεγάλη γὰρ ἡ ἐν ἱερῶν ἀξία. Ὡς ἂν ἀφῆται, φησὶν, ἀφῶνται αἱ ἀμαρτίαι. Διὸ καὶ Παῦλος ἔλεγε· Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν καὶ ὑπεικτε, καὶ ὑπερεκπερισσοῦ ἡγήσθε αὐτοὺς ἐν κυρίῳ. Σὺ μὲν γὰρ τὰ αὐτοῦ μεριμνᾷς· κἂν ταῦτα διαθῆ καλῶς, οὐδεὶς σοι τῶν ἄλλων ἔσται λόγος· ὁ δὲ ἱερεὺς κἂν τὸν οἰκείον οἰκονομήσῃ βίον καλῶς, τὸν δὲ σὺν μὴ μετὰ ἀκριβείας ἐπιμελήσεται, μετὰ τῶν πονηρῶν εἰς τὴν γέννηαν ἄπεισι, καὶ πολλάκις ἀπὸ τῶν οἰκείων οὐ προδοθεῖς, ἀπὸ τῶν ὑμετέρων ἀπόλλυται, κἂν μὴ πάντα τὰ ἥκοντα εἰς αὐτὸν ἀπαρτίσῃ καλῶς. Εἰδότες οὖν τὸ κινδύον τὸ μέγεθος, πολλὴν ἀπονέμετε αὐτῷ ἔνοιαν· ὁ καὶ Παῦλος ἠνέκα λέγων, ὅτι Ἄρρηκτοῦσιν ὑπερ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοιτες. Διὸ πολλῆς δεῖ θεραπειᾶς ἀπολαβεῖν αὐτοῦ. Ἐὰν δὲ ἐπιδαίνητε μετὰ τῶν ἄλλων αὐτοῖς καὶ ὑμεῖς, οὐδὲ τὰ ὑμέτερα καλῶς διακίεσται. Ἔως μὲν γὰρ ἂν ἐν εὐθυμίᾳ διάγῃ ὁ κυβερνήτης, ἐν ἀπαλείᾳ ἔσται· καὶ τὰ τῶν ἐπιδορμένων ὁ δὲ λοιδορομένον ἐκείνων καὶ ἀπεχθῆς ἔχοντων πρὸς αὐτόν, οὐ ταλαίπω-

ρῆσαι οὐδὲ ἀγρυπνεῖν ὁμοίως δύναται, οὔτε τὴν τέχνην διασώζει, καὶ ἄκων μυρίους αὐτοὺς περιβαλεῖ κακοῖς. Οὕτω καὶ ὁ ἱερεὺς, ἂν μὲν ἀπολαύῃ τῆς παρ' ὑμῶν θεραπείας, καὶ τὰ ὑμέτερα διαθεῖναι καλῶς δυνήσεται· ἂν δὲ ἄθυμια αὐτοὺς περιβάλητε, τὰς χεῖρας ἐκλύσαντες, εὐχειρώτους μεθ' ὑμῶν αὐτοὺς ποιήσετε τοῖς κύμασι, κἂν σφόδρα γενναῖοι ὦσιν. Ἐνόησον τί περὶ τῶν Ἰουδαίων φησὶν ὁ Χριστός· Ἐπι τῆς Μωϋσέως κατέδμενος ἐκάθισαν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι πάντα οὖν, ὅσα λέγουσιν ὑμῖν ποιεῖν, ποιεῖτε. Νῦν δὲ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ἅλλ' ἐπὶ τῆς Μωϋσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ ἱερεῖς, Ἐπὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ τῆν γὰρ ἐκείνου διεδέξαντο διδασκαλίαν. Διδὸν καὶ Παῦλος φησὶν· Ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν. Οὐχ ὄρξεν ἐπὶ τῶν ἐξωθεν ἀρχόντων ἅπαντας ὑποκύπτοντας, καὶ γένει βελτίους ὄντας πολλὰκις καὶ βίψα καὶ συνέσει τῶν δικαιοσύνην αὐτοῦς; ἀλλ' ὅμως διὰ τὴν δεδωκότα τὸν τοῦτων ἐννοοῦσιν, ἀλλ' αἰδοῦνται τὴν ψῆφον τοῦ βασιλέως, κἂν ὅστισόν οὐ λαβὼν τὴν ἀρχὴν ἦ. Εἶτα ἂν μὲν ἄνθρωπος χειροτονήσῃ, [724] τοσοῦτος ὁ φόβος τοῦ Χριστοῦ δὲ χειροτονούντος, καὶ ὑπερρωμῆμεν τὸν χειροτονούμενον καὶ λοιδόροῦμεθα καὶ μυρίους ὀνειδίσει πλὴν ὅμως; καὶ τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν κωλυέντες κρίνειν, κατὰ τῶν ἱερέων τὴν γλώτταν ἀκονῶμεν; Καὶ τοῦ ταῦτα ἀπολογίας ἄξια, ὅταν τὴν μὲν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τῷ ἡμετέρῳ δοκῶν οὐ κατανοῶμεν, τὸ δὲ κάρφος τοῦ ἐτέρου πικρῶς περιεργαζώμεθα; οὐκ οἶσα, ὅτι χαλεπώτερον σαυτῷ ποιεῖς τὸ δικαστήριον οὕτω δικάζων; Καὶ ταῦτα λέγω, οὐκ ἀποδεχόμενος τοὺς ἀναξίως τὴν ἱερωσύνην διοικούντας, ἀλλ' ἐλεῶν καὶ δακρῶν. Οὐ μὴν διὰ τοῦτο φημι παρὰ τῶν ἀρχομένων κρίνεσθαι, κἂν ὁ βίος αὐτῶν σφόδρα διαβεβλημένος ἦ. Σὺ δὲ ἂν

σαυτῷ προσέχης, οὐδὲν παραβλαβήσῃ εἰς τὰ ἐγκεχειρισμένα αὐτῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ. Εἰ γὰρ δι' ὄνου φωνὴν ἀφειθῆναι ἐποίησε, καὶ διὰ μάντεως εὐλογίας πνευματικῆς ἐχαρίσατο, καὶ ἐν ἀλόγῳ στόματι καὶ ἐν ἀκαθάρτῳ γλώττῃ τοῦ Βαλαὰμ ἐνεργήσας διὰ τοὺς προσκεκρυμμένους Ἰουδαίους, πολλῶν μᾶλλον δι' ὑμῶν τοὺς εὐγνώμονας, καὶ εἰ σφόδρα φαῦλοι εἰσιν οἱ ἱερεῖς, τὰ αὐτοῦ πάντα ἐργάσεται, καὶ πέμψει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Οὐδὲ γὰρ ὁ καθαρὸς ἀπὸ τῆς οικείας ἐπισπάται αὐτὸ καθαρότητος, ἀλλὰ χάρις ἐστὶν ἡ τὸ πᾶν ἐργαζομένη. Πάντα γὰρ, φησὶ, δι' ὑμῶν, εἶπε Παῦλος, εἶπε Ἀπολλῶς, εἶπε Κηφᾶς. Ἄ γὰρ ἐγκεχειρίσται ὁ ἱερεὺς, Θεοῦ μόνον ἐστὶ δωρεῖσθαι· καὶ ὅπου περ ἂν ἡ ἀνθρωπίνῃ φθῆσῃ φιλοσοφία, ἐλάττων τῆς χάριτος; ἐκείνης φανεῖται. Καὶ ταῦτα λέγω, οὐχ ἵνα βραθύμως τὸν ἑαυτῶν βίον οικονομῶμεν, ἀλλ' ἵνα μὴ, βραθυμόντων τινῶν τῶν πρεσβυτέρων, ὑμεῖς οἱ ἀρχόμενοι ἑαυτοῖς πολλὰκις ἐπισωρεύητε τὰ κακά. Καὶ τί λέγω τοὺς ἱερεῖς; οὔτε ἄγγελος, οὔτε ἀρχάγγελος ἐργάσασθαι τι δύναται εἰς τὰ δεδομένα παρὰ Θεοῦ, ἀλλὰ Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα πάντα οικονομεῖ· ὁ δὲ ἱερεὺς τὴν ἑαυτοῦ δανείζει γλώτταν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ παρέχει χεῖρα. Καὶ γὰρ οὐδὲ δίκαιον ἦν διὰ τὴν ἐτέρου κακίαν, εἰς τὰ σύμβολα τῆς σωτηρίας ἡμῶν τοὺς πίστει προσιόντας παραβλάπτεσθαι. Ταῦτ' οὖν ἅπαντα εἰδότες, καὶ τὸν Θεὸν φοβούμεθα, καὶ τοὺς ἱερέας αὐτοῦ ἐντίμως ἔχωμεν, πᾶσιν αὐτοῖς ἀπονέμοντες τιμὴν, ἵνα καὶ ὑπὲρ τῶν οικείων κατορθωμάτων, καὶ ὑπὲρ τῆς εἰς ἐκείνους θεραπείας πολλὴν λάβωμεν παρὰ Θεοῦ τὴν ἀμοιβήν, χάριτι καὶ φιλοανθρωπῆς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[725] ΛΟΓΟΣ ΑΘ'.

Περὶ τοῦ, ὅτι πολλὰς ὁδοὺς ἡμῖν ὁ Θεὸς ἔδωκε πρὸς τὸ μὴ ἁμαρτάνειν, ἐὰν θέλωμεν· καὶ ὅτι τὸν μέλλοντα ἐπιτυχεῖν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν πίσας δεῖ φυλάττειν τὰς ἐντολάς τὸν δὲ τινὰ μὲν κατοροῦντα, τινὰ δὲ περιβαλλόντα, ἐν τῇ γενέσῃ γυνῶναι ἐστὶ τὴν διαφορὰν πρὸς τοὺς ἄλλους.

Πάλιν ἀναγκάζομαι, ἀγαπητοί, κατηγορῆσαι τῶν παρόντων πραγμάτων. Καὶ τί πάθω; οὐκ ἐβουλόμην, ἀλλ' ἀναγκάζομαι. Εἰ μὲν γὰρ ἦν σιγήσαντα καὶ μηδὲν εἰπόντα τῶν γενομένων ἀφανίσαι διὰ τῆς σιγῆς τὰ γινόμενα· εἶδεν σιγᾶν· εἰ δὲ τὸναντίον γίνεται (οὗ γὰρ μόνον οὐκ ἀφανίζεται, ἡμῶν σιγῶντων, ἀλλὰ καὶ χαλεπώτερα γίνεται), ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Ὁ γὰρ κατηγορῶν τῶν ἁμαρτανόντων, εἰ καὶ μηδὲν ἔτερον, οὐκ ἀφίρσι περιττέρω προσελθῆναι. Οὐδεμία γὰρ ἐστὶν οὕτως ἀναίσχυντος ψυχῇ καὶ ἰταμῇ, ὡς συνεχῶς ἀκούσσει κακίζόντων αὐτὴν τινῶν, μὴ ἐντρέπεσθαι, μηδὲ καθυφεῖναι τῆς κακίας; τῆς πολλῆς. Ἐνὶ γὰρ, ἐνὶ καὶ τοῖς ἀναίσχυντος μικρῶν τι αἰδοῦς· ὁ Θεὸς γὰρ ἐνέσπειρε τὴν αἰδοῦ τῆ φύσει τῆ ἡμετέρῃ. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ φόβος οὐκ ἦρκει βυθίμῃσι ἡμᾶς, καὶ πύλλῃς ἐτέρας κατεσκεύασεν ὁδοῦ τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν· οἷον, τὸ κατηγορεῖσθαι ἀνθρώπων, τὸ δεδοικέναι νόμους τοὺς καίμηνους, τὸ δόξης ἐρᾶν, τὸ φιλίας ἀντιποιεῖσθαι· πᾶσαι γὰρ αὗται αἱ ὁδοὶ τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν εἰσὶ. Πυλλὰκις γὰρ ἂν διὰ τὸν Θεὸν οὐκ ἐγένετο, ἵνα φόβος ἀνθρώπων ἐγένετο. Τὸ γὰρ ζητούμενον τοῦτο ἐστὶ· πρότερον μὴ ἁμαρτάνειν μαθεῖν, εἶτα τὸ διὰ τὸν Θεὸν τοῦτο ποιεῖν ὑπὲρ κατορθώσμεν.

Ἐπεὶ διὰ τί Παῦλος τοὺς μέλλοντας κρατεῖν τῶν ἐχθρῶν οὐκ ἀπὸ τοῦ φόβου προτρέπει τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ τὴν ἐκδικίαν ἀναμένειν; Τοῦτο γὰρ ποιῶν, φησὶν, ἄνθρωπος πικρὸς σωφρονεῖς ἐπὶ τὴν κερὰν αὐτοῦ. Τέως γὰρ τοῦτο βούλεται, κατορθωθῆναι τὴν ἀρετὴν. Ὅπερ οὖν ἔλεγον, ἐνεστί τι αἰσχυντήριον ἐν ἡμῖν. Πολλὰ φυσικὰ ἔχομεν ἀγαθὰ πρὸς τὴν ἀρετὴν· οἷον, πρὸς τὸ ἐλεεῖν ἀπὸ φύσεως κινούμεθα πάντες ἄνθρωποι, καὶ οὐδὲν οὕτως ἀγαθὸν ἐν τῇ φύσει ἡμῶν ἐστὶν ἄλλο, ὡς τοῦτο. Ὅθεν ἂν τις εἰκότως ἐξετάσειε, διὰ τί τοῦτο μάλιστα τῆ φύσει ἡμῶν ἐνέσπειραται, τὸ κατακλᾶσθαι δάκρυσι, τὸ ἐπικαμπέσθαι, τὸ ἐτοίμους εἶναι. Οὐδεὶς φύσει ἐστὶν ἀργός, οὐδεὶς φύσει ἐστὶν ἀνευδόξος, οὐδεὶς φύσει ἐστὶν ζηλοκρεῖττων, ἀλλὰ τὸ ἐλεεῖν πᾶσιν ἐγκρατεῖα φύσει, κἂν ὁμῶς τις ἦ, κἂν ἀπνηξ. Καὶ τί ὀχυραστὸν; Ὑψηλὰ ἐλεοῦμεν· οὕτως ἐκ περιουσίας ἡμῖν ὁ ἔλεος ἐγκρατεῖται. Κἂν σκύμνον ἴδωμεν λέοντος, πάσχον ἐπὶ ἐπὶ δὲ ὀμοφύλου πολλῶν πλέον. Ὅρα πόσο ἀνάπηροι· καὶ τοῦτο ἰκανὸν εἰς ἔλεον ἡμᾶς ἀγαγεῖν. Οὐδὲν οὖν καὶ εὐφραίνει τὸν Θεόν, ὡς ἐλεηθῆσθαι. Διὸ οἱ ἱερεῖς τοῦτο ἐχρίοντο, καὶ οἱ βασιλεῖς καὶ οἱ προφῆται· τῆς γὰρ τοῦ Θεοῦ φιλοανθρωπίας εἶχον σύμβολον τὸ εἶπαι. Πάλιν ἐμάνθανον, ὅτι τὸν ἀρχόντα πλέον ἐλέου δεῖ εἶχειν· ἐδῆλον, ὅτι καὶ τὸ Πνεῦμα εἰς ἀνθρώπων [726] δι' ἔλεον μέλλει ἐργασθαι. Ἐπειδὴ ὁ Θεὸς ἐλεεῖ τοὺς ἀνθρώπους καὶ φιλοανθρωπεύεται, διὰ τοῦτο ἐλαίον ἐχρίοντο. Καὶ γὰρ τὴν ἱερωσύνην ἀπὸ ἐλέου ἐποίησε· καὶ βασιλεῖς ἐλαίον ἐχρίοντο. Ἐλεεῖς γὰρ, φησὶ, πάντας, ὅτι πάντι δύνωμαι. Κἂν ἀρχοντὰ τις ἐπαίνῃ,

jicit. Sic et sacerdos, si vestro fruatur cultu, vestra poterit recte disponere: si autem mœroro illum afficiatis, manus solventes, vobiscum illum a fluctibus facile superandum exponetis, licet ille admodum strenuus sit. Perpende quidnam Christus de Judæis dixerit: *Super cathedram Moysis sederunt scribæ et Pharisæi: omnia ergo, quæcumque vobis dixerint, facite* (*Math. 23. 2. 5*). Nunc autem dici nequit, Super cathedram Moysis sedent sacerdotes, sed, Super cathedram Christi; illius enim doctrinam susceperunt. Idcirco Paulus dicit: *Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos* (*2. Cor. 5. 20*). Non vides apud externos principes omnes obsequi, sæpe etiam genere clariores, imo vita et prudentia iis, qui judicia exercent, meliores? sed tamen, ejus qui auctoritatem dedit causa, nihil tale cogitant, sed regis calculum reverentur, qualiscumque fuerit is qui magistratum accepit. Ita ne, si homo ordinaverit, tantus erit timor; Christo autem ordinante, ordinatum despiciamus, conviciamur, et mille opprobriis afficimus? et qui fratres nostros judicare prohibemur, contra sacerdotes linguam acimus? Et qua hæc excusatione digna sunt, cum trahem in oculo nostro non considerantes, festucam in alterius ceulo acerbe perquirimus? nescis te gravius tribunal tibi parare, dum ita judicas? Et hæc dico, non approbens eos qui sacerdotium indigne administrant; sed misericordia motus lacrymor. Neque tamen ideo dico illos a subditis esse judicandos, etiamsi vita eorum multis criminibus obnoxia sit. Tu vero, si tibi ipsi attendas,

nihil damni accipies ab iis, quæ ipsi a Deo concredita sunt. Si enim per asinæ vocem dimitti curavit, et per hariolum spirituales benedictiones largitus est, atque in bruto ore et in impura Balaami lingua operatus est, ob Judæos qui se offenderant; multo magis propter vos gratos et probos, etiamsi admodum improbi sint sacerdotes, omnia sua operabitur, et mittet Spiritum sanctum. Neque enim is qui purus est per puritatem suam ipsum attrahit, sed gratia est quæ omnia operatur: nam ait, *Omnia propter vos, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas* (*1. Cor. 3. 2*). Quæ enim sacerdoti concreduntur, Dei solius est dare, et quocumque humana philosophia perveniat, illa semper gratia minor apparebit. Et hæc dico, non ut segniter vitam nostram disponamus, sed ut ne, quibusdam præfectis segniter agentibus, vos subditi vobis sæpe mala accumulatis. Equid sacerdotes dico? neque angelus, neque archangelus aliquid operari potest in iis quæ a Deo dantur, sed Pater, Filius et Spiritus sanctus omnia dispensant; sacerdos vero suam commodat linguam, et suam porrigit manum. Etenim non justum esset, eos qui ad symbola salutis nostræ cum fide accedunt, per alterius malitiam lædi. Hæc igitur omnia scientes, et Deum timeamus, et sacerdotes ejus in honore habeamus, ac summopere revereamur: ut et per nostra recte facta, et per cultum illis præstitum, magnam a Deo mercedem recipiamus, gratia et benigne Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri una cum sancto Spiritu gloria in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXXIX.

Quod multas vias nobis Deus dederit ad non peccandum, si velimus: et quod eum, qui regnum cælorum consequuturus sit, oporteat omnia servare mandata; eum vero, qui in aliis recte agat, in aliis prævaricetur, in gehenna cogniturum esse quid sit discriminis inter ipsum et alios.

Rursus cogor, dilecti, res præsentis criminari. Et quid faciam? nollem, sed cogor. Nam si tacendo et nihil dicendo possem ea quæ gesta sunt delere, silere oporteret; sin contrarium efficitur (non modo enim nobis tacentibus non delentur, sed etiam graviora fiunt), necessario loquendum est. Qui enim peccantes accusat, etsi nihil aliud, ulterius procedere non sinit. Nulla enim est anima ita impudens et petulans, quæ se criminantes frequenter audiens, non pudore suffundatur, neque desistat a nequitia multa. Inest enim, inest, etiam impudentibus, tantillum pudoris: Deus enim nature nostræ pudorem inseruit. Quia enim timor non satis erat ad nos temperandos, multas alias apparavit vias ad peccata coercenda: velut, quod accusetur homo, quod positas leges timeat, quod gloriam amet, et amicitias sibi conciliare studeat: omnes enim viæ illæ ad non peccandum prosunt. Sæpe namque ea, quæ propter Deum non fiunt, propter homines facta sunt. Quod enim optatur hoc est: primo, ut discamus non peccare; deinde vero,

id assequimur ut propter Deum hoc faciamus. Nam cur Paulus eos qui hostes superaturi erant, non a timore Dei hortatur, sed ab eo quod vindicta expectetur? *Hoc enim sciens, inquit, carbones ignis congeres super caput ipsius* (*Rom. 12. 20*). Interim vero hoc vult, ut virtus exerceatur. Ut ergo dixi, inest aliquid pudoris in nobis. Multa enim naturalia bona a natura habemus: verbi gratia ad misericordiam omnes homines a natura movemur, ac nihil aliud periinde bonum in natura nostra est. Unde quis jure examinaverit, cur hoc maxime in natura nostra insertum sit, ut frangamur lacrymis, ut flectamur et parati simus. Nemo natura otiosus est, nemo natura est gloriæ non appetens, nemo natura amulatione superior est; sed misereri omnibus a natura insitum est, etiamsi quis crudelis inhumanusque fuerit: et quid mirum? ferarum miseremur: tanta in nobis inest misericordia. Si catulum leonis videamus, aliquid patimur: circa congenerem autem multo magis. Vide quot mutili: et hoc satis est, ut nos ad misericordiam adducat. Nihil ita Deum lætificat ut elemosyna. Ideo sacerdotes oleo ungebantur, necnon reges et prophete: nam Dei benignitatis symbolum habebant oleum. Di-cebant insuper, quod princeps plus misericordiæ habere debeat; significabatur Spiritum per misericordiam in hominem esse venturum. Quoniam Deus

miseratur homines et benignus est, ideo oleo ungebantur. Etenim sacerdotium ex misericordia fecit. Et reges oleo ungebantur: nam ait, *Misereris omnium, quia omnia potes* (Sap. 11. 24). Si principem quis laudet, nihil ita ipsi convenire dicit, ut misericordiam: principatus enim illud proprium est, misereri. Cogita mundum per misericordiam constitutum esse, et Dominum imitare. *Misericordia hominis in proximum suum, Misericordia Dei in omnem carnem* (Eccli. 18. 12). Etiamsi peccatores, etiamsi justos dixeris, omnes Dei misericordia egemus, omnes illa fruimur, sive Paulus, sive Petrus, sive Joannes. Et audi illos dicentes; nihil opus est sermonibus nostris. Quid enim dicit beatus ille: *Sed misericordiam consequutus sum, quia ignorans feci* (1. Tim. 1. 13). Quid ergo? an postea misericordia non egebat? audi quid dicat: *Plus omnibus laboravi, non ego, sed gratia Dei mecum* (1. Cor. 15. 10). Et de Epaphrodito ait: *Nam et infirmatus est usque ad mortem; sed Deus misertus est ejus; non solum autem ejus, sed etiam mei, ne tristitiam super tristitiam haberem* (Philipp. 2. 27): et rursus, *Gravati sumus, inquit, supra virtutem, ita ut tæderet nos etiam vivere. Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui de tantis mortibus nos eripuit, et eruet* (2. Cor. 1. 8-10): et rursus, *Liberatus sum de ore leonis, et liberabit me Dominus* (2. Tim. 4. 17. 18). Ubique inveniemus hac de re gloriantem, quod misericordia servatus sit. Petrus quoque talis erat, quod misericordiam consequutus esset: audi enim Christum dicentem illi: *Voluit satanas vos cribrare sicut triticum; et rogavi pro te, ut non deficiat fides tua* (Luc. 22. 31. 32). Et Joannes in misericordia talis erat, omnesque prorsus: audi enim Christum dicentem, *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos* (Joan. 15. 16). Omnes enim misericordia Dei egemus: *Misericordia enim Dei, inquit, super omnem carnem*. Si enim hi egebant misericordia Dei, quid dixeris de cæteris? Unde enim, dic mihi, solem oriri facit super bonos et malos? Quid vero, si tantum per annum pluviam coliberet, nonne omnia perderet? quid vero, si vim nimiam imbrium, si ingentem pluviam? quid si muscas mitteret? Sed quid dico? si id faceret quod olim, nonne omnes perirent? *Quid est homo, quod memores ejus* (Psal. 8. 5)? Nunc opportune dicatur: *Si terræ comminaretur tantum, omnes unum fierent sepulcrum. Sicut stilla aquæ a cado, inquit, sic gentes in conspectu ejus: sicut salvia reputabuntur, ut momentum stateræ* (Isai. 40. 15). Ut facile est nobis trutinam movere, sic illi omnia perdere et denovo condere. Qui ergo talem in nos habet potestatem, et videt nos quotidie peccare, neque punit, annon ex misericordia nos tolerat? Nam jumenta quoque ex misericordia sunt: *Homines enim et jumenta salvabis, Domine* (Psal. 55. 7). Respexit in terram, et replevit illam animalibus. Quare? propter te. Te autem cur fecit? propter bonitatem. Nihil oleo melius: lucis est causa, et illic quoque lucis causa. *Et orietur, inquit propheta, matutina lux tua* (Isai.

58. 8), si feceris misericordiam erga proximum. Et sicut hoc oleum lucem retinet, sic misericordia illic lucem magnam et mirabilem nobis largitur. Magna hujus misericordiae ratio erat apud Paulum: audi enim illum dicentem, *Tantum ut pauperum memores essemus* (Gal. 2. 10): alibi autem, *Si fuerit dignum ut et ego vadam* (1. Cor. 16. 4). Et ubique passim vides illum hac de re sollicitum. Ac rursus, *Discant et nostri bonis operibus præesse* (Tit. 3. 14. 8): et rursus, *Hæc enim sunt bona et utilia hominibus* (Tit. 3. 8). Audi et alium dicentem, *Eleemosyna a morte liberat* (Tob. 12. 9). *Si autem misericordiam abstuleris, Domine, quis stabit? et si intres, inquit, in iudicium cum servo tuo* (Psal. 129. 3. et 142. 2). *Magnum quid est homo, et pretiosum vir misericors* (Prov. 20. 6). Hoc enim est vir misericors: imo vero hoc Deus est, nempe misereri. Viden' quanta sit misericordia Dei vis? Hæc omnia fecit, hæc mundum condidit propter bonitatem tantum. Ideo et gehennam minatus est, ut regnum consequamur: regnum autem consequimur per misericordiam. Cur enim solus cum esset tot numero effecit? annon propter bonitatem? propter benignitatem? Si interrogaveris cur hoc et illud? ubique bonitatem invenies. Misereamur ergo proximi, ut misericordiam consequamur ipsi. Non illis enim magis quam nobis ipsis colligimus misericordiam hanc in die illa, quando vehemens erit ignis flamma: hæc misericordia ignem exstinguit, nobisque lucis causa est; ita per hanc ab igne gehennæ liberabimur. Nam unde commiseratione movetur? A caritate misericordia nascitur. Nihil ita Deum irritat, ut immisericordem esse. Ut porro nobis quinque sensus sunt, et omnibus, ut par est, utendum est: sic et virtutibus omnibus. Si quis vero temperans quidem fuerit, sed immisericors; aut immisericors quidem, sed rapax fuerit; aut ab alienis abstineat quidem, sed sua non largiatur: omnia frustra facta sunt. Non enim sufficit una solum virtus, ut nos cum fiducia ad tribunal Christi ducat, sed multa et varia et omnimoda opus est. Audi enim illum dicentem discipulis suis: *Euntes docete omnes gentes, docentes servare omnia quæ mandavi vobis; et rursus, Quicumque solverit unum de mandatis istis minimis, minimum vocabitur in regno cælorum* (Matth. 23. 19. et 5. 19); id est, in resurrectione. Neque enim in regnum ingreditur: solet enim ipsum resurrectionis tempus regnum vocare. Si unum solverit, inquit, minimus vocabitur. Itaque omnia nos servare oportet. Et vide quomodo non liceat sine eleemosyna ingredi, sed, si illa sola deficiat, in ignem abibimus: nam ait, *Discardite, maledicti, in ignem æternum, paratum diabolo et angelis ejus* (Matth. 23. 41. 42). Cur, et qua de causa? *Quia esurivi, et non dedistis mihi bibere. Viden' quomodo de nullo alio accusati, propter hoc solum perierunt? Et virgines ideo tantum ex thalamo depulsæ sunt, licet caritatem servarent. Pacem, inquit, cum omnibus persequimini, et sanctificationem, sine qua nemo videbit Dominum* (Hebr. 12. 14). Cogita ergo quod sine

οὐδὲν οὕτως αὐτῷ πρέπον ἔρει, ὡς ἔλεος· τοῦτο γὰρ ἀρχῆς ἴδιον, τὸ ἐλεεῖν. Ἐνόησον ὅτι δι' ἔλεον ὁ κόσμος συνεστάθη, καὶ μίμησαι τὴν Δεσπότην. Ἐλεος ἀνθρώπου ἐπὶ τὸν πλησίον αὐτοῦ, ἔλεος δὲ Κυρίου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. Κἂν ἀμαρτωλοὺς εἴπῃς, κἂν δικαίους εἴπῃς, πάντες τοῦ ἐλέους τοῦ Θεοῦ δεόμεθα, πάντες ἀπολαύομεν αὐτοῦ, κἂν αὐτὸς ἦ Παῦλος, κἂν Πέτρος, κἂν Ἰωάννης. Καὶ ἀκουσον αὐτῶν λεγόντων· οὐδὲν δεῖ λόγων πῶν ἡμετέρων. Τί γὰρ φησιν ὁ μακάριος οὗτος; Ἄλλ' ἠλέηθη, ὅτι ἀγνοῶν ποίησα. Τί οὖν; μετὰ ταῦτα οὐκ ἔδειτο ἐλέους; ἀκουσον τί φησι· *Περισσότερον αὐτῶν πάντων ἐκοπίασα· οὐκ ἐγὼ δέ, ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί.* Καὶ περὶ Ἐπαφροδίτου φησί· *Καὶ γὰρ ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτου· ἀλλ' ὁ Θεὸς αὐτὸν ἠλέησεν, οὐκ αὐτὸν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμέ, ἵνα μὴ λύπην ἐπὶ λύπῃ σχῶ·* καὶ πάλιν, Ἐβαρήθημεν, φησὶν, ὑπέρ δύναμιν, ὥστε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν. Ἄλλ' αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχίκαμεν, ἵνα μὴ πεποιδότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Θεῷ, ὃς ἐκ τηλικούτων θανάτων ἐρρύσατο ἡμᾶς, καὶ ρύσεται· καὶ πάλιν, Ἐρρύσθη ἐκ στόματος λέοντος· καὶ ρύσεται με ὁ Κύριος. Καὶ πανταχοῦ εὐρήσομεν τοῦτο αὐτὸν καυχώμενον, ὅτι ἐλέω ἐσώθη. Καὶ Πέτρος δὲ ἀπὸ τοῦ ἐλεηθῆναι τοιοῦτος ἦν· ἄκουε γὰρ τοῦ Χριστοῦ πρὸς αὐτὸν λέγοντος, ὅτι *ἠθέλησεν ὁ σατανᾶς σιναῖσαι ὑμᾶς, ὡς τὸν σίτον, καὶ ἐδεθήθη περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλίπῃ ἡ πίστις σου.* Καὶ Ἰωάννης ἐν ἐλέω τοιοῦτος ἦν· καὶ πάντες δὲ ἀπλῶς· ἄκουε γὰρ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· *Οὐχ ὑμεῖς με ἐξελέξασθε, ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς.* Πάντες γὰρ δεόμεθα τοῦ ἐλέους τοῦ Θεοῦ· Ἐλεος γὰρ Θεοῦ, φησὶν, ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. Εἰ δὲ οὕτω ἐδέοντο τοῦ ἐλέους τοῦ Θεοῦ, τί ἂν τις εἶποι περὶ τῶν λοιπῶν; Πόθεν γὰρ, εἰπέ μοι, τὸν ἥλιον ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροῦς καὶ ἀγαθοῦς; Τί δὲ, εἰ μόνον ἑνιαυτὸν τὸν ὑετὸν ἐπέσχευ, οὐκ ἂν ἅπαντα ἀπώλεσε; τί δὲ, εἰ ἐπομβρίαν εἰργάσατο; τί δὲ, εἰ ὑπερέβρεξε; τί δὲ, εἰ μῦα; ἐπεμφεν; Ἀλλὰ τί λέγω; εἰ οὕτως ἐποίησεν, οἶόν ποτε, οὐκ ἂν ἅπαντες ἀπώλοντο; *Τί ἐστὶν ἄνθρωπος, ὅτι μιμησκή αὐτοῦ;* Εὐχαιρον εἶπεν νῦν· Ἄν ἀπειλήσῃ τῆ γῆ μόνον, πάντες εἰς ἐγένοντο τάφος. Ὡς σταγῶν ὕδατος ἀπὸ κάδου, φησὶν, οὕτω τὰ βῆθη ἐνώπιον αὐτοῦ· ὡς στέλεος λογισθήσονται, ὡς ροπὴ ζῦρου. Ὡς; εὐκολον ἡμῖν τὴν τρυτάνην κινήσαι, οὕτως αὐτῷ πάντα ἀπολέσαι, καὶ ποιῆσαι πάλιν. Ὁ τοίνυν τοσαύτην ἔχων ἐξουσίαν ἡμῶν, καὶ ὀρῶν ἡμᾶς καθ' ἑκάστην ἀμαρτάνοντας, καὶ μὴ καλῶζων, οὐχὶ ἐλέω διασπάζεται; Ἐπεὶ καὶ τὰ κτήνη, ἐλέω ἐστίν· Ἀνθρώπους γὰρ καὶ κτήνη σώσεις, Κύριε. Εἶδεν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐπλησεν αὐτὴν ζώων. Διὰ τί; διὰ σέ. Σὲ δὲ διὰ τί ἐποίησε; δι' ἀγαθότητα. Οὐδὲν ἐλαίου κρεῖττον· φωτὸς ἐστὶν αἴτιον, καὶ ἐκεῖ φωτὸς αἴτιον. Καὶ ἀνατελεῖ, φησὶν ὁ [727] προφήτης, *πρώτμον τὸ φῶς σου, ἂν ποιήσης ἔλεον εἰς τὸν πλησίον.* Καὶ ὡσπερ τὸ ἔλαιον τοῦτο τὸ φῶς κατέχει· οὕτως ἡ ἐλεημοσύνη ἐκεῖ φῶς μέγα ἡμῖν χαρίζεται καὶ θαυμάσιον. Πολὺς γὰρ ἐλέου τοῦτου ὁ λόγος τῷ Παύλῳ ἦν· ἄκουε τοῦ αὐτοῦ λέγοντος· *Μόνον τῶν πτωχῶν ἵνα μιμησώμεθα·* ἄλλοτε δὲ, *Γὰρ ἡ ἀξίον τοῦ καμῆ πορεύεσθαι.* Καὶ πανταχοῦ

ἄνω καὶ κάτω περὶ τοῦτου ὁρᾷ· αὐτὸν μεριμνῶντα. Καὶ πάλιν· *Μανθανέτωσαν δὲ καὶ οἱ ἡμέτεροι κωλῶν ἔργων προϊστασθαι·* καὶ πάλιν, *Ταῦτα γὰρ ἐστὶ καλὰ καὶ ὠφέλιμα τοῖς ἀνθρώποις.* Ἄκουε δὲ καὶ ἄλλου τινὸς λέγοντος· *Ἐλεημοσύνη ἐκ θανάτου ρύεται. Ἐὰν δὲ τὸν ἔλεον ἀνέλῃς, Κύριε, τίς στήσεται; καὶ ἂν εἰσέλθῃς, φησὶν, εἰς κρῖσιν μετὰ τοῦ δούλου σου. Μέγα τι ἄνθρωπος, καὶ τίμιον ἀνὴρ ἐλεήμων.* Τοῦτο γὰρ ἄνθρωπος ἐλεήμων· μᾶλλον δὲ τοῦτο ὁ Θεός, τὸ ἐλεεῖν. Ὅρᾷ; ὅση τοῦ ἐλέους τοῦ Θεοῦ ἡ ἰσχὺς; τοῦτο πάντα ἐποίησε, τοῦτο τὸν κόσμον εἰργάσατο δι' ἀγαθότητα μόνον· διὰ τοῦτο καὶ γέενναν ἤπειλησεν, ἵνα βασιλείας τύχωμεν· βασιλείας δὲ τυγχάνομεν δι' ἔλεον. Διὰ τί γὰρ μόνος ὢν τοσοῦτους ἐποίησεν; οὐ δι' ἀγαθότητα; οὐ διὰ φιλανθρωπίαν; Ἦν ἐρωτήσης, Διὰ τί τότε καὶ τότε; πανταχοῦ τὴν ἀγαθότητα εὐρήσεις. Ἐλεήσωμεν τοὺς πλησίον, ἵνα ἐλεηθῶμεν αὐτοί· οὐκ ἐκείνοις μᾶλλον, ἢ ἡμῖν αὐτοῖς συνάγομεν τὸν ἔλεον τοῦτον ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὅταν σφοδρὰ ἢ τοῦ πυρὸς ἢ φλόγῃ· τὸ ἔλεον τοῦτο τοῦ πυρὸς ἐστὶ σθεστικόν, ἡμῖν δὲ φωτὸς αἴτιον· οὕτω τοῦ πυρὸς τῆς γεέννης διὰ τοῦτου ἀπαλλαγισόμεθα· ἐπεὶ πόθεν σπλαγχνισθῆσεται καὶ ἐλεήσει; Ἀπὸ τῆς ἀγάπης ὁ ἔλεος γίνεταί. Οὐδὲν οὕτω παροξύνει τὸν Θεόν, ὡς τὸ ἀνελεήμονα εἶναι. Ὡσπερ δὲ αἰσθήσεις ἡμῖν πέντε εἶσι, καὶ πάσαις εἰς δέον κεχρηθῆαι δεῖ, οὕτω καὶ πάσαις ταῖς ἀρεταῖς. Εἰ δὲ τις σωφρονοῖ μὲν, ἀνελεήμων δὲ εἴη· ἢ ἐλεήμων μὲν ἦ, πλεονεκτοῖ δέ· ἢ ἀπέχουτο μὲν τῶν ἄλλοτρίων, τῶν δὲ αὐτοῦ μὴ μεταδοῖ· πάντα εἰκὴ γέγονεν. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ μία μόνον ἀρετὴ παραστήσαι τῷ βῆματι τοῦ Χριστοῦ μετὰ παρρησίας ἡμᾶς, ἀλλὰ πολλῆς δεῖ καὶ ποικίλης καὶ παντοδαπῆς καὶ πάσης αὐτῆς. Ἄκουε γὰρ αὐτοῦ λέγοντος τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς· *Πορευθέντες μητηδέσατε πάντα τὰ βῆθη, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν·* καὶ πάλιν, *Ὅς ἐὶν λύση μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν·* τουτέστιν, ἐν τῇ ἀναστάσει. Οὐ γὰρ δὴ εἰς βασιλείαν εἰσελεύσεται· οἶδε γὰρ καὶ αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς ἀναστάσεως βασιλείαν καλεῖν. Μίαν ἂν λύση, φησὶν, ἐλάχιστος κληθήσεται· ὥστε πασῶν ἡμῖν δεῖ. Καὶ ὅρα πῶς οὐκ ἐνὶ χωρὶς ἐλεημοσύνης εἰσελθεῖν, ἀλλὰ κἂν αὕτη μόνῃ ἐλλείπῃ, εἰς τὸ πῦρ ἀπελευσόμεθα· Ἀπέλθετε γὰρ, φησὶν, *οἱ κατορθομένοι εἰς τὸ πῦρ τοῦ αἰώνιου, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ.* Τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί; *Ὅτι ἐπεινυσα, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ οὐκ ἐποτίσατέ με.* Εἶδες πῶς οὐδὲν ἕτερον ἐγκληθέντες, διὰ τοῦτο μόνον ἀπώλοντο; Καὶ αἱ παρθένοι διὰ τοῦτο μόνον ἐξεβλήθησαν τοῦ νυμφῶνος· καίτοι γε σωφροσύνην εἶχον. Εἰρήνην, φησὶ, *μετὰ πάντων διώκετε, καὶ τὸν [728] ἀγιασμόν, οὐ χωρὶς οὐδεὶς δύσεται τὸν Κύριον.* Ἐνόησον τοίνυν, ὅτι χωρὶς μὲν σωφροσύνης οὐκ ἐστὶν ἰδεῖν τὸν Κύριον· οὐ πάντως δὲ μετὰ σωφροσύνης δυνατόν ἰδεῖν· πολλὰς γὰρ ἕτερον ἐνεπόδισε. Πάλιν, ἂν πάντα κατορθώσωμεν, τὴν δὲ πλησίον οὐδὲν ὠφελήσωμεν, οὐδὲ οὕτως εἰσελεύσόμεθα εἰς τὴν βασιλείαν. Πόθεν ὀργή;

Ἀπὸ τῶν τὰ τάλαντα πιστευθέντων οἰκετῶν· ἐκεῖ γὰρ ἡ ἀρετὴ πᾶσα ἀκέραιος ἦν, καὶ οὐδὲν ἐλέλιπτο, ἀλλ' ἐπειθὴ περὶ τὴν ἐργασίαν ὀκνηρὸς γέγονεν, εἰκότως ἐξεβάλλετο. Ἔστι καὶ ἀπὸ λουδορίας μόνης εἰς γέενναν ἐμπεισεῖν· Ὁ γὰρ λέγων, φησὶ, τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, Μωρῆ, ἐνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. Κἂν ἅπαντὰ τις κατορθώσῃ, ὑβριστὴς δὲ ᾖ, οὐκ εἰσελεύσεται. Καὶ μὴ τις ὠμότητα καταγινοσκέτω τοῦ Θεοῦ, εἰ τοὺς τοῦτο ἐπταικότας ἐκβάλλει τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Εἰ γὰρ ἐπ' ἀνθρώπων, κἂν ὄτι οὖν τῶν παρανόμων ἐργάζονται τις, ἐξέπεσε τῆς τοῦ βασιλέως εὐφωίας, κἂν ἕνα νόμον τῶν κειμένωνν παραβῇ· κἂν συκοφαντήσῃ κατηγορῶν, ἀπίωλεσε τὴν ἀρχὴν· κἂν μοιχεύσῃ καὶ ἀλφῶ, ἀνάξιος γέγονε· κἂν μυρία ἢ κατορθώκως, ἀπόλλυται· κἂν φόνον ἐργάσῃται καὶ δειγῆ, καὶ τοῦτο ἱκανὸν αὐτὸν διαφθεῖραι· εἰ οἱ τῶν ἀνθρώπων νόμοι τοσαύτης ἀπολαύσουσι τῆς φυλακῆς, πολλῶ μᾶλλον οἱ τοῦ Θεοῦ. Ἄλλ' ἀγαθός ἐστι, φησὶ. Μέχρι τίνος τὸν μωρὸν τοῦτον λόγον φεγγόμεθα; Μωρὸν δὲ εἶπον, οὐχ ὅτι οὐκ ἀγαθός ἐστιν, ἀλλ' ὅτι τὴν ἀγαθότητα αὐτοῦ νομίζομεν εἰς ταῦτα χρησίμην ἡμῖν εἶναι, καίτοι μυρία πολλάκις διαλεχθέντων ἡμῶν περὶ τούτου. Ἄκουε γὰρ τῆς Γραφῆς λεγούσης· *Μὴ εἰπῆς, Ὁ οἰκτιρμὸς αὐτοῦ ὁ πολὺς τὸ πλῆθος τῶν ἀμαρτιῶν μου ἐξιλάσεται*. Οὐχὶ κωλύει λέγειν ἡμᾶς, Ὁ οἰκτιρμὸς αὐτοῦ πολὺς· οὐ τοῦτο παραινεί, ἀλλὰ βούλεται ἡμᾶς καὶ συνεχῶς λέγειν τοῦτο, καὶ διὰ τοῦτο πάντα κινεῖ Παῦλος· ἀλλὰ διὰ τὰ ἐξῆς· μὴ ἐπὶ τούτῳ, φησὶ, θαύμαζε τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν, ἐπὶ τῷ ἁμαρτάνειν καὶ λέγειν, Τὸ πλῆθος τῶν ἀμαρτιῶν μου ἐξιλάσεται. Διὰ γὰρ τοῦτο τοσαῦτα περὶ ἀγαθότητος διαλεγόμεθα, οὐχ ἵνα ταύτη θαρρῶντες πάντα πράττωμεν, ἐπεὶ ἡ ἀγαθότης ἐπὶ λύμῃ ἔσται τῆς ἡμετέρας σωτηρίας, ἀλλ' ἵνα μὴ ἀπογινώσκωμεν ἐν τοῖς ἁμαρτήμασιν, ἀλλὰ μετανοῶμεν. Τὸ γὰρ χρῆσθον τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιαν σε ἄγει, οὐκ εἰς πλείονα κακίαν· εἰ δὲ μοχθηρὸς γένη διὰ τὴν χρηστότητα, σὺ διαβάλλεις μᾶλλον αὐτὴν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις (πολλοὺς γὰρ ὄρω κατηγοροῦντας τῆς μακροθυμίας τοῦ Θεοῦ), ὥστε δίκην δώσεις, οὐκ εἰς δέον αὐτῇ χρησάμενος. Φιλάνθρωπος ὁ Θεός, ἀλλὰ καὶ δίκαιος κριτής· συγχωρῶν ἁμαρτίας, ἀλλ' ἀποδίδωσιν ἐκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· ὑπερβαίνει ἀδικίας, ἐξαιρεῖ ἀνομίας, ἀλλὰ καὶ ἐξέτασιν ποιεῖται. Πῶς οὖν οὐκ ἐναντία; Οὐκ ἐναντία, ἂν τοῖς χρόνοις αὐτὰ δειλωμέν. Ἐξαιρεῖ ἀνομίας ἐνταῦθα καὶ διὰ λουτροῦ καὶ διὰ μετάνοιαν· ἐξέτασιν ποιεῖται τῶν πεπραγμένων ἐκεῖ διὰ πυρός καὶ βασάνων. Ἄν τοῖνον, κἂν ὦ μυρία, φησὶν, ἐργασάμενος κακὰ, καὶ δι' ἐν ἐξ αὐτῶν ἐκβάλωμαι, καὶ τῆς βασιλείας ἐκπίπτω, τίνος ἔνεκεν οὐκ ἐργάζομαι πάντα τὰ κακὰ; Ἀγνώμονος οἰκέτου ὁ λόγος, ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦτον ἐπιλυσόμεθα τὸν λόγον. Μὴ ἐργάζου τὰ κακὰ, ἵνα σαυτὸν ὠφελήσῃς. Βασιλείας μὲν γὰρ πάντες ὁμοίως ἐκπεσοῦμεθα, ἐν δὲ γέεννῃ οὐ τὴν αὐτὴν δώσομεν δίκην πάντες, ἀλλ' ὁ μὲν μείζονα, ὁ δὲ ἡμερωτέραν. Εἰ [729] μὲν γὰρ σὺ κάκεινος κατεφρονήσασε, καὶ ὁ τὰ πολλά, καὶ ὁ τὰ ὀλίγα, ὁμοίως ἐκπεσεῖσθε τῆς βασιλείας· εἰ δὲ οὐχ ὁμοίως κατεφρονήσασε, ἀλλ' ὁ μὲν μείζον, ὁ δὲ ἔλαττον, ἐν τῇ γέεννῃ τῆς διαφορᾶς αἰσθησθε. Τί οὖν, φησὶν, ἀπειλεῖ τοῖς ἐλεημοσύνην μὴ δεδωκόσιν

εἰς τὸ πῦρ ἀπαλεύσεσθαι, καὶ οὐχ ἀπὸ εἰς τὸ πῦρ, ἀλλ' εἰς τὸ ἥτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ; τίνος ἔνεκεν καὶ διὰ τί; Οὐδὲν οὕτως τὸν Θεὸν παροξύνει, ἀλλὰ πάντων αὐτὸ προτιθῆσαι τῶν δεινῶν. Εἰ γὰρ τοὺς ἐχθροὺς φιλεῖν δεῖ· ὁ καὶ τοὺς φίλους διαφθεῖρων, καὶ τῶν Ἑλλήνων κατὰ τοῦτο χεῖρων ὢν, τίνος οὐκ ἔσται κολάσεως ἄξιος; Ὅστε ἐνταῦθα τὸ μέγεθος τοῦ ἁμαρτήματος μετὰ τοῦ διαβόλου ἐποίησεν αὐτὸν ἀπελθεῖν. Οὐαὶ γὰρ τῷ ἐλεημοσύνην μὴ ποιῶντι. Εἰ δὲ ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς τοῦτο ἦν, πολλῶ μᾶλλον ἐπὶ τῆς Καινῆς· εἰ ἔθθα συγχωρήρητο χρημάτων κτήσις καὶ ἀπόλαυσις καὶ ἐπιμέλεια, τοσαύτη πρόνοια ἐγένετο τῆς εἰς τοὺς πένητας βοήθειας· πόσῳ μᾶλλον ἔθθα κελεύμεθα πάντα βίψαι; Τί γὰρ οὐκ ἐποιοῦν ἐκεῖνοι; δεκάτας, καὶ πάλιν δεκάτας παρῆχον, ἔρφανοῖς, χήραις, προσηλύτοις ἐπήρχον. Ἄλλὰ μοι τις θαυμάζων τινὰ, ἔλεγε, δεκάτας δίδωσι ὁ δεῖνα. Πόσης αἰσχύνῃς τοῦτο γέμει, εἰ ὁ ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων οὐκ ἦν θαυμασμοῦ, τοῦτο ἐπὶ τῶν Χριστιανῶν θαυμαστὸν γέγονεν; Εἰ τότε κίνδυνος ἦν, τὸ δεκάτας ἀπολιπεῖν, ἐνόησον ὅταν ἐστὶ νῦν. Ἡ μάθη πάλιν οὐ κληρονομεῖ τὴν βασιλείαν. Ἄλλὰ τίς ὁ τῶν πολλῶν λόγος; Οὐκοῦν, εἰ καὶ γὰρ κάκεινος ἐν τοῖς αὐτοῖς, οὐ μικρὰ παραμυθία. Τί οὖν; Μάλιστα μὲν οὐ τῆς αὐτῆς σὺ κάκεινος ἀπολαύσετε τιμωρίας· ἄλλως δὲ, οὐδὲ παραμυθία τοῦτο ἔστι. Τότε γὰρ ἡ κοινωνία τῶν παθῶν ἔχει παραμυθίαν, ὅταν σύμμετρα ᾖ τὰ δεῖνά· ὅταν δὲ ὑπερβαίνῃ καὶ ἐν ἐκστάσει ἡμᾶς ποιῇ, οὐκέτι ἀφήσῃ λαβεῖν παραμυθίαν. Εἰπέ γὰρ τῷ κατακλιζομένῳ, καὶ εἰς τὴν πυρὴν ἐμβεθηκότι, ὅτι Καὶ ὁ δεῖνα τοῦτο πάσχει· ἀλλ' οὐδὲ αἰσθησεται τῆς παραμυθίας. Οὐχὶ πάντες ὁμοῦ ἀπώλοντο οἱ Ἰσραηλίται; ποῖαν τοῦτο αὐτοῖς παραμυθίαν ἔφερον; οὐχὶ μᾶλλον αὐτὸ τοῦτο αὐτοὺς ἐλύπει; διὸ καὶ ἔλεγον, Ἀπολώλαμεν, ἐξολώλαμεν, παμνηλώμεθα. Ποία τοῖνον αὐτῆ παραμυθία; Μάτην ἐν τοῖς παραμυθοῦμεθα ταῦτα ταῖς ἐλπίσι· μία μόνη παραμυθία ἔστι, τὸ μὴ ἐμπεισεῖν εἰς τὸ πῦρ ἐκείνου τὸ ἄσβεστον· ἐμπεισόντας δὲ οὐκ ἐνὶ παραμυθίας τυχεῖν, ἔθθα ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, ἔθθα κλαυθμὸς, ἔθθα σκώληξ ἀτελεύτητος, ἔθθα πῦρ ἄσβεστον. Ἐννοήσῃς γὰρ ὅπως τινὰ, εἰπέ μοι, παραμυθίαν, ἐν θλίψει καὶ στενοχωρίᾳ ὢν; ἐν σαυτῷ γὰρ ἔση λοιπόν. Μὴ, δέομαι καὶ παρακαλῶ, μὴ ἑαυτοὺς εἰκὴ ἀπατῶμεν, καὶ τούτοις τοῖς λόγοις παραμυθώμεθα, ἀλλὰ ταῦτα πράττωμεν, ἅπερ ἡμᾶς σῶσαι δυνήσεται. Συγκαθίσαι τῷ Χριστῷ πρόκειται, καὶ σὺ περὶ τούτων ἀκριβολογῇ; Εἰ γὰρ μὴδὲν ἔτερον ἦν ἁμάρτημα, ὑπὲρ τῶν βημάτων τούτων πόσῃ γόλῳ ἐν υποστήναι ἡμᾶς ἔχρη, ὅτι οὕτω νωθεῖς, ὅτι οὕτω ταλαίπωροι καὶ ῥάθυμοι ἔσμεν, ὡς, προκειμένης τοσαύτης τιμῆς, ταῦτα λέγειν; Ὅταν δὲ ἐννοήσῃς τότε τοὺς καταρωθικότας, οὐ τήκη πλέον; ὅταν ἴδῃς ἀπὸ δούλων καὶ ἀπὸ δυσσεγῶν ὀλίγα καμόντας ἐνταῦθα, καὶ τοῦ θρόνου μετέχοντας [730] ἐκεῖ τοῦ βασιλικοῦ, οὐχὶ τῆς κολάσεώς σοι ταῦτα χεῖρονα ἔσται; Εἰ γὰρ νῦν ὄρων εὐδοκιοῦντας, καίτοι οὐδὲν πάσχων κακόν, πάσης τιμωρίας χεῖρον ὑπὸ τούτου μόνου διαφθεῖρη, καὶ πινθεῖς σαυτὸν καὶ δακρυεῖς, καὶ μυριων εἶναι θανάτων κρινεῖς ἄξιον, τί τότε ὑποστήσῃ; Εἰ γὰρ μὴ γέεννα ἦν, αὐτὴ ἡ ἔνοια τῆς βασιλείας οὐκ ἦν ἱκανὴ ἀπολέσαι καὶ διαφθεῖραι;

castitate non possis videre Dominum : neque tamen cum castitate tantum videre possis ; sæpe namque aliud impedit. Rursus , si omnia recte agamus , proximo autem nihil opis afferamus , neque sic in regnum ingrediemur (*Jac. 2. 10*). Unde id palam est ? Ab illis famulis quibus talenta concredita fuere : illic enim virtus tota sincera erat , nihilque deerat ; sed quia in operando segnis fuit , jure ejectus est. Potest quis etiam ex conviciis tantum in gehennam incidere : nam , *Qui dixerit* , inquit , *fratri suo , Fatue , reus erit gehennæ ignis* (*Matth. 5. 22*). Si omnia quis recte exsequatur , contumeliosus autem fuerit , non intrabit. Et ne quis crudelitatis Deum accuset , si eos qui sic lapsi sunt ejiciat ex regno cælorum. Si enim apud homines , cum quidvis iniquum quis facit , excidita regis conspectu , si vel unam ex legibus transgressus ; si calumniatus fuerit , perdit principatum ; si adulter deprehensus fuerit , indignus habetur ; etiamsi innumera recte fecerit , perit ; si cædem patrarit , quæ nota sit , hoc potest illum perdere : si hominum leges tam rigide servantur , multo magis leges Dei. Sed bonus est , inquires. Usquequo hunc stultum sermonem proferemus ? Stultum autem dixi , non quod Deus non bonus sit , sed quod bonitatem ejus in hoc putemus nobis utilem fore , etsi sexcenties hac de re sermonem fecimus. Audi enim Scripturam dicentem : *Ne dixeris , misericordia ejus multa multitudini peccatorum nostrorum propitiabitur* (*Eccli. 5. 6*). Non impedit quominus dicamus , Misericordia ejus multa ; non ea de re monet , sed vult nos frequenter hoc dicere , et ideo omnia movet Paulus ; sed per ea quæ sequuntur : Ne in hoc , inquit , mireris Dei benignitatem , ut pecces ac dicas , Multitudini peccatorum meorum propitiabitur. Ideo enim tot tantaque de bonitate Dei loquimur , non ut huic fidentes , omnia faciamus ; sic enim bonitas illa foret in perniciem salutis nostræ ; sed ut non desperemus in peccatis , et pœnitentiam agamus. Bonitas enim Dei ad pœnitentiam te ducit , non ad majorem nequitiam : quod si improbus fias propter bonitatem , tu magis calumniaris illam apud homines ; multos enim video accusantes patientiam Dei : itaque pœnas dabis , non ea usus ut oportebat. Benignus est Deus , sed etiam justus Judex , condonans peccata ; sed reddidit unicuique secundum opera sua : injustitiam supergreditur , tollit iniquitates , sed etiam examen adhibet. Quomodo hæc non contraria sunt ? Non contraria , si temporibus illa distinguamus. Tollit peccata hic et per lavacrum et per pœnitentiam ; illic factorum examen facit , et punit per ignem et tormenta. Si ergo , etiamsi innumera admisero mala , per unum illorum ejicior et a regno excido , cur omnia mala non perpetrem ? Ingrati famuli dictum est , tamenque illud solvemus. Ne mala opereris , ut tibi utilitatem parias. A regno quidem omnes (improbi) excidemus ; in gehenna autem non pares dabimus pœnas ; sed hic majores , illic minores. Si enim tu et ille despexistis , alius multa , alius pauca , similiter a regno exciditis : si autem non similiter despexeritis , sed

alius plus , alius minus , in gehenna differentiam sentietis. Cur ergo , inquires , comminatur iis qui elemosynam non erogant , quod in ignem abituri sint , nec simpliciter in ignem , sed paratum diabolo et angelis ejus ? cur , et qua de causa ? Nihil ita Deum irritat , sed illud omnibus malis anteposit. Nam si inimicos amare oportet ; qui ipsos amicos lædit , et in hoc gentilibus pejor est , quo non dignus erit supplicio ? Itaque hic magnitudo peccati ipsum cum diabolo amandavit. *Væ enim illi qui elemosynam non facit*. Quod si id in veteri lege erat , multo magis in nova : si ubi concedebatur divitias possidere , illisque frui et advigilare , tanta providentia erat ad opem egenis ferendam , quanto magis , ubi jubemur omnia abjicere ? Quid enim non faciebant illi ? decimas et rursum decimas solvebant , orphanis , viduis , proselytis opem ferebant. Verum mihi qui-piam alium admirans dicebat , Ille dat decimas. Et quanto id pudore dignum , si quod apud Judæos mirum non erat , mirum sit apud Christianos ? Si tunc periculum erat decimas non solvere , cogita id quantum nunc sit. Ebrietas rursus non hereditatem regni accipit. Sed quis est multorum sermo ? Ergo , si et ego et ille in iisdem sumus , non parva consolatio. Quid ergo ? Certe non pari tu et ille supplicio affriceris : alioquin etiam hoc consolatio non est. Tunc enim malorum consortium habet consolationem , cum moderata mala sunt ; cum autem exsuperant , et in excessum doloris ducunt , non ultra sinunt consolationem accipere. Dic enim illi qui cruciatur et in rogum injicitur , Ille talis etiam hoc patitur ; ne quidem sentiet consolationem. Nonne omnes simul Israelitæ periire ? quam ipsis hoc consolationem attulit ? annon id majorem incutiebat dolorem ? ideoque dicebant , *Perimus , in perniciem inus , consumpti sumus* (*Num. 17. 12*). Qualis igitur hæc consolatio ? Frustra nos ipsos consolamur spe tali. Una solam consolatio est , non incidere in illum ignem inextinctum : si incidamus autem , nulla erit consolatio , ubi stridor dentium , fletus , vermis immortalis , ignis inextinctus. An ullam , quæso te , consolationem excogites , in ærumnis et angustia versans ? in temetipso enim tunc eris. Ne , quæso et oro , ne temere nosmetipsos decipiamus , et talibus dietis consolemur ; sed hæc faciamus , quæ nos salute donare poterunt. Considerare cum Christo proponitur , et tu hæc curiose scrutaris ? Si enim nullum aliud esset peccatum , pro talibus dietis quod supplicium nos subire oporteret , quod ita ignavi , ita miseri , ita segnes simus , ut , tali proposito honore , hæc dicamus ? Cum autem tunc cogitaveris eos qui recte se gesserunt , annon magis tabesces ? cum ex servis , ex infimi generis quosdam videris , qui cum parum laboraverint , solii regii consortes illic erunt , annon hæc ipso supplicio pejora tibi videbuntur ? Si enim nunc quosdam videns prospere agentes , etsi nihil mali pateris , id omni supplicio gravius tibi est , et præ dolore peris , teipsum lugens et lacrymaris , et mille mortibus dignum judicas : quid tunc patieris ? Si enim gehenna

non esset, annon ipsa regni cogitatio satis esset ad te obruendum et perdendum? Et quod id hoc pacto se habiturum sit, a rerum experientia disci potest. Ne itaque nos his dictis frustra consolemur, sed attendamus, de salute solliciti simus, virtutemque

exerceamus, et ad bona opera nos excitemus, ut tantam gloriam consequi dignemur, in Christo Jesu Domino nostro, quicum Patri et una Spiritui sancto imperium, gloria, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XL.

Quod oporteat omnia facere et operari pro salute fratrum nostrorum, quodque magnum bonum sit contra nos admissa peccata condonare, et quod id majus eleemosyna sit.

Nihil felicius iis qui regnum cælorum consequuntur, fratres, ut nihil miserabilius iis qui illud amittunt. Si enim quis a patria pulsus, omnium commiserationem movet, et qui hereditatem amisit, omnibus miser esse videtur: qui e cælo et ex bonis illic repositis excidit, quot lacrymis plangi debet? imo non plangi; plangitur enim quis, cum quid patitur, vultus ipse non in causa est; cum autem ex propria voluntate seipsum in nequitiam coniecit, non lacrymis, sed lamentis dignus erit; imo etiam luctu. Etenim Dominus noster Jesus Christus Jerusalem, etsi impie agentem, luxit et deploravit (*Luc. 19*). Vere mille fletibus digni sumus, mille lamentis. Si totius orbis assumpta voce, et lapides et ligna et arbores et bestię et aves et pisces, totus, inquam, orbis si assumpta voce nos delectet qui a bonis illis excidimus, non pro merito fletet et lamentaretur. Quis enim sermo, quæ mens illam beatitudinem declarare possit, illam virtutem, voluptatem, gloriam, lætitiā, splendorem? *Quæ oculus non vidit, et auris non audivit, et in cor hominis non ascenderunt* (*1. Cor. 2. 9*). Non dixit, Superat tantum, sed nec cogitavit quisquam, *Quæ præparavit Dominus diligentibus se*. Nam quæ bona Deus præparat, qualia esse verisimile est? Si enim postquam nos fecit statim, antequam quidvis fecissemus, tanta largitus est, paradysum, colloquium cum ipso, immortalitatem promisit, vitam beatam et curis vacuum: iis qui tanta fecerint, qui decertarint, qui pro ipso passi fuerint, quid non largietur? Unigenito non pepercit propter nos, Filium genuinum ad mortem tradidit propter nos inimicos: quo nos non dignabitur, si amici efficiamur? quid non dabit nobis sibi reconciliatis? Et dives est admodum et immensus, cupitque ac curat amicitiam consequi nostram: nos vero, dilecti, non ita curamus illam consequi; et quid dico, non curamus? nolumus sic bona illa consequi ut ille vult; et quod magis velit, per id quod fecit ostendit. Nos enim pro nobis ipsis vix parum pecuniæ contemnimus; ipse vero pro nobis Filium suum dedit. Utamur, ut par est, Dei caritate, fruamur ejus amicitia: *Vos enim amici mei estis, inquit, si feceritis quæ dico vobis* (*Joan. 15. 14*). Papæ! inimicos, qui immenso spatio ab illo distant, a quibus supra modum per omnia differt, hos amicos suos vocat. Quid ergo non patiendum esset pro tali amicitia? Pro hominum amicitia sæpe periclitamur; pro Dei vero amicitia ne pecunias qui-

dem profundimus? Luctu sane digna sunt nostra; luctu, lacrymis, gemitibus, lamentis magnis et planctu. A spe nostra excidimus, a celsitudine nostra humiliati sumus, indigni Dei honore visi sumus, improbi post beneficia facti sumus et ingrati: ab omnibus bonis nos nudavit diabolus. Qui dignati fueramus esse filii et fratres et coheredes, ab inimicis ejus, qui ipsum injuria affecerunt, nihil differimus. Quæ nobis erit demum consolatio? Ipse nos vocavit ad cælum, nos autem ad gehennam nos dejecimus. Itaque et mendacium et furtum et adulterium effusa sunt super terram: alii sanguinem super sanguinem miscent, alii res faciunt sanguine pejores: multi qui læduntur, multi quorum bona rapiuntur, mille optant mortes potius quam hæc pati; et nisi Dei timore detinerentur, sibi manus inferrent, ita mortem optant. Hæccine non sunt sanguine pejora? *Hæi mihi, o anima! quia periit pius a terra, et qui recte agat apud homines non est* (*Mich. 7. 2*). Nunc autem nos pro nobis ipsis clamemus primum. Sed lamentum mecum suscipite. Fortasse quidam et recusant et rident: ideo enim lamentum augendum est, quia ita insanimus et amentes sumus, neque an insaniamus scimus, sed de quibus gemere oporteret ridemus. *Revelatur, o homo, ira de cælo super omnem impietatem et injustitiam hominum* (*Rom. 1. 18*). *Deus manifeste veniet* (*Psal. 49. 3*). *Ignis ante illum præcedet, et in circuitu ejus tempestas valida: ignis ante illum exardescet, et inflammabit in circuitu inimicos ejus* (*Psal. 96. 3*). *Dies Domini ut fornax accensa* (*Mal. 4. 1*). Et nemo hæc in mentem conjicit; sed hæc tremenda et formidanda dogmata magis quam fabulæ despiciuntur et conculcantur; ac nemo est qui audiat, sed irrident omnes. Quis nobis exitus erit? undenam salutem inveniemus? *Periimus, consumpti sumus* (*Num. 17. 12*): facti sumus in derisum inimicis nostris, et in subsannationem gentibus ac demonibus. Altum sapit nunc diabolus, exultat et gaudet; angeli quibus nos concrediti sumus, omnes in pudore et tristitia versantur: nemo est qui convertatur, frustra a nobis omnia consumpta sunt, et vobis delivare videmur? Opportunum nunc est advocare cælum, quia nemo audit, et elementa contestari: *Audi, cælum, et ausculta, terra, quia Dominus loquutus est* (*Isai. 1. 2*). Date manum, porrigite, qui nondum demersi estis, iis qui ab ebrietate perierunt; qui sani estis, ægris; qui vigiles estis, furentibus et iis qui circumferuntur. Nemo igitur gratiam amici salutis ejus anteponat: et contumelia et increpatio ad unam respiciat ejus utilitatem. Cum febris apprehendit, etiam servi dominum tenent. Cum enim ille uratur, anima turbata, mancipiorum

Καὶ ὅτι τοῦτο οὕτως ἔξει, ἱκανὸν ἀπὸ τῆς πείρας τῶν πραγμάτων μαθεῖν. Μὴ τοίνυν εἰκῆ ψυχαγωγώμεν ἑαυτοὺς τοῖς τοιοῦτοις ῥήμασιν· ἀλλὰ προσέχου- μεν καὶ φροντίζου- μεν τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, καὶ ἀρε- τῆς ἐπιμελώμεθα, καὶ πρὸς τὴν τῶν καλῶν ἐργασίαν

ἑαυτοὺς διεγείρωμεν, ἵνα καταξιοθῶμεν τυχεῖν τῆς τοσαύτης δόξης, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι κράτος, δόξα, τιμὴ, νῦν καὶ αἰεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ Μ.

Περὶ τοῦ, ὅτι δεῖ πάντα ποιεῖν καὶ πραγ- ματεῦσθαι ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν· καὶ ὅτι μέγα ἀγαθὸν, τὸ συγχωρεῖν τοῖς εἰς ἡμᾶς πλημμελοῦσι τὰ ἀμαρτήματα· τοῦτο δὲ μείζον ἐλεημοσύνης ἐστίν.

Οὐδὲν τῶν ἐπιτυχανόντων τῆς βασιλείας τῶν οὐ- ρανῶν μακαριώτερον, ἀδελφοί, ὡσπερ οὐδὲ τῶν ἀπο- τυγχανόντων ἀθλιώτερον. Εἰ γὰρ πατρίδος τις ἐκθε- βλημένος ὑπὸ πίντων ἐλεεῖται, καὶ κληρονομίαν ἀπολέσας δοκεῖ παρὰ πᾶσιν ἐλεεινός· εἶναι· ὁ τοῦ οὐρανοῦ ἐκπίπτων καὶ τῶν ἀποκειμένων ἀγαθῶν ἐκεί, πῶσιν δορεῖται δακρύσαι δακρῦσθαι· μᾶλλον δὲ οὐδὲ δακρῦσθαι· δακρῦσαι γὰρ τις, ὅταν τὴν πίσθην ἣν οὐκ αὐτός ἐστιν αἴτιος. Ὅταν δὲ ἐξ οικείας γνώμης ἑαυ- τὸν περιπεῖρη τῇ κακίᾳ, οὐδὲ δακρῦων, ἀλλὰ θρήνων ἔσται ἄξιος· μᾶλλον δὲ καὶ τότε πένθους. Ἐπεὶ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν Ἱερου- σαλήμ, καίτοι ἀσεβοῦσαν, ἐπένοησε καὶ ἐδάκρυσεν. Ὅντως μυρίων ὀδουρῶν ἄξιός ἐσμεν, μυρίων θρήνων, ἔαν πᾶσα ἡ οἰκουμένη λαβοῦσα φωνὴν, καὶ λίθοι καὶ ξύλα καὶ δένδρα καὶ θηρία καὶ ὄρνεις καὶ ἰχθύες, καὶ ἀπλῶς πᾶσα ἡ οἰκουμένη, ἔαν λαβοῦσα φωνὴν, ἡμᾶς ὀδύρηται τοὺς ἐκπεπωκότας τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων, οὐδὲν κατ' ἀξίαν ὀδύρηται, οὐδὲ θρηνησεί. Ποῖος γὰρ λόγος παραστῆσαι δυνηθεῖται, ποῖος νοῦς ἐκείνην τὴν μακαριότητα, καὶ τὴν ἀρετὴν ἐκείνην, τὴν ἡδονὴν, τὴν δόξαν, τὴν εὐφροσύνην, τὴν λαμπρότητα· Ἄ δὲθαλίμῳ οὐκ εἶδε, καὶ οὐκ οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη· Οὐκ εἶπεν, ὅτι ὑπερ- θαινέαι ἀπλῶς, ἀλλ' οὐδὲ ἐνενόησέ ποτέ τις, Ἄ ἠτοί- μασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Ἄν γὰρ ἐτοι- μαστῆς καὶ παρασκευαστῆς· ὁ Θεὸς ἀγαθῶν, ποῖα εἰκὸς εἶναι ταῦτα· Εἰ γὰρ ποιήσας ἡμᾶς εὐθέως, εὐ- δευὸς παρ' ἡμῶν προσηργημένου, τοσαῦτα ἐχαρίσα- το, παράδοξον, ὀμίλιαν τὴν μετ' αὐτοῦ, ἀθανασίαν ὑπέσχετο, βίον μακάριον καὶ φροντιστῶν ἀηλλαγμέ- νον· τοῖς τοσαῦτα πειρηκόσι καὶ ἠθληκόσι καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ ὑπομείνασι τί οὐ χαριεῖται· Τοῦ Μονογενοῦς οὐκ ἐφείσατο δι' ἡμᾶς, τὸν Υἱὸν τὸν γνήσιον εἰς θά- νατον ἔδωκε δι' ἡμᾶς ἐχθροὺς θένος· τίνος οὐ καταξιώ- σαι [731] γενομένου φίλους· τίνος οὐ μεταδώσει, κατ- ἀλλάξας ἑαυτῷ· Καὶ πλουσίός ἐστι σφόδρα καὶ ἄπει- ρος, καὶ ἐπιθυμεῖ καὶ σπουδάζει τῆς ἡμετέρας φι- λίας τυχεῖν· ἡμεῖς δὲ οὐ σπουδάζομεν οὕτως, ἀγα- πητοί, ἐπιτυχεῖν. Καὶ τί λέγω, οὐ σπουδάζομεν· οὐ θέλομεν οὕτω τυχεῖν αὐτοῦ τῶν ἀγαθῶν, ὡς αὐτὸς θέλει. Καὶ ὅτι πλέον θέλει, δι' ὃ οὐ ποιήσεν εἰδείξεν. Ἡμεῖς μὲν γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν μόλις ὀλίγου κα- ταφρονοῦμεν χρυσίου· αὐτὸς δὲ ὑπὲρ ἡμῶν καὶ τὸν Υἱὸν ἔδωκε τὸν αὐτοῦ. Χρησάμεθα εἰς θεόν τῇ ἀγά- πῃ τοῦ Θεοῦ· ἀπολαύσομεν αὐτοῦ τῆς φιλίας· Ὑμεῖς γὰρ φίλοι μου ἐστέ, φησὶν, ἔαν ποιήτε ἂ λέγω ὑμῖν. Βαβαί· τοὺς ἐχθροὺς, τοὺς ἀπίρους αὐτῷ διεστηκότας, ὧν ἀσυγκρίτῳ τῇ ὑπερβολῇ κατὰ πάντα διενήνοχε, τούτους φίλους αὐτοῦ καλεῖ. Τί οὖν οὐχ αἰρετὸν παθεῖν ὑπὲρ ταύτης τῆς φιλίας· Ὑπὲρ ἀνθρώπων φιλίας πολλὰκις κινδυνεύομεν· ὑπὲρ δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ οὐδὲ χρεῖματα προτιμέθεα· Πένθους βυ-

τως ἄξια τὰ ἡμετερα, πένθους καὶ δακρῶν καὶ ὀδυρ- μῶν καὶ ὀλοφουρμῶν μεγάλου καὶ κοπετῶν. Τῆς ἐλ- πίδος ἡμῶν ἐξεπέσαμεν, ἐταπεινώθημεν ἀπὸ τοῦ ὕψους ἡμῶν, ἀνάξιοι τῆς τιμῆς ἐφάνημεν τοῦ Θεοῦ. ἀγνώμονες καὶ μετὰ τὰς εὐεργεσίας γεγόναμεν καὶ ἀχάριστοι· ἐγύμνωσεν ἡμᾶς πάντων ὁ διάβολος τῶν ἀγαθῶν. Οἱ καταξιοθῆντες εἶναι υἱοὶ καὶ ἀδελφοὶ καὶ συγχληρόνομοι, τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ οὐδὲν διενη- νόχαμεν τῶν ὑβρίζοντων αὐτόν. Τίς ἡμῖν ἔσται παρα- μυθία λοιπόν· Αὐτὸς ἡμᾶς ἐκάλεσε πρὸς τὸν οὐρανόν· ἡμεῖς δὲ ἑαυτοὺς πρὸς τὴν γέενναν ὠθήσαμεν. Ἄρα καὶ ψεῦδος καὶ κλοπὴ καὶ μοχλία κέχρηται ἐπὶ τῆς γῆς· οἱ μὲν αἵματα ἐφ' αἵμασι μινύουσιν, οἱ δὲ πράγματα πρᾶττουσιν αἱμάτων χείρονα· πολλοὶ τῶν ἀδικουμένων, πολλοὶ τῶν πλεονεκτουμένων μυρίους εὐχονται θανάτους ἢ ταῦτα παθεῖν· καὶ, εἰ μὴ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον ἐδεδοίκεσαν, καὶ διεχειρίσαντο ἂν ἑαυτοὺς, οὕτω φωνῶντες καθ' ἑαυτῶν. Ταῦτα οὖν οὐχ αἱμάτων χεῖρω· Οἱμοὶ ψυχῇ, ὅτι ἀπόλωλεν εὐλα- θῆς ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ὁ κατορθῶν ἐν ἀνθρώποις οὐχ ὑπάρχει. Νῦν καὶ ἡμεῖς βοηθώμεν ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν πρῶτον. Ἄλλὰ μοι τοῦ θρήνου συλλάβεσθε. Τάχα τινὲς καὶ οἰωνίζονται καὶ γελῶσι. Διὰ γὰρ τοῦτο ἐπιτείνειν χρῆτὸν θρήνον, ὅτι οὕτω μαινόμεθα καὶ παραπαίνομεν, ὅτι οὐδὲ εἰ μαινόμεθα ἴσμεν, ἀλλ' ἐφ' οἷς ἐχρῆν στένειν γελῶμεν. Ἀποκαλύπτεται, ἀνθρώπε, ἐργὴ ἀπ' οὐρανοῦ ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων. Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἔξει. Πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ προπορεύσεται, καὶ κύκλω αὐτοῦ καταίρις σφοδρά· πῦρ ἐναντίον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ φλογεῖ κύκλω τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. Ἡμέρα Κυρίου ὡς κλίβανος καιόμενος. Καὶ οὐδεὶς ταῦτα εἰς νοῦν βάλλεται, ἀλλὰ μῦθον μᾶλλον καταπεσφρόνηται τὰ φρικώδη ταῦτα δόγματα καὶ φοβερά, καὶ πεπᾶτται, καὶ ὁ ἀκούων οὐδεὶς, οἱ δὲ γελῶντες καὶ χλευάζοντες πάντες. Τίς ἔσται πόρος ἡμῖν· πόθεν σωτηρίαν εὐρήσομεν· Ἀπολώ- λαμεν, παρατηλώμεθα, γεγόναμε τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν κατάγελως, καὶ χλευασμῶς τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν δαιμόνων. Μέγα φρονεῖ νῦν ὁ διάβολος, γαυροῦται καὶ χαίρει· ἐν αἰσχύνῃ οἱ πιστευθέντες ἡμᾶς ἄγγελοι πάντες καὶ κατηρεῖ· οὐδεὶς δὲ ἐπιστρέφω, εἰκῆ πάντα ἡμῖν ἀνάλωται, καὶ ἡμεῖς ὑμῖν δοκοῦμεν ληρεῖν· Εὐχαῖρον καὶ νῦν καλέσαι τὸν οὐρανόν, ὅτι οὐδεὶς ὁ ἀκούων, διαμαρτύρασθα· τὰ στοιχεῖα [732] Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, γῆ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν· δότε χεῖρα, ὀρέξατε οἱ μηδέπω καταβαπτισθέντες τοῖς ὑπὸ τῆς μέθης ἀπολωλόσιν, οἱ υγιαινόντες τοῖς κάμνουσιν, οἱ νήφοντες τοῖς μαινόμενοις καὶ τοῖς πα- ριφερομένοις. Μηδὲς τοίνυν χάριν τῆς σωτηρίας τοῦ φίλου προτιμάτω· καὶ ἡ ὕβρις καὶ ἡ ἐπιτιμησις εἰ· Ἐν ὁράτῳ μόνον, αὐτοῦ τὴν ὠφέλειαν. Ὅταν πυρε- τὸς καταλάβῃ, καὶ δεῦλοι κρατοῦσι· δεσποτῶν. Ὅταν γὰρ ἐκεῖνος μὲν ἐπικαλεῖται, τὴν ψυχὴν συγγέων, ἀνδραπόδων δὲ ἐσμός παρεστήκει, οὐδενὶ εἴκει, οὐδὲ ἐπιγινώσκει τὸν νόμον τὸν δεσποτικὸν ἐν τῇ βλάβῃ τοῦ δεσποῦ. Συστρέψωμεν ἑαυτοὺς, παρακαλώ.

Πόλεμοι καθημερινοί, καταποντισμοί, ἀπώλειαι μυρῖαι κίχλι, καὶ πάντοθεν ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ περιστοιχίζεται· ἡμεῖς δὲ, ὡς εὐαρεστοῦντες, οὕτως ἐσμὲν ἐν ἀδείᾳ· πάντες τὰς χεῖρας εἰς πλεονεξίαν εὐτρεπίζομεν, οὐδεὶς εἰς βοήθειαν· πάντες εἰς ἀρπαγὴν, οὐδεὶς εἰς προστασίαν. Ἐκαστος ὅπως πλεῖονα ποιήσῃ τὰ ὄντα ἐσπούδακεν, οὐδεὶς ὅπως βοηθήσῃ τῷ δεομένῳ· ἕκαστος πῶς προσθῆ τοῖς χρήμασι πολλὴν ἔχει τὴν μέριμναν, οὐδεὶς ὅπως τὴν ψυχὴν τὴν αὐτοῦ διασώσῃ. Φόβος εἰς ἔχει πάντας, μὴ πενιχροί, φησὶ, γενώμεθα· μὴ εἰς γένεον ἐμπέσωμεν, οὐδεὶς ἀγωνιᾷ καὶ τρέμει. Ταῦτα ὀρθῶν, ταῦτα κατηγορίας, ταῦτα διαβολῆς ἄξια. Ἄλλ' οὐ ταῦτα ἐβουλόμην λέγειν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ὀδύνης βιάζομαι. Σύγγνωτε, ὑπὸ πένθους ἀναγκάζομαι· πολλὰ καὶ ὧν οὐ βούλομαι φθέγγομαι. Χαλεπὴν ὄρω τὴν πληγὴν, ἀπαρμύθητον τὴν συμφορὰν, παρακλήσεως μείζονα τὰ καταλαθόντα ἡμᾶς δεῖνά· ἀπολύσαμεν. *Τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου πηγὰς δακρύων, ἵνα θρηνησῶ;* Κλαύσωμεν, ἀγαπῆτοί, κλαύσωμεν, στενάξωμεν. Τὰχα τινὲς εἰσὶν ἐνταῦθα λέγοντες. Πάντα θρήνων ἡμῖν λέγει, πάντα δάκρυα. Οὐκ ἐβουλόμην, πιστεύσατε, οὐκ ἐβουλόμην, ἀλλ' ἐγκώμια καὶ ἐπαίνους διεξιέναι· νυνὶ δὲ οὐ τούτων καιρός. Οὐ τὸ θρηνεῖν, ἀγαπῆτοί, χαλεπὸν, ἀλλὰ τὸ θρήνων ἄξια ποιεῖν· οὐ τὸ ὀδύρεσθαι ἀποτρόπαιον, ἀλλὰ τὸ τὰ ὀδύρων ἄξια πράττειν. Μὴ κολασθῆς, καὶ οὐ πενθῶ· μὴ ἀποθάνῃς, καὶ οὐ κλαίω. Ἄλλ' ἐὰν μὲν τὸ σῶμα κέρται νεκρὸν, πάντας παρακαλεῖς συναγαγεῖν, καὶ ἀσυμπαθεῖς ἡγῆ τοὺς μὴ πενθοῦντας· τῆς δὲ ψυχῆς ἀπολλυμένης, λέγεις μὴ πενθεῖν; Ἄλλ' οὐ δύναμαι· πατὴρ εἰμι, καὶ δακρύω· πατὴρ εἰμι φιλόστοργος. Ἄκουετε οἶα βοᾷ ὁ Παῦλος· *Τεχνία μου, οὐκ ἄλλιν ὠδίνω.* Ποία μήτρον κύουσα οὕτω πικρὰς ἀφήσει φωνὰς, ὡς ἐκεῖνος; Εἶθε ἐντὴν αὐτὴν τῆς διανοίας τὴν πυρὰν ἰδεῖν, καὶ εἶδες ἄν, ὅτι πάσης γυναικὸς καὶ κόρης χηρεῖαν ἄωρον ὑποστάσης πλεοναῖομαι· οὐχ οὕτως ἐκείνη τὸν ἄνδρα πενθεῖ τὸν αὐτῆς, οὐδὲ πατὴρ υἱὸν, ὡς ἐγὼ τὸ πλῆθος τοῦτο τὸ παρ' ἡμῖν. Οὐδεμίαν ὄρω προκοπὴν· πάντα εἰς διαβολὰς καὶ κατηγορίας· οὐδεὶς ἔργον τίθεται ἀρέσκειν Θεῷ· Ἄλλὰ τὸν δεῖνα, φησὶν, ἐπρωμεν κακῶς καὶ τὸν δεῖνα· ὁ δεῖνα ἀνάξιος τοῦ κλήρου, ὁ δεῖνα ἀσέμνως βίσι. Ὁφείλοντες τὰ ἡμέτερα πενθεῖν, κακὰ κρινόμεν ἐτέρους; Οὐδὲ ὅτε καθαροὶ ἐσμεν ἀμαρτημάτων, ὀφείλομεν τοῦτο ποιεῖν. *Τίς γὰρ σε διακρίνει, φησὶ, τί δὲ ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες; εἰ δὲ καὶ ἔλαβες, τί κευχάσαι ὡς μὴ λαθῶν;* Σὺ δὲ τί κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου, μυρῖον αὐτὸς γέμουν κακῶν; Ὅταν εἴπῃς, Ὁδεῖνα πονηρὸς ἐστὶ [753] καὶ λυμενός, καὶ μοχθηρὸς, ἐνόησον σαυτὸν, καὶ ἐξέτασον ἀκριβῶς τὰ σαυτοῦ, καὶ μεταμελετήσῃ ἐπὶ τοῖς λεχθεῖσιν. Εἰ τι οὖν ἐν ἐκκλησίᾳ, ὡσπερ ἐν δικαιοῖς σταθμοῖς, τοὺς λόγους ἡμῶν στήσαι ἐπιχειρήσει, ἐν μυρῖοις τάλαντοῖς λόγων βιωτικῶν μόλις εὐρήσει θηνάρια ἕκαστον ῥημάτων πνευματικῶν, ἢ μᾶλλον οὐδὲ ὀβολοὺς δέκα. Εἰ οὖν ὁ Θεὸς ταῦτα παρατηρήσει, τίς ὑποστήσεται; Ταῦτα ἐνοοῦντες, οἰκτίρμονες ὦμεν, συγγνωμονικῶς περὶ τοὺς ἀμαρτάνοντας εἰς ἡμᾶς. Ἐκατὸν θηνάρια ἐστὶν ἐνταῦθα, τὰ εἰς ἡμᾶς ἀμαρτήματα· τὰ δὲ εἰς τὸν Θεὸν παρ' ἡμῶν, μυρῖα τάλαντα. Ἰστε γὰρ ὅτι καὶ τῇ ποιότητι τῶν προσώπων τὰ ἀμαρτήματα κρινονται· οἷόν τι λέγω· ὁ τὸν ἰδιώτην ὕβρισας ἤμαρτεν, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως, ὡς ὁ τὸν ἄρχοντα, καὶ μειζῶνως τοῦτου ὁ τὸν μείζονα ἄρχοντα, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ὡς ὁ τὸν ἐλάττονα· ὁ δὲ τὸν βασιλέα, πολλῶ πλεον·

καὶ ἡ μὲν ὕβρις ἐστὶν ἡ αὕτη· τῇ δὲ ὑπεροχῇ τοῦ προσώπου μείζων γίνεται. Εἰ δὲ ὁ βασιλέα ὕβριζων, ἀφόρητον ἔχει τὴν τιμωρίαν διὰ τὴν τοῦ προσώπου ἀξιοπιστίαν· ὁ τὸν Θεὸν ὕβριζων πόσων ἔσται ὑπεύθυνος τάλαντων; Ὅστε κἂν τὰ αὐτὰ εἰς τὸν Θεὸν ἀμαρτάνωμεν, ἄπερ εἰς τοὺς ἀνθρώπους, οὐδὲ οὕτω τὸ ἴσον ἐστὶν· ἀλλ' ὅσον μέσον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, τοσούτον τῶν ἀμαρτημάτων ἐκείνων καὶ τούτων. Νυνὲν δὲ καὶ πλεῖονα εὐρίσκω τὰ ἀμαρτήματα οὐ τῇ ὑπεροχῇ τοῦ προσώπου μεγάλα γινόμενα, ἀλλὰ καὶ αὐτῇ τῇ φύσει. Καὶ φρικτὸς μὲν ὁ λόγος καὶ φοβερός ὄντως, πλὴν ἀνάγκη λεχθῆναι, ἵνα ἡμῶν τὴν διάνοιαν κατασεῖσῃ καὶ παρασαλεύσῃ· δεικνύς ὅτι πολλῶ πλεον ἀνθρώπους φοβούμεθα, ἢ τὸν Θεόν, καὶ τιμῶμεν ἀνθρώπους, ἢ τὸν Θεόν. Ἐνόησον· ὁ μοιχεύων οἶδεν, ὅτι Θεὸς αὐτὸν ὄρᾳ, καὶ τούτου μὲν καταφρονεῖ· ἂν δὲ ἀνθρώπου ἴδῃ, κατέχει τὴν ἐπιθυμίαν. Οὐχὶ προτιμᾷ ἀνθρώπους μόνον, οὐχὶ ὕβριζει τὸν Θεόν, ἀλλὰ καὶ τὸ πολλῶ χαλεπώτερον, ἐκείνους δεδοικώς, τούτου καταφρονεῖ. Ἄν μὲν γὰρ ἐκείνους ἴδῃ, κατέχει τὴν φλόγα τῆς ἐπιθυμίας. Μᾶλλον δὲ ποῖαν φλόγα; οὐκέτι φλόξ, ἀλλὰ ὕβρις. Εἰ μὲν γὰρ μὴ ἐξῆν γυναικὶ κερηθῆσθαι, εἰκότως φιλῆ τὸ πρᾶγμα ἦν· νυνὶ δὲ ὕβρις καὶ στῆνος. Ἄν μὲν γὰρ ἀνθρώπους ἴδῃ, ἴσταται τῆς μακρίας· τῆς δὲ τοῦ Θεοῦ μακροθυμίας ἔλαττον φροντίζει. Πάλιν, ἕτερος ὁ κλέπτων συνοῖδεν ὅτι ἀρπάξει, καὶ ἀνθρώπους μὲν πειρᾶται ἀπατήσαι, καὶ ἀπολογεῖται πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας, καὶ σῆγμα περιτίθησι τῇ ἀπολογίᾳ· τὸν δὲ Θεὸν μὴ δυνάμενος πείσαι, οὐ φροντίζει, οὐδὲ αἰδεῖται, οὐδὲ τιμᾷ. Κἂν μὲν ὁ βασιλεὺς κλεισθῇ ἀπέχεσθαι τῶν ἐτέρου χρημάτων, μᾶλλον δὲ καὶ τὰ αὐτοῦ δοῦνα, πάντες ἐτοίμως εἰσφέρομεν· τοῦ δὲ Θεοῦ κελεύοντος μὴ ἀρπάξαι, μὴ δὲ ἐτέρων λαμβάνειν, οὐκ ἀνεχόμεθα. Ὅρᾳς ὅτι προτιμῶμεν ἀνθρώπους τοῦ Θεοῦ; Φορτικὸν τὸ ῥῆμα καὶ ἐπαχθές· ἀλλὰ δεῖξατε ὅτι φορτικόν, φύγετε τὸ ἔργον· εἰ δὲ τὸ ἔργον οὐ δεδοίκατε, πῶς ὑμῖν πιστεύσαι δύναμαι λέγουσιν, ὅτι τὰ ῥήματα δεδοίκαμεν, καὶ βαρεῖς ἡμᾶς; Ὑμεῖς αὐτοὺς τῷ ἔργῳ βαρεῖτε, καὶ οὐδεὶς λόγος· ἐγὼ δὲ, ἂν τὰ ῥήματα εἶπω, ὧν ὑμεῖς τὰ πρᾶγματα πράττετε, ἀγανακτεῖτε; καὶ πῶς οὐκ ἄστογον; Γένοιτο ψεῦδος εἶναι τὰ παρ' ἐμοῦ· βούλομαι αὐτὸς λοιδορίας δόξαν λαθεῖν κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ὡς εἰχῆ καὶ μάτην [754] λοιδορησάμενος ὑμᾶς, ἢ ἰδεῖν ὑπὲρ τοιούτων ἐγκαλουμένων. Οὐ μόνον δὲ αὐτοὶ ἀνθρώπους προτιμᾶτε τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐτέρους ἀναγκάζετε. Πολλοὶ πολλοὺς οἰκέτας ἠνάγκασαν καὶ παῖδας· οἱ μὲν εἰς γάμον εἴλκυσαν μὴ βουλομένους, οἱ δὲ ὑπηρετήσασθαι διακονίας ἀτόποις καὶ ἔρωτι μαρῶν καὶ ἀρπαγῆς καὶ πλεονεξίας καὶ βίαις· ὥστε διπλοῦν εἶναι τὸ ἐγκλημα, καὶ μὴδὲ ἀπὸ τῆς ἀνάγκης συγγνώμην αὐτοὺς εὐρέσθαι. Εἰ γὰρ αὐτὸς ἄκων πράττει τὰ πονηρὰ, καὶ διὰ τὸ ἐπίταγμα τοῦ ἄρχοντος· μάλιστα μὲν οὐδὲ οὕτως ἱκανὴ ἡ ἀπολογία, πλὴν χαλεπωτέρα γίνεται ἡ ἀμαρτία, ὅταν καὶ ἐκείνους ἀναγκάζῃ τοὺς αὐτοὺς περιπίπτειν. Ποῖα γὰρ ἂν εἴη τῷ τοιοῦτῳ συγγνώμη λοιπόν; Ταῦτα εἶπον, οὐχὶ κατακρίναι βουλόμενος ὑμᾶς, ἀλλὰ δεῖξαι πόσων ἐσμεν ὀφειλέται τῷ Θεῷ. Εἰ γὰρ καὶ ἐξ Ἰσου τιμῶντες ἀνθρώπων τοῦ Θεοῦ, ὕβριζομεν τὸν Θεόν· πολλῶ μᾶλλον, ὅταν προτιμῶμεν ἀνθρώπους. Εἰ καὶ ταῦτα τὰ ἀμαρτήματα τὰ εἰς ἀνθρώπους γινόμενα, εἰς Θεὸν πολλῶ μείζονα δείκνυται· πόσω μᾶλλον, ὅτε καὶ αὐτῇ ἡ ἀμαρτία τῇ ποιότητι μείζων ἢ καὶ χαλεπωτέρα; Ἐξεταξέτω τις αὐτὸν, καὶ εἰς πάντα δι' ἀνθρώπους ποῖων. Σφόδρα ἤμεν μα-

agumen adest, nemiui cedens, neque heri legem agnoscit in damnum domini. Nos convertamus, rogo. Bella quotidiana, demersiones, perniciēs innumeræ circum, et undiq̄ ira Dei circumstisit: nos autem quasi ipsi placet in securitate sumus: omnes manus ad rapinam apparamus, nemo ad auxilium; omnes ad rapinam, nemo ad patrociniū. Singuli ut opes augeant student, nemo ut egeno ferat opem; singuli, ut pecunias accumulēt, admodum curant; nemo, ut animam seruet suam. Timor unus occupat omnes, Ne pauperes, inquit, evadamus; ne autem in gehennam incidamus nemo anxius est, nemo tremit. Hæc stetitibus, hæc accusatione, hæc criminatione digna sunt. At non hæc dicere volebam, verum a dolore cogor. Ignoscite, a gemitu cogor; multa dico quæ nollem. Gravem video plagam, inconsolabilem calamitatem: quæ nos occuparunt mala, consolationem non admittunt: periimus. *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontes lacrymarum, ut lugeam (Jer. 9. 1)?* Fleamus, dilecti, fleamus, ingemiscamus. Forte quidam sunt hic dicentes, Omnia lamentationes, omnia lacrymas dicit. Nollem, credite, nollem, sed encomia et laudes semper efferre: nunc autem horum tempus non est. Non lamentari grave est, dilecti, sed lamentis digna facere: non ingemiscere avertendum est, sed gemitibus digna patrare. Ne puniaris, et non ingemisco; ne moriaris, et non ploro. Sed si corpus quidem mortuum jaceat, omnes advocas ad condolendum, et inmiscordes dicis eos qui non lugent; anima vero pereunte, dicis non lugendum esse? Sed non possum: pater sum, et lugeo; pater sum filios amans. Audite quid clamat Paulus: *Filioli mei, quos iterum parturio (Galat. 4. 19)*. Quæ mater pariens ita acerbas emittit voces, ut ille? Utinam animi rogum videre liceret, et videres me magis uri, quam quævis junior puella et mulier immaturam viduitatem passa: non tam illa virum suum lugeat, neque pater filium, quam ego hanc nostram multitudinem. Nullum video profectum, omnia in calumnias et accusationes vergunt, et nemo placere Deo studet. Sed de hoc et de illo, inquit, male dicamus; ille clero indignus est, ille inhoneste vivit. Cum nostra lugere deberemus, de aliorum malis judicamus? Neque, si a peccatis puri essemus, hoc deberemus facere: *Quis enim te discernit, inquit? quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis (1. Cor. 4. 7)?* Tu vero, cur judicas fratrem tuum, cum innumeris plenus sis malis? Cum dixeris, Ille improbus est, perniciosus, molestus, teipsum considera, et tua accuratius examina, ac de dictis poenitentiam ages. Si quis ergo in ecclesia, quasi in statera justa, verba nostra constituere voluerit, ad mille talenta sermonum sæcularium vix denaria centum inveniet verborum spiritualium, imo neque obolos decem. Si ergo Deus illa observet, quis sustinebit? Hæc cogitantes, misericordes simus, ignoscamus iis qui in nos peccaverunt. Centum denarii hic sunt peccata in nos commissa; quæ autem contra Deum a nobis, decem millia talenta. Scitis quoniam

ex personarum conditione peccata judicantur: verbi gratia, qui privatum hominem contumelia affecit, peccavit, sed non ut ille qui principem; et plus quam hic is qui majorem principem, sed non item is qui minorem; qui vero regem, multo magis: et contumelia quidem eadem est, sed ex personæ excellentia fit major. Si autem qui regem contumelia afficit, ob personæ dignitatem intolerabili supplicio traditur: qui Deum afficit contumelia, quot talentorum debitor erit? Itaque licet eadem contra Deum peccata admittamus, quæ contra homines, non par tamen ratio est; sed quantum intervallum est Deum inter et homines, tantum inter hæc et illa peccata. Nunc vero et plura invenio peccata, quæ non ex personæ excellentia magna sunt, sed ex ipsa natura. Et horrendus quidem terribisque sermo est, sed necesse est ut proferatur, quo animum vestrum moveat et exagitet, ostendens nos multo magis homines, quam Deum timere et honorare. Perpende: qui adulterium committit, scit quod Deus videat, illumque despicit; si autem homo videat, concupiscentiam retinet. Non tantum homines præfert, neque tantum contumelia afficit Deum; sed quod longe gravius est, illos timens, Deum despicit. Nam si illos videat, flammam concupiscentiæ retinet; imo vero quæ flamma est? non jam flamma, sed contumelia. Si enim non liceret muliere uti, jure flamma vere esset: nunc autem contumelia et injuria. Si enim homines viderit, insaniam compescit; Dei vero patientiam minus curat. Rursus qui furatur alius, scit se rapere; et homines quidem fallere conatur, et adversus accusatores sese defendit, et purgationi modum apponit; Deo autem cum id persuadere non possit, ipsum despicit, neque reveretur vel honorat illum. Et si rex jubeat ab aliena pecunia abstinere, imo suam dare, prompte omnes asserimus; Deo autem jubente non rapere aut aliena accipere, non paremus. Vident nos Deo homines præferre? Onerosum est dictum et molestum, sed onerosum esse ostendite, fugite opus; si autem opus non timeatis, quomodo possum vobis credere dicentibus. Verba timemus, nobis onerosus es? Vos opere vos ipsos oneratis, et nulla est ratio: ego autem si illa dixero, quæ vos facto committitis, indignamini? et quomodo id absurdum non fuerit? Esto, mendacium sint ea quæ a me procedunt: malo exprobari mihi in die illa, quod temere et frustra vos criminatus sim, quam videre vos his de rebus accusari. Non solum autem vos Deo homines anteponitis, sed et alios ad id faciendum compellit. Multi plurimos domesticos et filios coegerunt: alii ad nuptias traxerunt invito; alii ut ministrarent ad res absurdas, foedo amoris, rapinis, avaritiæ et violentis rebus: ita ut duplex crimen sit, et neque ex necessitate illi veniam obtinere possint. Etsi enim ipse invito mala illa patras et jussu principis, neque sic idonea purgatio est: cæterum gravius est peccatum, quando illis cogis ut in ea ipsa incidant. Quænam illi demum venia esse possit? Hæc dixi, non vos condemnare vo-

lens, sed ut ostendam quantum simus Deo debitores. Nam si, quando hominem et Deum æqualiter honoramus, Deum contumelia afficimus; multo magis, cum homines ipsi præponimus. Si peccata eadem in homines facta, in Deum longe majora ostenduntur; quanto magis, cum ipsum peccatum majus est et gravius? Examinet quis seipsum, et videbit se omnia propter homines facere. Admodum beati essemus, si tanta propter Deum faceremus, quanta propter homines et propter humanam gloriam, metum et honorem. Si ergo tot et tantis sumus obnoxii, debemus ex animo parcere iis qui nobis injuriam faciunt, qui nostra rapiunt, et injuriam oblivisci. Via enim ad remissionem peccatorum non opus habet laboribus, non pecuniarum expensa, nec quoquam alio, sed solum voluntate; non peregrinandum est, non extrema orbis petenda, non pericula subeunda vel labores, sed velle tantum oportet. Quam, quæso, veniam habebimus in iis quæ difficilia videntur esse, quando rem, quæ tantum habet lucrum, tantamque utilitatem, nullumque laborem non facimus? Non potes pecunias spernere? non potes facultates erogare pauperibus? non potes aliquid boni velle? non injuriam facienti parcere? Si enim tot rebus obnoxii non esses, jussisset autem Deus parcere, nonne id facere oportet? nunc autem tot peccatis obnoxii non parcis? et hoc, cum ille repetat ex iis quæ ab ipso habes. Si itaque nos ad debitorem nostrum veniamus, ille rei gnarus, colit, excipit, honorat et largiter omnem ostendit benevolentiam, neque tamen a scœnore solvitur, sed ut nos mitiores reddat circa repetitionem: tu vero, cum tanta Deo debeas, et dimittere jussus, ut tu rursum accipias, non dimittis? cur, rogo te? Væ mihi, quanta fruimur benignitate! quantam vero exhibemus nequitiam! quantum somnum! quantam segnitiam! quam facilis est virtus! Illic non est opus robore corporis, non pecuniis multis, non potentia, non amicitiis, non aliquo alio; sed sufficit tantum velle, totumque perfectum est negotium, multam habens utilitatem. Molestus tibi fuit ille quidam, contumelia affecit et percussit? cogita te multa similia contra alios facere, et contra ipsum Dominum:

sed audivisse? Equis non ridebit his auditis? quis prædicationem non respicit? Aliud enim est auditus, aliud visus; aliud verborum pollicitatio, aliud rerum aspectus et experientia. Sic dubio animo et notitia Thomas cum esset, post octo dies rursus Dominus ad discipulos suos simul congregatos advenit. Intermediis vero diebus reliquit Thomam, ut erudiretur ab amicis suis; concessit eum accendi desiderio sui conspectus; et cum arderet videndi desiderio, tunc demum opportune desideratus desiderantem adiit. Pari modo, ut prius, januis clausis hoc fecit, ac rursus ut pridem dixit eis: *Pax vobis* (Joan. 20. 26), ut et rei et miraculi similitudo, apostolorum narrationem firmaret, et secundi adventus veritatem. *Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, et vide manus meas* (Ibid. v. 27). O benignitatis sublimitatem immensam! o indulgentiæ pelagus infinitum! Non expectavit ut discipulus accederet; non expectavit ut supplex ad se veniret, et id consequi rogaret quod optabat; non vel ad momentum eum optato privavit, sed ipse amatus amato vim intulit; ipse sua voce digitum desiderantis attraxit; ipse Dominica lingua servilem dexteram attraxit dicens: *Infer digitum tuum huc, et vide manus meas*. Audivi, Thoma, non præsens ut homo, sed præsens ut Deus, quæ dixisti fratribus tuis: Divinitate vobis aderam, absens humanitate. Vis tibi commemorari ea quæ nuper loquutus es? nonne dixisti: *Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum, et mittam manum meam in locum clavorum, et mittam manum meam in latus ejus, non credam?* Nonne hæc verba ex labiis tuis effluerunt? nonne hæc verba ex mente tua procedebant? Propter ea rursus veni, propter quæ dubitabas; secundo accessi, ob optatum tuum veni. Nunc ad te unum accessi, qui propter errantem ovem descendi de caelis, non relicti tamen caelis. Ne te pudeat ergo ea discere quæ optas; ne verearis curiose inquirere quæ cupis; ne recuses digitum tuum inferre in manus meas. Curiosus digitum tolero, ut clavum toleravi, fero amantis curiositatem, ut tui odientium molestiam. Ab inimicis crucifixus non indignatus sum, et a te exploratus non feram? *Infer digitum tuum huc, et vide manus meas*, quæ pro vobis confluxe sunt, ut curarentur vulnera animarum vestrarum; vide manus meas, et tecum reputa, utrum ego sim ille qui libens crucifixus sum, aut alius quispiam; vide manus meas, quas Judaici furoris symbola habere permisi; ut cum pro more Judæi impudenter loquerentur in die iudicii, si dixerint mihi: Nos te non crucifiximus, Domine, ostendam inimicis manus hæc forma, et hoc spectaculo Judeorum vultus pudore suffundam. Vide manus meas, et veritatem resurrectionis meæ: ne putes esse plantasiam; tange manus hæc, ut pignora vestre regenerationis; tange manus hæc, auroram in profundo inferni. Ne timeas ullam sæcularem tempestatem, ne horreas ullam mundanam procellam, ne formides contrariorum ventorum impetus, ne cures procellas, et saxa latentia maris adversariorum. Naviga fideliter in vitæ pelago; naviga teneas ancoram Spiritus; naviga caelum spectans ut portum; naviga timens tantum abnegationis meæ naufragium: ride mortem ut mortuum, illud corruptioni ut abrogatæ, amplectere propter me mortem, ut principium interioris vitæ: infer manum tuam, et mitte in latus meum; hauri manu tua ex vivifico meo fonte desideratum potum, et sitim seda tuam. *Infer manum tuam, et mitte in latus meum*: induc dexteram tuam in officinam medicinalem naturæ, et ejice pharmacum propositi tui: feram amica manus accessum, qui lancea plagam accepi. *Infer manum tuam, et mitte in latus meum*; ut possis pro illo pugnare, ut possis

dicere iis qui contra veritatem loquuntur, te post resurrectionem vidisse me, didicisse et tetigisse diligenter. *Infer manum tuam, et mitte in latus meum*: propter te enim sic illam reliqui, qui aliorum corpora et animas curo, præsciens ut Deus futurum esse ut tu illam sic videre velles, ut cum meæ carnis fixuras videris, animæ tuæ morbum cures. *Infer manum tuam, et mitte in latus meum*, quod sic servavi, ut tu vides; ut cum rursus venero de caelis, et cum sedebo iudex vivorum et mortuorum, videant Judæi malo suo operi opposita opera, et hinc condemnentur. *Et noli esse incredulus, sed fidelis*. Mala res est incredulitas, mentem demergit; fides vero sublimem in caelum evehit: incredulitas excæcat animam, fides illuminat cogitationes: incredulitas visibilia non videt, fides invisibilia videt; incredulus omnia ignorat. *Noli esse incredulus, sed fidelis*. Fuga nubem incredulitatis, et respice puros fidei radios. Esto per omnia dignus meæ divinitatis apostolus: esto talis, qualem oportet eum esse qui necum consortium habet, et ea, quæ tu, sortitus est. Ut ceteri apostoli vocatus es, ut alii honoratus; ut illi, armis instruere: quæ illi viderunt, vidisti; ut illis, concreditum est tibi, velut amico, totum meum mysterium; ut illi, prædica potentiam meam. Ne rursus dicas, cum semel videris: Nisi rursus videro in manibus ejus fixuram clavorum, non credam. Donec vobiscum sum, ut vis, curiose scrutare: donec adest tibi celestis vitis, omnes ramos ejus et uvæ scrutare. Ascendam enim in caelos, unde veni in terram: ascendam eo, ubi sum: ascendam eo humanitate, unde descendi ad vos divinitate: ascendam cum hoc corpore, qui sine illo inde profectus sum, et ibi mansi: ascendam cum vestra natura ad paternum sinum, qui sum in sinu Patris. Opus enim illud perfeci, propter quod hanc suscepti viam. Thomas igitur tactis Dominicis manibus et divino latere, plenus timore simul et gaudio, quod ea quæ optabat vidisset, statim lituam movet ad hymnum canendum, clamatque Domino dicens: *Dominus meus et Deus meus* (Joan. 20. 28). Tu es Dominus et Deus, tu es homo et hominum amator, tu es ille stupendus naturæ medicus: morbos non ferro secas, ulcera non igne comburis, non ex herbis desumis vim remedium, non ligas visibili ligamine ulcera: habes miserationis ligamina invisibilia, quæ soluta invisibiliter constringunt: verbum habes ferro acutius, verbum habes igne potentius, nutum habes pharmaco leniorem. Ut creator sine labore officium sanctificas, ut ligna lignenta sine labore reformas. Tu lepram abrasti, ut tibi libuit; tu claudos currentes exhibuisti; tu ut paralytici suos ferrent lectos effecisti; tu cæcos nates, ut caliginem deponerent, jussisti; tu dæmonas ex officitiis tuis expulisti; tu ab inimicis tuis captus es libens; tu libens a Judæis omnia in carne passus es propter me, *Dominus meus et Deus meus*. Novi Dominum meum, novi meum piscatorem et custodem, novi Regem meum et Dominum. *Dominus meus et Deus meus*. Credo, Domine, oeconomiam tuam, credo descensum tuum, credo quod meas primitias acceperis, credo adorandam crucem tuam, credo te passum esse carne, credo triduanam mortem tuam, credo resurrectionem tuam: demum non ultra curiose inquirio: credo, non ultra rationes expeto: credo, non ultra appendo: credo, non ultra exploro: credo quæ meis oculis, credo meæ dextere. Didici ex tuis quæ vidi non rationes inquirere: didici ex tuis quæ tetigi adorare, et non contendere. Unum Dominum et Deum scio, dominatorem Christum, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

IN SANCTUM STEPHANUM I.

Athletas conspicuos honore afficit præteritorum certaminum suorum memoria: exornet illos oratio quoque nostra, quantum fieri potest, dum illorum industria facta prædicat: illorum namque commemo-

ratio ad morum nostrorum institutionem sufficit. Iustum ergo ducamus laudum ab eo inter Dominicos athletas, qui primus pietatis stadium aperuit, et primus athletarum exercitia incepit. Unxit eum gratia

Spiritus, ad pugnas instituit agonothea caelestis: non corpore pugnat, neque manus conserebat ad certamen, sed linguam acuebat contra eos qui manibus pugnarent. Videamus itaque athletam quomodo in omnibus imitator Domini fuerit. Eosdem enim habuit adversarios, qui contra illum audacter insurrexerant: attamen Servatoris passio illorum crudelitati non fuit satis; sed adhuc sanguinem sitiabant, qui nuper Dominicum sanguinem fuderant, et qui Domini eadem perpetrarant, contra servos ejus pari erant affectu. Producamus ergo probatum illum athletam. Nam in externorum quoque agonibus, ubi de iis qui coronam retinere judicatur, electos et præcipuos solent in certamina inducere, ut secundum robur et fortitudinem, qui id promeritus est, coronatus promulgetur. Hic vero dicitur, Primus propugnator, turris pietatis inexpugnabilis (hæc enim si quis de illo dixerit, non utique aberret), institutor ille fuit per labores suos eorum, qui post ipsum decertarunt, et prior ille coronas rapuit, posteris ostendens capti faciles esse inimicos, qui corpus tantum impeterent, animamque sine vulnere relinquerent: nam ait: *Nolite timere ab iis qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere (Matth. 10. 26)*. Hujus ergo divinae vocis memor, quæ acuebat illum ad certamina, sic se ad agones athleta exiit; et lingua feriens eos, qui corpus lapidibus impetebant, verbis suis illorum telis fortior ostendebatur: et corpore quidem excipiebatur lapidum vulnera, verbis autem acrius impetebat eos qui jaciebant, et incitabat ad bellum contra se gerendum, ut brevis ipsi ad caelos iter pararent. Et consideres velim telorum differentiam: illi namque corpus lapidibus obruerant; hic verbis sibi a Spiritu subministratis illorum corda impetebat. *Nemo enim, inquit, poterat resistere sapientiæ et spiritui, quo loquebatur (Act. 6. 10)*. O linguam magis quam tuba sonantem! o animam invictam, adamantem firmissimam! Populum videbat Judaicum in athletam coactum: et ac si umbram quamdam videret, sic præsentem illos despiciebat et lapidum grandinem in corpore excipientis exsultabat; ac si lapidibus illis turris quædam ipsi strueretur, qua ad caelum pertingeret. Quid illa rationabili petra firmius fuerit? quid fortius videatur illa Ecclesiae columna? immotum illum fides servavit: ac si firmissimis fulcris sustentaretur, sic mansit invulneratus; dum corpus vulneribus variis afficeretur, et ille patientia sua animam exornaret, et pulchritudine cum caelo contenderet. Sicut enim caelum stellarum chorea reu floribus ornatum, speciosum apparet: ita et mirabilis hic athleta, tunicam habens Dominicam, vulneribus, quasi versicoloribus indumentis operatus, decorus erat, gaudebatque quod stigmata Domini in corpore suo portaret, quasi characteres Domini. Non circumveniebant lapides athletam; sed quasi arbor quædam in caelum pertingens, in terra radicata, sic inflexus servabatur, lapidum jactus excipientis, nec cadens. Jure huic competat propheticum illud oraculum: *Justus ut palma florebit (Psal. 91. 13)*. Purpureo tingebatur colore corpus, et irrigabatur sanguinis fluentis, frequentes excipientis lapidum fluctus, multoque magis ut petra fide firmabatur. Respiciebat enim ad caelestem agonotheam, qui athletis suis manum porri-

git, ipsosque ad caelum trahit, ubi certaminum præmia reposita sunt, ubi coronæ proclamantur: et fortassis ut Paulus clamabat: *Sic curro, non quasi in incertum; sic pugno, non quasi aerem verberans (1. Cor. 9. 26)*: ferior, et verbis vulnere. Recordamini, inquit, patrum vestrorum qui prophetas lapidaverunt. *Quem enim, inquit, non persequuti sunt patres vestri (Act. 7. 52)*? Mala successionis heredes estis, illorum furorem imitantes: ut patres vestri, et vos: paternum exceptistis sanguinarium animum. Hæc sunt Stephani, Ecclesiarum coronæ, verba; talia sunt coronati contra adversarios tela. Et ac si quis in luro flammam excitet, sic primus martyr illorum furorem contra se magis ac magis concitabat. Videbat enim desideratum, et desiderabat eum quem videbat, ac talibus fortasse illos alloquebatur: *Exterius indumentum impetite, et contra corpus mittite lapides: sed ignoratis, ut videtur, vos meum implere desiderium. Nam et ego ante Paulum festino exteriorem hominem exuere, ut nuda anima in caelum avoleam, et æthereo trajecto pelago, regnem cum Domino. Hæc sola navigatio non habet naufragium, hoc marinum iter navigantes servat sine procellis: scapha mea sine periculo navigat: caelestem enim habeo gubernatorem, qui spiritualibus gubernaculis suis cursum dirigit. Purpureum facite corpus meum vulneribus: nam et patres vestri tunicam Josephi purpuream sanguine fecerunt, ut et vos facitis. Par est enim ut illis sæpe repetatur martyrismi dictum. Illos imitati estis, qui malam vobis hereditatem reliquerunt: sed et illi, qui Josephum vendiderunt, a spe sua lapsi sunt; et vos, qui corporeum templum lapidatis, firmum templum ædificatis pulchrius: illius frontispicium perspicio, quod a terra in caelum effertur. Hæc verba competunt Stephano, qui prius, quam apostolorum selectiores, ad agones prostravit, et ad martyrii finem celeriore cursu properavit: qui in terra certavit, et in caelis proclamatus est: qui loquentes inimicos vicit, pro lapidantibus vero oravit, et hac in re Dominum imitatus, agonothea dicit: *Domine Jesu Christe, suscipe spiritum meum (Ibid. 58)*. Perfectum est mihi, inquit, certamen, suscipe coronandum in caelis, suscipe præmiator athletam: ad coronas enim curro, et horum certaminum præmia reportare studeo. His nos primus ille martyr excepit, ex verbis et certaminibus conspicuus, caput martyrum, corona Ecclesiarum, qui Dominum currens adire festinat, et ei qui se in caelis vocat respondet per illam divinam vocem: *Ubi ego sum, illic et minister meus (Joan. 12. 26)*. *Quæ sursum sunt sapite, inquit, ubi Christus in dextera Patris sedet (Col. 3. 2)*. Illum desiderabat thronum regium, ad illa currebat bravia supernæ vocationis: illa desiderabat dona regia, a caelesti Rege suis certatoribus distributa. Quis ergo sermo sufficiat ad tantum et talem athletam pro merito celebrandum, qui per opera prædicatur, et sicut columna indelebilem reliquit suorum præclare gestorum memoriam? Hujus amorem æmulemur, et virtutem imitemur, ut et repositis fruamur coronis, gratia unigeniti Filii Dei, quicum Patri gloria, cum sancto Spiritu, nunc et semper, et in secula. Amen.*

IN SANCTUM STEPHANUM II.

Externi quidem coronas hominibus nectere volentes, rosas, lilia et reliquos terrenos flores colligere curant: hæc est lex terrenorum coronas nectentium. Nos vero coronam parantes beato Stephano, ex ipso Stephano spirituales flores decerpamus, ut coronam gratiarum Stephani capiti nectamus. Præter enim est beatus Stephanus, omni fragrantia plenum, sanguine Christi irrigatum, Spiritus sancti unguentis madidum, bonumque odorem in omnia effundens. Hæc Stephani memoria; et omnia sanctitate repleta sunt: caelum, quod spiritum suscepit; terra, quæ corpus excepit; aer simul et omnia bono unguenti

odore repleta sunt. Nos autem illum habemus pro nobis intercedentem, Ecclesia ornamentum, pietatis athletam, Christi discipulum, Judæorum profligatorem, martyrum principem, viduarum patronum, properum nutritorem, afflictorum consolatorem, sanctæ Christi civitatis custodem, proborum diaconorum coronam, columnam Ecclesiae, martyrum decus, orbis gloria, fidei firmamentum, custodem animarum nostrarum, qui pro persecutoribus precatur, et pro lapidantibus defensionem parat, et ideo angelica gratia in vultu decoratus. *Omnes enim, inquit, qui sedebant in concilio, viderunt faciem ejus tamquam faciem angelicam*

Δεσποτικούς ἀθλητάς ἐγκωμίων τῶν πρώτων ἀνοίξαντα τὴν εὐθεβίαν στάδιον, καὶ πρώτων καταρξάμενον τῶν ἀθλητικῶν γυμνασίων. Ἡμεῖς ἐν αὐτῷ ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος, ἐπειδοτόρησε δὲ πρὸς τὰ παλαίσματα ὁ ἀγωνοθέτης· ὁ οὐράνιος, οὐ σωματι πικτεύοντα, οὐδὲ τὰς χεῖρας εἰς ἀμίλλαν προβαλλόμενον, ἀλλὰ τὴν γλώτταν ἀκόνιον κατὰ τῶν ταῖς χερσὶ πολεμούντων. Ἴδωμεν τοίνυν τὸν ἀθλητὴν, ὅπως ἐν ἀπαισι μιμητῆς ἀνεσφάνη τοῦ Δεσπότου· τοὺς γὰρ αὐτοὺς ἔβλεν ἀνταγωνιστάς· καὶ κατ' ἐκείνου θρασυνομένου· ἀλλ' ὅμως οὐκ ἐνεπέλκεν αὐτοὺς τὴν ὠμότητα τὸ σωτήριον πάθος, ἀλλ' ἔτι διψῶσιν αἷματος οἱ πρώην Δεσποτικὸν αἶμα ἐκχέαντες, καὶ φρονουσὶν ὁμῶς κατὰ τῶν δούλων οἱ τον Δεσποτικὴν ἐργασάμενοι φόνον. Προβαλλόμεθα τοίνυν τῷ λόγῳ τὸν δόκιμον ἀθλητὴν. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἔξωθεν ἀγῶσιν ἦνίκα ἂν οἱ στεφανίζονται κρίνονται, εἰώθει τοὺς ἐξείλεγμένους καὶ προκρίτους εἰσάγειν εἰς τὰ παλαίσματα, ἵνα τὸν κατὰ τὴν ῥῶμην ἐφάμιλλον ἢ ὁ εὐδόκιμος ἀναβῆθῃ στεφανίτης. Ἐνταῦθα δὲ λέγει, Ὁ πρώτους προμαχων, τῆς εὐθεβείας ὁ πύργος ὁ ἀκαταγώνιστος (ταῦτα γὰρ προσεῖπὸν πάντα τις αὐτὸν οὐκ ἂν ἀμάρτω) παιδευτῆς ἐγένετο τῶν μετ' αὐτὸν ἀγωνισαμένων διὰ τῶν οἰκίων πόνων, καὶ πρώτος ἀρπάσας τοὺς στεφάνους, εὐχειρώτους ἔδειξε καὶ τοῖς ἔξῃς τοὺς πολεμούντας, τὸ σῶμα τοῦ μόνου καταστοχαζόμενος, τὴν δὲ ψυχὴν ἄτρωτον καταλιμπάνωντα· *Μὴ φοβηθῆτε γὰρ, φησὶν, ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτείνειν.*

Ἐκείνης τοίνυν τῆς θείας φωνῆς μεμνημένος τῆς ἀλειψώσεως αὐτὸν εἰς τὰ παλαίσματα, οὕτως ἀπεύστατο πρὸς τοὺς ἀγῶνας ὁ ἀθλητῆς, καὶ τῇ γλώττῃ τιτρώσκων τοὺς τὸ σῶμα τοῖς λίθοις κατατοχάζοντας, ἔδεικνοντο τοῖς λόγοις τὸν ἐκείνων βέλων δυνατούς· καὶ τῷ μὲν σωματι ἐδέχτο τὰ διὰ τῶν λίθων τραύματα, τοῖς δὲ γε ῥήμασι πικρότερον ἐτίτρωσκε τοὺς βλλόντας, καὶ ἀνερέθιζε πρὸς τὸν κατ' αὐτοῦ πόλεμον, ἵνα συντομώτερον αὐτῷ τὴν δοκίμοιαν κατασκευάσαι τὴν εἰς οὐρανὸν ἀναπέμψουσαν. Καὶ μοι λογίζου τῶν βέλων τὸ διάφορον· οἱ μὲν γὰρ λίθοις τὸ σῶμα κατεχώνοντο, ὁ δὲ τοῖς παρὰ τοῦ Πνεύματος ἑαυτῷ χορηγούμενος ῥήμασι τῆς ἐκείνων καρδίας κατεστοχάζετο· Οὐδεὶς γὰρ, φησὶν, ἠδύνατο ἀντιστήναι τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ πνεύματι, φέ. λέ. λ. ι. ε. Ὡ γλώττης σάλπιγγος μεγαλοφωνοτέρα! Ὡ ψυχῆς ἀκαταπλήκτου, παντὸς ἀδάμαντος στερέωτέρας! ἔδημον ἑώρα Ἰουδαϊκὸν καὶ ἐπιστανιστάμενον τῷ ἀθλητῇ, καὶ ὡς περ τινὸς σκιάς θεώμενος, οὕτω κατεφρονεῖ τῶν παρόντων, καὶ τὰς τῶν λίθων νεφάδας δεχόμενος, κατὰ τοῦ σώματος ἠγάλλετο, ὡς περ τινὸς αὐτῷ πύργου διὰ τῶν λίθων οἰκοδομουμένου, ὥστε δι' αὐτοῦ φθάσει τὸν οὐρανόν. Τί τοίνυν τῆς πέτρας ἐκείνης τῆς λογικῆς γένει· ἂν δυνατούς τερσον; τί δ' ἂν ὀφθεῖη τοῦ στύλου τῆς Ἐκκλησίας στερέωτορον; τὸν ἀκλινη δίστασεν ἡ πίστις· καθάπερ τῶν ἀσφαλεστάτοις ἐρείσασιν ἐπεριδόμενος, οὕτω μεμνηζην ἄτρωτος, τοῖς μὲν τραύμασι τὸ σῶμα ποικιλλόμενος, τῇ δὲ καρτερικῇ τὴν ψυχὴν καλλυπιζόμενος, καὶ τῷ οἰκείῳ κάλλει πρὸς αὐτὴν τὸν οὐρανὸν ἀμιλλώμενος. Ὡς περ γὰρ ἐκείνος περιεκλήθη δεικνύεται τῇ τῶν ἄστρων χορεία διηνομισμένος, οὕτω ἡ δὲ καὶ ὁ θαυμάσιος οὗτος ἀθλητῆς τὸν χιτῶνα τὸν Δεσποτικὸν ἔχων, τοῖς τραύμασιν, ὡς ποικίλοις ἡμφιεσμένος ἐνδύμασιν, ὠραῖζετο, καὶ ἐγεγῆθει τὰ στίγματα τοῦ Κυρίου ἐν τῷ σωματι βασιτάζων ὡς περ χαρακτῆρας Δεσποτικούς. Οὐ περιήγαγον οἱ λίθοι τὸν ἀθλητὴν, ἀλλ' ὡς περ τὸ προφητικὸν ἐκείνου λόγιον, ὅτι Δίκαιος γὰρ φοιτῆς ἀνήθησει. Ἐφρονίσασετο μὲν οὖν τὸ σῶμα, καὶ περιεῤῥαίετο τοῖς τῶν αἱμάτων βύμασιν, ἐπάλληλα δεχόμενος τῶν λίθων τὰ κύματα, πολλῶν δὲ πλέον τῇ

πίστει πετρούμενος. Ἐώρα γὰρ πρὸς τὸν οὐράνιον ἀγνοθέτην, τὸν τοῖς οἰκείοις ἀθληταῖς τὴν χεῖρα προτεινοντα, καὶ πρὸς οὐρανὸν αὐτοὺς ἔκλοντα, ὅπου τῶν ἀγίωνων ἀπόκειται τὰ ἐπαθλα, ὅπου τῶν στεφάνων ἀνάβῃται γίνεται, καὶ κατὰ τὸν Παῦλον ἴσως βοᾷ· Οὕτω τρέχω, ὡς οὐκ ἀδήλιος, οὕτω πικτεύω, ὡς οὐκ ἀέρυ δέρω· βάλλομαι, καὶ τιτρώσκω τοῖς ῥήμασι. Μνημονεύσατε, φησὶ, τῶν πατέρων ὑμῶν τῶν τοὺς προφῆτας καταλευσάντων· Τίνα γὰρ, φησὶν, οὐκ ἐδίδωξαν οἱ πατέρες ὑμῶν; Κατῆς διαδοχῆς γεγόνατε κληρονόμοι, τὴν ἐκείνων μαρίαν ζηλώσαντες· ὡς οἱ πατέρες ὑμῶν, καὶ ὑμεῖς· τὴν πατρικὴν διεδέξαθε μαιφονίαν. Ταῦτα τοῦ στεφάνου τῶν Ἐκκλησίων τὰ ῥήματα, ταῦτα τοῦ στεφάνου κατὰ τῶν ἐναντίων τὰ τοξεύματα· καὶ καθάπερ ἄλλους τις ἀνεγείρων φίλογα, οὕτω δὴ καὶ ὁ πρωτομάρτυς πλέον καὶ ἑαυτοῦ τὴν ἐκείνων μαρίαν ἐρέθειεν. Ἐώρα γὰρ τὸν ποθοῦμενον, καὶ ἐπόθει τὸν θεωρούμενον, καὶ τίνα πρὸς αὐτοὺς ἴσως ἀπεσθῆγγετο ταῦτα· Τοῦ ἔξωθεν ἐνδύματος καταστοχάζεσθε, καὶ κατὰ τὸ σῶμα τοῦ πέμπετε τοὺς λίθους· ἀλλὰ λέληθεν ὑμᾶς, ὡς ἔοικεν, ὅτι δὴ μοι πληροῦτε τὸν πόθον. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς καὶ πρὸ τοῦ Παύλου σπεῦδον τὸν ἔξωθεν ἀνθρωπῶν ἀπεκδοῦσθαι, ἵνα γυμνῇ τῇ ψυχῇ πρὸς οὐρανὸν ἀναπτῷ, καὶ τὸ ἀιθέριον πέλαγος περαιωσάμενος, συμβασιλευσῶ τῷ Δεσπότη. Οὗτος μόνος ὁ πλοῦς οὐκ ἔχει ναυάγιον, αὕτη ἡ θαλασσοπορία ἀχειμάστους διασώζει τοὺς πλόντας· ἀνιδύνας μου πλεῖ τὸ σκάφος· οὐράνιον γὰρ ἔχω τὸν κυβερνήτην, τὸν τοῖς νοητοῖς αὐτοῦ πηδαλίοις κατευθύνοντα. Φοινίζετέ μοι· τί σῶμα τὸ τραύμασι· καὶ γὰρ τὴν Ἰωσήφ χιτῶνα ἐφοίνιζαν τῷ αἵματι οἱ πατέρες ὑμῶν, ὡς καὶ ὑμεῖς. Ἠρέπον γὰρ αὐτοὺς συνεχῶς λέγεσθαι τὸ παρὰ τοῦ μάρτυρος εἰρημένον. Ἐκείνους ἐμιμήσασθε τοὺς τὴν κακὴν κληρονομίαν ὑμῖν καταλειπούσας· ἀλλὰ κἀκείνοι τὸν Ἰωσήφ ἀποδύμενοι, διήμαρτον τῆς ἐλπίδος, καὶ οἱ τὸν σωματικὸν ναὸν λιθάζοντες, στερέβον ναὸν οἰκοδομεῖτε περικαλλέστερον· ὅρξην αὐτοῦ μοι τὰ προπύλαια ἐπεισιν· ἀπὸ γὰρ τῆς γῆς εἰς τὸν οὐρανὸν ἐστήρικται. Ταῦτα γὰρ πρέποντα τῷ Στεφάνῳ τὰ ῥήματα, τῷ προφητῇσαν τῶν ἀποστολικῶν λογάδων ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας, καὶ ὀξυτέρῳ τῷ δρόμῳ φθάσαντι πρὸς τὸ μάρτυριον τέλος, τῷ ἐπὶ τῆς ἀγωνισαμένῳ, καὶ ἐν οὐρανῷ ἀναβῆθῆναι· ὅς φθγγόμενος μὲν τοὺς πολεμίους ἐνίκα, λιθοβολούντων δὲ ὑπερηύχετο, καὶ ἐν τούτῳ τὸν Δεσπότην μιμούμενος, καί φησι πρὸς τὸν ἀγνοθέτην· Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου. Διήυσταί μοι, φησὶν, ὁ ἀγίον· δέχου τοίνυν τὸν στεφανίτην ἐν οὐρανοῖς, ὑπόδεξαι ὁ ἀθλοθέτης τὸν ἀθλητὴν· ἐπὶ τοὺς στεφάνους γὰρ τρέχω, καὶ τῶν ἐνταῦθα ἀγῶνων σπεῦδω κομιτάσθαι τὰ ἐπαθλα. Ταῦτα ἡμᾶς ὁ πρωτομάρτυς εἰσείσασε καὶ τοῖς ῥήμασιν εὐδόκιμος πεφνῶν καὶ τοῖς παλαίσμασιν, ἡ κορυφῇ τῶν μαρτύρων, ὁ στέφανος τῶν Ἐκκλησιῶν, ὁ τὸν Δεσπότην ἐπειγόμενος φθάσαι τῷ δρόμῳ, καὶ τῷ ἐν οὐρανῷ καλονοῖν ὑπακούσας δι' ἐκείνης τῆς θείας φωνῆς, Ὅπου εἰμι ἄγιος, φησὶν, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμός. Τὰ ἄνω γὰρ, φησὶ, φρονεῖτε, οὐ ὁ Χριστὸς ἐν δεξιῇ τοῦ Πατρὸς κάθηται. Ἐκείνον ἐπόθει τὸν θρόνον τὸν βασιλικὸν, πρὸς ἐκείνη ἔτρεγε τὰ βραβεῖα τῆς ἄνω κλήσεως, ἐκείνας ἐπόθει τὰς βασιλικὰς ὠρεὰς τὰς παρὰ τοῦ ἐπουρανίου βασιλικῶς διανεμομένας τοῖς οἰκείοις αὐτοῦ ἀγωνισταῖς. Τίς ἂν οὖν λόγος ἀρκέσειε τὸν τοσοῦτον καὶ τηλικούτον ἀθλητὴν πρὸς ἄξίαν σεμνύναι τῷ λόγῳ, τὸν διὰ τῶν ἔργων κηρυττόμενον καὶ καθάπερ στήλην ἀνεξάλειπτον καταλειπούστα τῶν οἰκίων κατορθωμάτων τῆν μνήμη; Τοῦτο τὸν πόθον ζηλώσωμεν, καὶ τὴν ἀρετὴν μιμησώμεθα, ἵνα καὶ τῶν ἀποκειμένων στεφάνων ἀπολαύσωμεν, χάριτι τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, μεθ' οὗ τὸ Πατὴρ δέξαι σὺν τῷ ἀγιῶ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἄμήν.

* Leg. ἵνα τῶν κατὰ τ. ρ. ἐφαμιλλον.

[811] Εἰς τὸν ἅγιον Στέφανον, β'.

Οἱ μὲν ἔξωθεν στεφάνους πλέκειν ἀνδράσι βουλόμενοι, ῥόδα καὶ κρύνα καὶ τὰ λοιπὰ τῆς γῆς ἀνόθη συναγεῖν σπουδαζουσιν· οὕτω γὰρ τῶν ἐπιγίων στεφανοπλόκων ὁ νόμος. Ἡμεῖς δὲ στεφάνων κατασκευάζοντες τῷ μακαρίῳ Στεφάνῳ, ἐξ αὐτοῦ Στεφάνου τὰ πνευματικὰ ἄλλη τραυήσωμεν, ἵνα στεφάνων χαρίτων ὁ κεφαλὴ Στεφάνων πλεξόμεν. Ἀσπίδων γὰρ ἔστιν ὁ

μακάριος Στέφανος, πάσης εὐωδίας πεπληρωμένος, τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ ἀρδουόμενος, τῷ Πνεύματι τῷ ἀγιῶ καταμυριζόμενος, καὶ εὐοδιάζων τὰ σῶμαπαντα. Ἴδου γὰρ Στεφάνου μνήμη, καὶ τὰ πάντα ἀγασμοῦ πεπληρωτα· ὁ οὐρανὸς τὸ πνεῦμα δεξάμενος, ἡ γῆ τὸ σῶμα ὑποδεξαμένη, ὁ ἀήρ ὁμοῦ καὶ τὰ πάντα τοῦ μύρου τῆς εὐωδίας πεπληρωται. Ἡμεῖς δὲ ἴδωμεν αὐτὸν ὑπὲρ

ἡμῶν προσεύχοντα, τὸν τῆς Ἐκκλησίας κόσμον, τὸν τῆς εὐσεβείας ἀλλοτρίην, τὸν τοῦ Χριστοῦ μαθητὴν, τὸν τῶν Ἰουδαίων ἐλεγχον, τὸν τῶν μαρτύρων ἔξαρχον, τὸν τῶν χερῶν προστάτην, τὸν τῶν πεινῶντων τροφέα, τὸν τῶν καταπονομένων ἀντιλήτορα, τὸν φρουρὸν τῆς ἀγίας Χριστοῦ πόλεως, τὸν τῶν καλῶν διακόνων στέφανον, τὸν στυλὸν τῆς Ἐκκλησίας, τὸ τῶν μαρτύρων ἀγλίσθημα, τὸ τῆς οἰκουμένης καύχημα, τὸ ἑδραῖωμα τῆς πίστεως· ὁ φύλαξ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, ὁ ὑπὲρ τῶν δικωκόντων εὐχόμενος, καὶ διὰ τοῦτο ἀγγελικῆ χάριτι τὸ πρόσωπον δοξάζομενος. Πάντες γάρ, φησὶν, οἱ καθελόμενοι ἐν τῷ συνεδρίῳ εἶδον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ὡσεὶ πρόσωπον ἀγγελίου. Στεφανῶσωμεν ἀλλοτρίην νῦν τὸν Στέφανον, τὸν πρωτεοαληθῆν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῖς τῶν λόγων ἀνθεσι παύσωμεν^α. Ἦν μὲν οὖν τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστό-

λων τὸ καλλώπισμα, καὶ τοῖς μαθητοῖς τῆς εὐσεβείας ἔγκατελέγετο· ἡμερόβητι ἐκράτει πάντων ἀνθρώπων, καὶ φιλόανθρωπον εἶχεν ἐξείριστον, καὶ οὐδ' οὕτω τοῖς αὐτοῦ πόνοις, ὡς τοῖς ἄλλοτριῶσι ἐνύττετο, καὶ τὴν τῶν πλησίον ἐνδειαν ἰδίαν ἐνόμιζε. καὶ τὸ προσὸν πάσι· ἔτερω ὡς αὐτῷ προσὸν θεοράταυεν. Ἐν δὲ τοῖς πρώτοις τοῦ λόγου κηρύγμασι, θαυμάλιος ἀνθρώπις τῆς πίστεως, καὶ παραχρήμα οἱ μὲν πλουτοῦντες ἀπετίθεντο τὸν χρημάτων τὸν φόρτον, οἱ δὲ ἐνδειεῖς τὸ λέειπον ἐλάμβανον. Τῆς οὕτω καλῆς ἀρμονίας καὶ τάξεως οἰκονομῶν, ὑπῆρχεν ὁ Στέφανος, καὶ τοῦτον εἶχεν ἡ πενία προστίτην καὶ σύμμαχον, ὁ δὲ πλοῦτος ἠνολόγον. Ἐπανεπαύετο μὲν ἐπ' αὐτὸν ἡ τοῦ Πνεύματος δύναμις, καὶ τὸν ἀνθρώπων ἴδιον οἶκον εἶχεν ἡ χάρις. Ἀνομινησώμεν οὖν καὶ ἡμεῖς, ἀγαπητοί, σὺν τῷ πρωτομάρτυρι Στεφανῷ τὸν τοῦς στεφάνους διορούμενον, τὴν ἀγίαν καὶ ὁμοούσιον Τριάδα, ὅτι αὐτῇ πρέπει ἡ δόξα, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοῦς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

^α Legendum conijcit Savil. πάσωμεν vel. πάσωμεν.

Εἰς τὸν ἅγιον Στέφανον, γ'.

Πολλὰ καὶ θαυμαστά τοῦ μακαρίου Στεφάνου τὰ τροπαια, καὶ οὐδὲ θάνατος αὐτὸν τῆς εὐσεβοῦς παρατάξεως ἀπέσπασε. Ζῶν μὲν γὰρ πρὸς Ἰουδαίους ἐμάχετο, καὶ ἀποθανὼν δὲ κατὰ αἰρετικῶν ὀπλίζεται, ὄπλον ἔχων ἀκαταγώνιστον, τῆς Τριάδος τὴν πίστιν. Καὶ βλέπε μοι τὰς τότε τῶν ἐναντίων φάλαγγας, καὶ ἐκπλάγηθι τοῦ στρατιώτου τὴν ἀνδρείαν. Ἀλεξανδρεῖς ἐπεισι, καὶ Λιβερτίνοι ἐτόξευον, Κίλικες καὶ Ἀσιατοὶ ἐπολιόρχουν, εἰς συνέδριον ἤρπαζον, ψευδομάρτυρας ἐμισθοῦντο, νιφάδας λίθων ἠυπέριζον, ὡς λόντες κατ' αὐτοῦ τοῖς ὀδοῦσιν ἐβρουγον· ἀλλ' ὁμοῦς ὁ στρατιώτης σοφία καὶ πνεύματι ὀπλισάμενος ἐνίκα, τῇ μορφῇ τοῦς ὀρώντας καταστράπτων, καὶ τοῖς λόγοις τοῦς θεομάχους ἐκνευρίζων. Ἀλλ' εἶδες τῶν σὺν πολεμιῶν τὰ στήθη; βλέπε μοι πλιν καὶ τὴν ἐκ Θεοῦ συμμαχίαν. [812] οὐρανοῦ ἀΐδιος ἀνεπέτασε, τῷ ἀθλητῇ ἐπισείων τῶν βραδείων τὰ ἐπαθλα· ἀγγελικῆ μορφῇ τὸ πρόσωπον ἐκαλλώπισε, νιφάδας λίθων ταῖς νιφάσι τῶν λόγων ἀπεκρούετο· καὶ οἱ μὲν ἐβαλλον, οἱ δὲ ἔφερον, καὶ τὸν στέφανον ἐπεδίδουν τῷ Στεφάνῳ. Βλέπε τοιγαροῦν καὶ τανῦν, καὶ βῆ τῶν τροπαίων τὴν συγγένειαν. Ἰότε ἐπὶ τῶν φωνῶν τοῦ σταυροῦ συνηγόρει, καὶ νῦν ὁ Στέφανος Ἐκκλησίας στέφανος· πρῶτος γὰρ τὰ τοῦ θανάτου ἐπάτησε κέντρα. Ἐν βασιλείῳ στέφανος· ἐθαλάμεισε γὰρ αὐτὸν ἡ βασιλις καὶ Παρθένος· παρὰ ἀρχοῦσι στέφανος· τὸν γὰρ τοῦ ξενοδοχῆσαντος παῖδα βασιλείους πεποιθήκε πατέρα· ἐν φιλοπρωχελῆ στέφανος· γηρῶν καὶ ὀρραῶν πλοῦσιος γέγονε καὶ πιστὸς οἰκονόμος· κατὰ Ἰουδαίων στέφανος· ἐστηλίτευσε γὰρ

τὴν συναγωγὴν μοιγευθεῖσιν εἰδωλοῖς· κατὰ αἰρετικῶν στέφανος· ἐμφράττει γὰρ τῶν θεομάχων τὰ στόματα, βῶν, Μέγας ὁ Κύριος ἡμῶν. Μέγας· γλώττης γὰρ οὐχ ὑπόκειται· μέγρω· μέγας· διανοίας γὰρ ὑπερβαίνει φηναξίαν· μέγας· ἴδιον γὰρ τῆς θείας φύσεως τὸ ἀπρίγραπτον· μέγας· ἐκ κόλπων γὰρ πατρικῶν ἀνάρχος ἀνέτειλε· μέγας· ὡς γὰρ λόγος ἀπαθῶς ἐγεννήθη· μέγας· ἡ γὰρ θεία ὠδὸς τὴν οὐσίαν οὐκ ἐμέρισε· μέγας· ἐπὶ τοῦ θρόνου γὰρ καθήκει, οὐκ εἰς τὸ ὑποπόδιον ἐβρίπται· μέγας· οἷα γὰρ ἡ ρίζα, τοιοῦτος καὶ ὁ κλάδος· μέγας· ὁ γὰρ ἐρακῶς τὴν Ἰὼν, εἴρακε τὸν Πατέρα· μέγας· οὐδὲν γὰρ ἄνισον ἐν τῇ Τριάδι· μέγας· δι' ὕδατος γὰρ πολλοὺς ἀνυγέννησε· μέγας· ὕψωμενος γὰρ οὐ παλαιούται· μέγας· μικρὸν γὰρ Πατέρα οὐκ εἶχε. Μέγας οὖν ὁ Κύριος ὁ Ἰῆς, κἄν τοῖς γαίτοσι μὴ δοκῇ. Παντοκράτωρ ὁ Υἱός· πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο· βασιλεὺς ἀναρχος ὁ Υἱός· ὁ γὰρ βασιλεὺς ἡμῶν πρὸ αἰῶνος· ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ ὁ Υἱός· Ἐγὼ γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον καὶ ἦκω· φῶς ἀληθινὸν ὁ Υἱός· Ἐγὼ γὰρ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου. Τί πολλα λέγω; Θεὸς καὶ παντοκράτωρ, ὁ ἐκ Παρθένου σαρκωθεὶς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ ποιμαίνων τὴν Ἐκκλησίαν, ὡς μαρτυρεῖ ὁ προφήτης λέγων· Ἐπισκεψάσθω Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοῦς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

Εἰς τὴν ἀγίαν Πεντηκοστὴν.

Πᾶσα μὲν ἡ ἡμέρα φαιδρὰ τὴν ἡλιακὴν ἀκτίνα φέρουσα, καὶ τὸ κοινὸν κατεστολισμένη φῶς· οὕτω γὰρ ὁ Δεσπότης καλλωπίσας τὴν κτίσιν, παρήγαγεν εἰς μέτρον ἔχει δὲ πλῆον εἰς εὐφροσύνην ἡμέρα ἑορτῆς πανηγυρικῆ καὶ πανέορτος, λόγῳ καὶ λατρείᾳ Θεοῦ τετιμημένη. Διπλῆν γὰρ ἐπιδεικνυσὶ τὴν εὐπρέπειαν, τό τε τῆς φώσεως ἄνθος φέρουσα, καὶ τὸ τῆς εὐσεβείας κάλλος ἐπιδεικνύουσα. Τοιαύτη καὶ ἡ σήμερον ἑορτὴ, τὸν μὲν αἰσθητὸν τοῦ σώματος ὀφθαλμὸν καταλάμπουσα, τὸ δὲ νοερὸν ὄμμα τῆς διανοίας ταῖς ἀκτίσι τοῦ Λόγου φωτίζουσα. Ἔστι γὰρ σημεριον μίαν τριῶν τῶν ἐπισητῶν, τῶν τε ἐν τῷ νόμῳ κηρυττομένων, καὶ διὰ τῆς εὐαγγελικῆς χάριτος ἀδομμένων. Ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ κατὰ τὴν Παλαιὰν Διαθήκην ἐδόθη ὁ νόμος· ἐν ταύτῃ κατὰ τὴν νέαν χάριν ἐδόθη τοῦ Πνεύματος ἡ ἐπιφοίτησις· ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ Μωϋσῆς τοῦ νόμου τὰς πλάκας ἐδέξατο· ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ ὁ χορὸς τῶν ἀποστόλων ἐδέξατο τοῦ Πνεύματος τὴν καθόδον ἀντὶ τῶν πλάκων τῶν δοθεισῶν διὰ Μωϋσεῶς. Λέγει γὰρ ἐν τῇ πρῶθ Κορινθίων ἐπιστολῇ γράφων ὁ μακάριος Παῦλος· Ἡ εἰσιτολὴ ἡμῶν ὑμεῖς ἐστε, ἐγγεγραμμένη οὐκ ἐν πλατῆ λιθίνῃ, ἀλλ' ἐν πλατῆ καρδίας σαρκίνας. Ζητεῖτε δὲ, εἰ ἀληθῶς κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν ἐδόθη ὁ νόμος. Οὐ γὰρ ρητῶς ἐγγέγραπται ἐν τῇ Παλαιᾷ Διαθήκῃ, ὅτι τῇ πεντηκοστῇ ἐδόθη νόμος· ἀλλὰ τοῖς ἐρευνοῦσι τὰ θεία γράμματα ἀνακῦπτει ἠθασαυρὸς τῆς γένουσεως. Ἰδωμεν οὖν ποῖα ἡμέρα, καὶ ἦν ἐδόθη ὁ

νόμος. Λέγει γὰρ ὁ μακάριος Μωϋσῆς· διὸ προσέειπε ἀκριβῶς· Τῷ τρίτῳ μηνὶ ἐξελεύσων αὐτῶν ἐκ τῆς Αἰγύπτου, εἶπε Κύριος τῷ Μωϋσῇ· Καταβάς διαμάρτυραι τῷ λαῷ, καὶ ἀγρίσουσιν [813] εἰν τοῖς σήμερον καὶ αβριον, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐσθήσομαι. Προσέειπε ἀκριβῶς. Τῷ πρώτῳ μηνὶ ἔξοδος Αἰγύπτου· τεσσαρεσκαίδεκάτῃ δὲ ἦν τοῦ πρώτου μηνός. Τίθει τὴν τεσσαρεσκαίδεκάτῃ ἡμέραν, μετ' ἐκεῖνην καὶ τὰς ἡμέρας πληρούσας τὸν μῆνα, τούτεστι, δεκαεπτά, καὶ τὰς τριάκοντα τοῦ δευτέρου. Καὶ ἐν τῇ τεσσαρακατῇ ὄψῃ, ἡμέρα, τοῦ δευτέρου μηνός ἔλεγεν ὁ Θεός· Διαμάρτυραι τῷ λαῷ σημερον καὶ αβριον, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνός ἐσθήσομαι. Τριάκοντα οὖν τοῦ δευτέρου, δεκαεπτά δὲ τοῦ πρώτου, καὶ τρεῖς τοῦ τρίτου. Καὶ βλέπε τῶν πραγμάτων τὴν συμφωνίαν. Ὅτε ὠφθῆ ὁ Θεὸς ἐν τῷ βρει Σινᾷ, ὠφθῆ ὡς πῦρ καίμενον· ὅτε ἐπεφάνη τὸ Πνεῦμα τῷ ἁγίον τοῖς ἀποστόλοις, ἐπεφάνη ἐν εἰσι πυρὸς· Ἐμερίσθησαν γὰρ γλώσσα ὡσεὶ πυρὸς, καὶ ἐκάθισεν ἐφ' ἐνα ἕκαστον αὐτῶν. Καὶ ὡς περ, ἀδελφοί, ἐπιφανομένου τοῦ Θεοῦ κατὰ τὴν Παλαιὰν Διαθήκην, πολλὰ ἦν τὰ δορυφοροῦντα φόβητρα· καὶ γὰρ καὶ γνῶσις καὶ θέσλα καὶ σάλπιγξ καὶ βροντὴ περιεῖχε τὸ βρος, ἴα παρασκευασθὴ τὸν λαὸν εἰς ἐξόν τοῦ νομοθέτου· οὕτω καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος μέλονται ἐπιφοίτην, ἵνα μὴ τὸ αὐθόρον τῆς παρουσίας εἰς ἀβημίαν ἐνέχη τὸς δεχομένους, ἀλλὰ μάθωσι τὸ ἄ Savil. τὰ: ἔ: ἡμ.

(Act. 6. 15). Coronemus nunc athletam Stephanum, primum Christi athletam, et flori sermonis fidem imponamus. Erat itaque chori apostolorum decor, et inter pietatis discipulos annumerabatur: mansuetudine omnes superabat homines, eratque benignitate egregius; et non tam suis quam alicuius laboribus pungebatur, indigentiam proximi suam reputabat, et morbum alterius ut suum curabat. In prima vero verbi predicatione, cum fides admodum floreret, divites statim pecuniarum sarcinam deponebant, inopes vero

quod residuum erat accipiebant. Tam pulchri contentus et ordinis dispensator erat Stephanus; hunc habebat paupertas patronum et propugnatorem, et divitiarum aurigam. Super eum quiescebat virtus Spiritus, et illum hominem ut domum propriam habebat gratia. Celebremus ergo et nos, dilecti, cum protomartyre Stephano, coronarum datricem, sanctam et consubstantialem Trinitatem, quia ipsam decet gloria, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

IN SANCTUM STEPHANUM III.

Multa et mirabilia sunt beati Stephani tropæa, neque illum mors a pio exercitu abstraxit. Dum viveret enim cum Judæis pugnabat, et mortuus contra hæreticos armatur, telum habens inexpugnabile, fidem Trinitatis. Et vide mihi illas olim hostium phalanges, et obstupesce de militis fortitudine. Alexandrini irruunt, Libertini jaculantur, Cilices et Asiatici obsidebant: in concilium rapiebant, falsos testes mercede conducebant, lapidum grandinem parabant, quasi leones adversus eum dentibus stridebant. Atamen miles sapientia et Spiritu armatus vincebat: videntes formæ splendore percelebatur, et verbis Dei inimicos enervabat. Sed vidisti hostium tuorum ordines? Vide quoque Dei auxilium. Cæli apsidem aperuit, athlete præmia et bravia ostendens; angelica forma vulum ejus decoravit: grandinem lapidum grandine verborum propulsabat: alii jaciebant, alii afferebant et coronam Stephanus dabat. Vide ergo nunc, et cernes tropæorum affinitatem. Tunc, et nunc Stephanus Ecclesiæ corona est: primus enim mortis stimulos conculcavit. In regia Stephanus corona est; illum enim in thalamum induxit Regina et virgo: apud principes est corona; hospitalis enim viri filium regis patrem effecit: in amore pauperum corona, viduarum et pupillarum dives fuit et fidelis dispensator: contra Judæos corona; synagogam quippe traduxit, quæ ex idolorum cultu adulterata fuerat: con-

tra hæreticos corona; os enim hostium Dei obstruit clamans, *Magnus Dominus noster*. Magnus; linguæ namque modo et mensuræ non subjacet: magnus; mentis enim phantasiam exsuperat: magnus; nam proprium divinæ naturæ est quod sit incircumscripta: magnus; ex sinu namque paterno sine principio ortus est: magnus; nam ut Verbum sine passione genitus est: magnus; divinus enim partus substantiam non divisit: magnus; in throno namque sedet, nec in scabellum pedum rejectus est: magnus; qualis enim radix, talis et ramus: magnus; nam qui vidit Filium vidit et Patrem: magnus; nihil enim inæquale est in Trinitate: magnus; per quam enim multos regeneravit: magnus; dum videtur enim non veterascit: magnus; quia parvum Patrem non habuit. Magnus ergo Dominus Filius, etiamsi ad vicinis non videatur: omnipotens Filius; nam omnia per ipsum facta sunt: Rex sine principio Filius; Rex enim noster ante secula: consubstantialis Patri Filius; *Ego enim a Deo exivi, et venio*: lux vera Filius; nam, *Ego sum lux mundi* (Joan. 8. 42. et 8. 12). Quid multa dico? Deus et omnipotens est qui ex Virgine incarnatus est Filius Dei, et pascit Ecclesiam, ut testificatur propheta dicens: *Visitavit Dominus Deus omnipotens gregem suum* (Zach. 10. 3): cui gloria et imperium cum Patre et Spiritu sancto, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

IN SANCTAM PENTECOSTEN.

Dies omnis solari radio et communi luce illustrata leta est; sic enim Dominus decoratum creaturam in medium produxit: majorem vero letitiam affert dies solemnitas maxima, verbo et cultu Dei honoratæ. Duplicem namque decorem offert, dum et naturæ florem et pietatis pulchritudinem exhibet. Talis est hodierna solemnitas: quæ et corporis oculum illuminat, et mentis oculum Verbi radiis illustrat. Est enim hodierna dies una ex tribus conspicuis, quæ et in lege predicantur, et per evangelicam gratiam celebrantur. In hac die secundum veteris Testamentum data est lex: in hac die secundum novam gratiam, Spiritus sanctus descendit: in hac die Moyses legis tabulas accepit: in hac die apostolorum chorus Spiritum accepit descendentem, vice tabularum, quæ per Moysen date sunt. Ait enim beatus Paulus in Epistola ad Corinthios: *Epistola nostra vos estis, scripta non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus* (2. Cor. 3. 2. 3). Quaritis vero num vere hac die data fuerit lex: non enim id expresse scriptum est in veteri Testamento, quod in Pentecoste lex data fuerit, sed iis qui divina scripta scrutantur, accedit thesaurus cognitionis. Videamus ergo qua die data lex fuerit. Dicit enim beatus Moyses; ideo attendite diligenter: *Tertio mense postquam egressi sunt ex Ægypto, dixit Dominus Moysi: Descendens testificare populo, purificabunt se hodie et cras, et tertia die videbor* (Exod. 19. 1). Attendite studiosè. Primo mense exitus ex Ægypto: quartadecima autem dies primi mensis erat. Pone decimam quartam diem; post hanc vero dies sequentes quæ mensem complent, id est, septemdecim, diesque triginta mensis secundi: et in quadragesima octava die quæ mensis secundi erat, dicebat Deus: *Testificare populo hodie et cras, et tertia die mensis videbor*. Triginta ergo dies mensis secundi sunt, septemdecim primi, et tres tertii. Et vide rerum consonantiam.

Quando visus est Deus in monte Sina, visus est ut ignis comburens; cum apparuit Spiritus sanctus apostolis, in specie ignis apparuit: nam *Dispersitæ sunt linguæ tanquam ignis; seditque supra singulos eorum* (Act. 2. 3). Ac quemadmodum, fratres, apparente Deo in veteri Testamento, multa erant comitantia terribilia; nam caligo, procella, tuba, tonitruum montem circumdabant, ut populo legislatoris timor incuteretur; sic enim Spiritus sanctus descendens esset, ne subitanea ejus presentia eos qui ipsum excipiebant in negligentiam conjiceret, sed ut discerent Spiritus gloriose adventientis dignitatem; ut in monte caligo et procella præcessit, sic in descensu Spiritus factum est. *Cum complerentur dies Pentecostes, factus est sonus tanquam adventientis spiritus vehementis* (Ibid. v. 4); et tunc visus est Spiritus sanctus, et concussit domum; dispersit, non natura, sed operationes dispersiens. Non enim dividitur Spiritus, sed dividit dona, ut testificatur Paulus: *Hæc autem omnia operatur unus et idem Spiritus divinus singulis prout vult* (1. Cor. 12. 11): dividens, non divisus; dispersiens, non dispersitus; auctoritatem dans, non auctoritati subiectus. Illum vero, quem Patri tribuit, auctoritatis honorem Paulus dicens, *Deus autem est qui operatur omnia in omnibus* (Ib. v. 6); illum ipsum Spiritui tribuit dicens: *Hæc autem omnia operatur unus et idem Spiritus*. Sed vocatus est Spiritus sanctus Paracletus: cur, nisi quia homines hortatur, sive consolatur? In Scriptura hanc proprietatem observabis: hortationem vocat Apostolus consolationem. Hortatur vero, non quod secundus sit post Deum, sed ut Deus: Dei enim proprium est hortari: nam dicit Apostolus ut no Paracleti, sive exhortantis nomen contemnas: *Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos* (2. Cor. 5. 20). Et ne putet Paulus, fratres, novum quid in dogmata inducere, cum Deum dicit exhortari

Ἐπιφέρει ὁ Ἐχθρὸς πετὴ μεν εὐρυχωρίας, ποτὲ δὲ θλίψεως. Πρὸς δὲ γὰρ δοκιμάζει τὴν διάθεσιν τοῦ ἀνθρώπου ἔγκαιμην, πρὸς αὐτὸ καὶ αὐτὸς στρατεύεται διὰ πανουργίας παραείσεσθαι· Διὸ, ἀδελφε μου, νῆψον ἀσφαλῶς, καὶ σπουδάσον ἀεὶ τῇ ἀναγνώσει προσκολληθῆσαι, ἵνα σε διδάξῃ πῶς δεῖ ἐκφυγεῖν τὰς παγίδας τοῦ Ἐχθροῦ, καὶ καταλαμβάνειν τὴν αἰώνιον ζωὴν. Συστέλλει γὰρ ἡ ἀνάγνωσις τῶν θείων Γραφῶν τὸν νοῦν πλανωμένον, καὶ δωρεταί γνῶσιν ἐξ Θεοῦ· γέγραπται γάρ· *Σχολάσατε, καὶ γνῶτε, ὅτι ἐγὼ εἰμι ὁ Θεός·* ἀκούεις, ἀδελφε, ὅτι γνῶσιν Θεοῦ λαμβάνει ὁ σχολάζων ταῖς θείαις Γραφαῖς ἐν ἀληθινῇ καρδίᾳ. Διὸ, ἀδελφε μου, μὴ ἀμελήσης τῆς [1818] ψυχῆς σου, ἀλλὰ σχολάζῃ τῇ ἀναγνώσει καὶ ταῖς προσευχαῖς· ὅπως φωτισθῇ σου ἡ διάνοια, καὶ ὅπως γένη τέλειος καὶ ὀλόκληρος, ἐν μηδενὶ λειπόμενος. Ἄλλοι καυχῶνται ἐπὶ συνομιλίᾳ μαγιστῶν, ἀρχόντων τε καὶ βασιλέων· σὺ δὲ καύησαι ἐμπροσθεν τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ, συνομιλῶν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι διὰ τῶν θείων Γραφῶν· τὸ γὰρ ἅγιον Πνεῦμα ἐστὶ τὸ λαλοῦν δι' αὐτῶν. Σπουδάσον ἐν ἐντυγχάνειν ταῖς θείαις Γραφαῖς, καὶ προσκατερεῖν ταῖς ἁγίαις εὐχαῖς. Ὡσάκις γὰρ ἂν ἐντυγχᾶνῃς τῷ Θεῷ δι' αὐτῶν, τοσαυτάκις ἀγιαζέται σου τὸ σῶμα, καὶ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ πνεῦμα. Τοῦτο οὖν γινώσκων, ἀδελφε μου, ὅτι, ἤνικα ἂν ἐντυγχᾶνῃς αὐταῖς, ἀγιάζῃ, σπουδάσον πικροτέρως ἐντυγχᾶναι αὐταῖς· κὲν μὴ σχολάζωσιν αἱ χεῖρες, εὐχὸν τῇ διανοίᾳ. Καὶ γὰρ ἡ μακαρία Ἄννα, ἡ μήτηρ τοῦ προφήτου Σμουὴλ, ἠύχετο, καὶ τὰ χεῖλη αὐτῆς ἐσάλειυεν· ἡ δὲ προσευχὴ αὐτῆς εἰς τὰ ὦτα Κυρίου σαδθαὼθ εἰσεληλύθει. Καὶ γὰρ ἐδόθη αὐτῇ ἡ αἰτησις αὐτῆς. Διὸ, ἀδελφε μου, εἰ καὶ σχολάζουσιν αἱ χεῖρες, ἀλλὰ τῇ διαποίᾳ εὐχῶν· καὶ γὰρ σιωπῶντων ὁ Θεὸς ἀκούει. Ἐὰν δὲ οὐκ ἐπίστασαι τὸ ἀναγινώσκειν, προσκόλλου ὅπου ἐστιν ἀκοῦσαι καὶ ὠφελῆθαι· γέγραπται γάρ· *Ἐὰν ἴδῃς ἀνδρα συνειρόν, ῥοθρίβῃ πρὸς αὐτόν, καὶ βαθμοῦς θυρῶν αὐτοῦ ἐκτριβέτω ὁ πούς σου.* Τοῦτο γὰρ συμβάλλεται, ἀδελφε μου, οὐ μόνον τοῖς μὴ ἐπισταμένοις· τὸ ἀναγινῶναι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐπισταμένοις. Πολλοὶ γὰρ εἰσιν ἀναγινώσκοντες, καὶ οὐκ ἐπιγινώσκουσιν τὸ ἀναγινώσκουσι. Βλέπε οὖν, ἀδελφε, μὴ ἀμελήσης τὸ ἐν σοὶ χαρίσματος τοῦ δοθέντος σοι τῇ δωρεᾷ τοῦ Χριστοῦ· ἅλα φρόντισον καὶ ἐκτίησον τὸ πῶς εὐραστήσῃς τῷ Θεῷ δυνήση, ἵνα τύχης τοῦ μακαρισμοῦ· γέγραπται γάρ· *Μακάριοι οἱ ἐξερευνῶντες τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐκτίησούσι αὐτόν.* Βλέπε μὴ σε ἀνακόψῃ ὁ Ἐχθρὸς, ὅταν βούλῃ ἀναγινῶναι, προσφέρων σοι τὴν ἀδικίαν, καὶ βάλλον σε εἰς πειρασμούς, καὶ λέγων· Πόσησον πρῶτον τὸδε τὸ πρᾶγμα, ἐφ' ὅσον ολιγὸν ἐστὶ, καὶ οὕτως ἀμερίμνος ἀναγινώσκῃ. Ἦνικα γὰρ υποβάλλῃ ταῦτα, καὶ προθυμίαν παρέχῃ εἰς τὸ ἐργάζεσθαι, ταῦτα πάντα ἐμβάλλει, ἵνα σε ἀπασχολήσῃ τοῦ ἀνα-

γινῶναι καὶ ὠφελῆθαι. Ὅταν γὰρ ἴδῃ ἀνθρώπων ὁ διάβολος ἐμπόνως ἀναγινώσκοντα καὶ ὠφελομένον, ταῦτα ταῖς ἀφορμαῖς καὶ ἄλλαις πολλαῖς παρατάσσει αὐτῷ, ἐμποδίζειν αὐτὸν ζητῶν. Σὺ οὖν μὴ πεισθῆς αὐτῷ, ἀλλὰ γενου ὡσαύτῃς ἐλαφὸς δειψῶσα, καὶ ἐπιποθῶν ἐλθεῖν ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, τούτεστιν ἐπὶ τὰς θείας Γραφάς, ὅπως πῆλ ἐξ αὐτῶν, καὶ καταφύξῃς σου τὴν δίψαν τὴν συμπλέγουσάν σε διὰ τῶν παθῶν. Σὺμπινε δὲ καὶ τὴν ἐξ αὐτῶν ὠφελειάν σοι γινομένην· οἶδόν τι λέγω, ἵνα, ὅταν ὁ Κύριος διαρῆται σοι τοῦ ἐπιγνῶσαι ἐξ αὐτῶν λόγον, μὴ παρέλθῃς, ἀλλὰ μελετήσης αὐτὸν ἐν τῇ διανοίᾳ σου, καὶ ἐγγράψῃς αὐτὸν ἐν τῇ καρδίᾳ σου, καὶ τῇ μνήμῃ διαφυλάξῃς αὐτὸν ἀνεξάλειπτον. Γέγραπται γάρ· *Ἐν τοῖς δικιωμάτι σου μελετήσω, οὐκ ἐπ' ἀλήσομαι τῶν λόγων σου·* καὶ πάλιν, *Ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἐκρυψα τὰ λόγια σου, ὅπως ἂν μὴ ἀμάρτω σοι·* καὶ πάλιν, *Ἐν τίνι κατορθώσει νεώτερος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ; ἂν τῷ συνλάξασθαι τοὺς λόγους σου.* Βλέπει, ἀδελφε, ὅτι ἐν τῷ μνημονεῖν τῶν λόγων τοῦ Θεοῦ κατορθοὶ ἀνθρώπος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ. Τίς γάρ ἐστιν ὁ μνημονεύων τῶν λόγων τοῦ Θεοῦ καὶ μὴ κατορθῶν, εἰ μὴ ἄρα ἐκείνος ὑπάρχει ἀδόκιμος καὶ ταλαίπωρος, ὁ οὐδὲν ὄλων μνημονεύων, ἀλλὰ καὶ ὧν δοκεῖ μνημονεύειν ἐπιλανθάνομενος; Τῷ γὰρ τοιοῦτῷ ἀνθρώπῳ λέγει ὁ Θεός· *Ἰσραὶ σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικιωμάτῃ μου, καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου διὰ στόματός σου;* Κελεύει οὖν ἀπαρῆθαι ἀπ' αὐτοῦ καὶ ὁ δοκεῖ ἔχειν· ὅτι οὕτως δοκεῖ ἔχειν πίστιν (καὶ γὰρ Χριστιανὸν ἐαυτὸν ἀποκαλεῖ), τοῖς δὲ ἔργοις ἀρείεται, καὶ ἐστὶν ἀπίστου χείρων. Διὸ κελεύει ἀπαρῆθαι ἀπ' αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ ἐλαθεν ἐν ἡμέρᾳ ἀπολευτρώσεως, ὁ δοκεῖ ἔχειν. Καὶ γίνεταί ὁ τοιοῦτος· ἀνθρώπος ὡσπερ κεράμιον οἴνου ῥήγμα πεποιηκός, καὶ δι' αὐτοῦ ἀπολωλεκός τὸν οἶνον· ὅπερ πάντες μὲν οἱ ὄραντες, μὴ ἰδόντες ὃ τὸ γεγονός, δοκοῦσι μεστὸν εἶναι· ὅταν δὲ ἐρευνηθῇ, τότε φανεροῦται πᾶσιν, ὅτι κενὸν ἐστὶ καίμενον. Οὕτως οὖν καὶ ὁ τοιοῦτος ἀνθρώπος κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην τῆς κρίσεως ἐρευνηόμενος, εὐρίσκειται· καὶ τότε φανερὰ πᾶσι τὰ κατ' αὐτὸν γίνεταί. Τοιοῦτοί εἰσι καὶ ἐρούνητες τῷ βασιλεῖ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· *Κύριε, οὐ τῷ σῶ ὄνομαι δυνάμις πολλὰς ἐποιήσαμεν;* Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ βασιλεὺς ἐπεὶ αὐτοὺς· *Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς.* Βλέπει, ἀδελφε, ὅτι οὐδὲν ἔλεος ἔχει ὁ τοιοῦτος. Σὺ οὖν [1819] μνημόνευε τῶν λόγων ὧν ἀκούεις, καὶ κατέβησον τὴν ὁδὸν σου. Βλέπε μὴ ἐάσης τὴν λήθην καταλθεῖν, καὶ ἀρπάσαι αὐτὸν ἐκ τῆς καρδίας σου· βλέπε μὴ ἐάσης τὰ πετεινά καταλθεῖν, καὶ καταφαγεῖν τὸ σπέρμα τοῦ Θεοῦ· αὐτὸς γὰρ εἶπεν, ὅτι τὸ σπέρμα ἐστὶν ὁ λόγος, ὃν ἠκούσατε. Κρύψον τὸ σπέρμα εἰς τὰς λαγόνας τῆς γῆς· τούτεστι, κρύψον τὸν λόγον ἐν μέσῳ τῆς καρδίας σου, ὅπως καρποφορήσῃ τῷ Κυρίῳ ἐν φόβῳ. Ὅταν δὲ ἀναγινώσκῃς, ἐπιμελῶς καὶ ἐμπόνως ἀναγινώσκῃς, ἐν πολλῇ καταστάσει διερχόμενος τὸν στίχον, καὶ μὴ σπουδάς τε ἅλλα μόνον διερχεσθαι, ἀλλὰ ἐὰν χρεῖα, μὴ ὀκνηθῆς δις καὶ τρίς καὶ πλειστάκις διελθεῖν τὸν στίχον, ὅπως νοήσης τὴν δύναμιν αὐτοῦ. Ὅταν δὲ μέλλῃς καθεσθῆναι καὶ ἀναγινῶσαι, ἢ καὶ πάλιν ἀναγινώσκοντας ἀκοῦσαι, δεθήθητι πρῶτον τοῦ Θεοῦ λέγων· *Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, ἀνοίξον τὰ ὦτα καὶ τοὺς ὀφθαλμούς τῆς καρδίας μου, τοῦ ἀκούσαι με τὸν λόγον σου, καὶ συνιέναι,* καὶ ποιηταί τὸ θέλημά σου, Κύριε, ὅτι πάροικος ἐγὼ εἰμι ἐν τῇ γῇ. Μὴ ἀποκρύψῃς ἀπ' ἐμοῦ τὰς ἐντολάς σου, ἀλλ' *Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ καταρῆσω τὰ θανμῶσια ἐκ τοῦ νόμου σου·* ἐπὶ σοὶ γὰρ ἤλπισα ὁ Θεός μου, ἵνα σὺ μου φωτίσης τὴν καρδίαν. Ναί, ἀδελφε μου, παρακάτω, οὕτω πάντοτε εὐχὸν τῷ Θεῷ, ὅπως φωτίσῃ σου τὸν νοῦν, καὶ ἐπιλώσῃ σοι τὴν δύναμιν τῶν λόγων αὐτοῦ. Πολλοὶ γὰρ ἐπλανήθησαν θαρρήσαντες τῇ συνάσει αὐτῶν, καὶ *Φάσκοιτες εἶναι σοφοὶ ἐμωρᾶνθῃσαν,* μὴ νοοῦντες τὰ γεγραμμένα, καὶ περιέπεσαν εἰς βλασφημίαν, καὶ ἀπώλοντο. Ἐὰν οὖν ἐν τῷ ἀναγινώσκῃν σε εὐρῆς λόγον δυσνόητον, βλέπε μὴ σε διδάξῃ ὁ Πονηρὸς λέγειν ἐν εαυτῷ, ὅτι· Οὐχ οὕτως ἐστίν, ὡς λέγει ὁ λόγος οὗτος· πῶς γὰρ δυναταί οὕτως εἶναι; καὶ τὰ τοιαῦτα· ἀλλ', εἰ πιστεῖς τῷ Θεῷ, πίστευε καὶ τοὺς λόγους αὐτοῦ, καὶ λέγε πρὸς τὸν Πονηρὸν, Πορεύου εἰς τὰ ὀπίσω μου, Σατανά. Ἐγὼ γὰρ οἶδα, *Τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, λόγια ἀγνῶ ἐστίν,*

ἀρηρίον πεπυρωμένον ἐκταπλασίως· καὶ οὐδὲν ἐν αὐτοῖς σκολίων, οὐδὲ στριγγαλιῶδες, ἀλλὰ πάντα τὰ ἀγαθὰ ἐνώπιόν τοῖς συνουσίαι· ἐγὼ δὲ ἀσύνετός εἰμι, καὶ οὐ γινώσκω· οἶδα οὖν ὅτι πνευματικῶς γεγραμμένα εἰσι· λέγει γὰρ καὶ ὁ Ἀπόστολος, ὅτι Ὁ νόμος πνευματικῶς ἐστίν. Εἶθ' οὕτως ἀνάβλεψον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ εἰπέ· Κύριε, πιστεύω τοῖς λόγοις σου· οὐκ ἀντιλέγω, ἀλλὰ θαρρῶ τοῖς λόγοις τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Σὺ οὖν, Κύριε, σώσον με, ὅπως εὕρω χάριν ἐνώπιόν σου. Ἐγὼ γὰρ ἄλλο τι οὐ ζητῶ, εἰ μὴ μόνον τοῦ σωθῆναι, ὅπως τύχῃ τοῦ ἐλέους σου, εὐσπλαγγνε· ὅτι σοῦ ἐστὶν ἡ βασιλεία καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. Κτῆσαι δὲ καὶ ἡσυχίαν, ἀδελφέ, ὡσπερ τείχος ὄχυρόν· ἡ γὰρ ἡσυχία ὑψηλότερόν σε ποιεῖ τῶν παθῶν· σὺ γὰρ ἄνωθεν πολεμεῖς, αὐτὰ δὲ κάτωθεν. Κτῆσαι οὖν τὴν ἐν φόβῳ Θεοῦ ἡσυχίαν, καὶ οὐ μὴ σε βλάβῃ πάντα τὰ βέλη τοῦ Ἐχθροῦ· ἡσυχία γὰρ φόβῳ Θεοῦ συνεzeugμένη ἄρμα πυρίνόν ἐστι. Καὶ πειθῆς σε Ἥλιος ὁ προφήτης ἀγαπήσας τὴν ἡσυχίαν, καὶ τὸν ῥόβον τοῦ Θεοῦ, ἀναληφθεὶς ὡς εἰς τὸν οὐρανόν. Ἡ ἡσυχία, προκοπὴ μοναζόντων· ἡ ἡσυχία, κλίμαξ οὐράνιος· ἡ ἡσυχία, ὁδὸς βασιλείας οὐρανῶν· ἡ ἡσυχία, κατανούθεως μήτηρ· ἡ ἡσυχία, ἔσοπτρον ἁμαρτημάτων, ἡ δεικνύουσα ἀνθρώπῳ τὰ πλημμελήματα αὐτοῦ· ἡ ἡσυχία, ἡ δάκρυα μὴ ἐμποδίζουσα· ἡ ἡσυχία, πρᾶσιμος γεννήτρια· ἡ ἡσυχία, ταπεινοφροσύνης σύσκηνη· ἡ ἡσυχία, φόβῳ Θεοῦ συνεzeugμένη, διανοίας φωταγωγέ· ἡ ἡσυχία, λογισμῶν κατὰσκοπε, καὶ διακρίσεως σύμπωνε· ἡ ἡσυχία, γεννήτρια παντὸς ἀγαθοῦ, νηστείας ἑδραῖωμα, καὶ γαστριμαργίας ἐμπόδιον· ἡ ἡσυχία, σχολασίας προσευχῆς καὶ ἀναγνώσεως· ἡ ἡσυχία, γαλήνη λογισμῶν, καὶ λιμὴν εὐδίας· ἡ ἡσυχία, ἀμεριμνία ψυχῆς· ἡ ἡσυχία, ζυγὸς χρηστὸς καὶ φορτὸν ἐλαφρὸν, ἀναπαύουσα καὶ βαστάζουσα τὸν βαστάζοντά σε· ἡ ἡσυχία, εὐφροσύνη ψυχῆς καὶ καρδίας· ἡ ἡσυχία, ὀφθαλμῶν καὶ ἀκοῆς καὶ γλώσσης χαλινός· ἡ ἡσυχία περπερότης ἀναίρεσις, καὶ ἀναιδείας ἐχθρά· ἡ ἡσυχία, δεσμοκτήριον παθῶν· ἡ ἡσυχία, πάσης ἀρετῆς συνεργέ, ἀκτημοσύνη πρόξενε, χωρίον Θεοῦ καρποφοροῦν καρποὺς ἀγαθοῦς· ἡ ἡσυχία, λείχος καὶ ὀχύρωμα τῶν βουλομένων ἀγωνίασθαι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ναί, ἀδελφέ, ταύτην κτῆσαι τὴν καλὴν [820] μερίδα, ἢν Μαρία ἐξελέξατο. Αὕτη γὰρ ἡ Μαρία ἐγένετο ὑπόδειγμα τῆς ἡσυχίας, παρακάθισα παρὰ τοῖς ποσὶ τοῦ Κυρίου, καὶ αὐτῷ μόνῳ προσκολληθεῖσα. Διὸ καὶ ἐπήμεσεν αὐτὴν ὁ Κύριος, λέγων· *Μαρία τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθῆσεται ἀπ' αὐτῆς*. Βλέπεις, ἀδελφέ, οἷα ἐστὶν ἡ ἡσυχία· ὅτι αὐτὸς ἐστὶ, καὶ ἐπαινεῖ τὸν κτωμένον αὐτὴν ὁ Δεσπότης ἡμῶν Θεός. Ταύτην κτῆσαι, ἀδελφέ μου, καὶ κατατρυφήσεις τοῦ Κυρίου σου, παρακαθεζόμενος τοῖς ποσίν αὐτοῦ καὶ αὐτῷ μόνῳ προσκολλώμενος, ἵνα λέγῃς·

* Forti, ἐπὶ αὐτὸς ἐστὶν δεσπότης. Savil. voluit ὅτι ἀγαθὴ ἐστὶ, καὶ ἐπὶ τὴν κτωμένην αὐτὴν.

καὶ σὺ μετὰ παρρησίας· *Ἐκολλήθη ἡ ψυχὴ μου ἐπίσω σου, ἐμοῦ δὲ ἀντελάβετο ἡ δεξιὰ σου*. Διὰ τοῦτο ὡς ἐκ στέματος καὶ πιεθτος ἐμπλησθεὶς ἡ ψυχὴ μου. Ναί, ἀδελφέ μου, ταύτην κτῆσαι τὴν μέλιτος γλυκυτέραν. Κρεῖσσον γὰρ ψυμὰς ἐν ἅλει ἡσυχίας καὶ ἀμεριμνίας, ἢ παράθεσις ἐδεσμάτων πολυτελῶν ἐν περισημοῖς καὶ μεριμναῖς. Ἄκουε τοῦ λέγοντος Δεσπότης Θεοῦ· *Δεῦτε πρὸς με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεσορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς*. Ἀναπαύσαι γὰρ σε θέλει ὁ Κύριος ἀπὸ μεριμνῶν, ἀπὸ θυμοῦ, ἀπὸ πειρασμοῦ καὶ ὀλιψέως τοῦ αἰῶνος τούτου· ἀμεριμνὸν σε εἶναι ἀπὸ τῆς πλινθοουργίας τῆς Αἰγύπτου· ἀγαγεῖν σε βούλεται εἰς τὴν ἔρημον, τουτέστιν, εἰς τὴν ἡσυχίαν, ὅπως φωτίσῃ τὰς ὁδοὺς σου τῷ ἀτύλῳ τῆς νεφέλης, ὅπως ψυμῆι σε τὸ μάνα, λέγω δὴ τὸν ἄρον τῆς ἡσυχίας καὶ ἀμεριμνίας· ὅπως κληρονομήσῃς τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν, λέγω δὴ τὴν ἀνω Ἱερουσαλήμ. Ναί, ἀγαπητέ, ταύτην ἀγάπησον, ταύτην κτῆσαι, ὅπως τερφῆθῃς ἐν τῇ ὁδῷ τῶν μαρτυρίων τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐπὶ παντὶ πλοῦτῳ. Ναί, ἀδελφέ, κτῆσαι τὴν ἡσυχίαν μετὰ φόβου Θεοῦ, καὶ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἔσται μετὰ σοῦ, ὡς πρέπει δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Παρακαλῶ οὖν, ἀδελφοὶ ἡγαπημένοι ὑπὸ Κυρίου, σπουδάζειν ἡμᾶς καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὴν τούτων μνήμην ποιεῖσθαι, λέγω δὴ τῆς ἐλπίδος, τῆς πίστεως, τῆς ἀγάπης, τῆς ταπεινοφροσύνης, τοῦ σφραγίζεσθαι πάντοτε ἐν ταῖς εὐχαῖς τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῖς μελέταις τῶν θείων Γραφῶν, καὶ τῆ ἡσυχίας. Ταῦτα γὰρ ὑμῖν παρόντα καὶ πλεονάζοντα, οὐκ ἀργούς, οὐδὲ ἀκάρπους καθίστησιν εἰς τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπίγνωσιν. Χριστιανὸς γὰρ, ὅς οὐ κέκτηται ταῦτα, τυφλὸς ἐστὶ, μωπαζών, λήθην λαθὼν τὸν πάλαι αὐτοῦ ἁμαρτημάτων· καὶ συμβέβηκεν αὐτῷ τὸ τῆς αληθοῦς παροιμίας, *Κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸν ἴδιον ἐμετον*· καὶ, *Ἦς λουσαμένη ἐν κυλίωμῳ βερβέρου*. Διότι ἀποφυγόντες τὰ μιάσματα τοῦ κόσμου, ὡς γέγραπται, καὶ ταῦτα ἐν τῷ ἁγίῳ λουτρῷ ἀπαρησάμενοι, καὶ ἐν ἐπίγνωσιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γενόμενοι, εἶτα πάλιν τούτοις ἐμπεπλεγμένοι· γέγονεν αὐτοῖς τὰ ἔσχατα χεῖρονα τῶν πρώτων. Κρεῖττον ἦν αὐτοῖς μὴ ἐπιγνώσκειν τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας, ἢ ἐπιγινώσκουσιν εἰς τὰ ὅπισθον πάλιν ἀνακάμψαι. Οὐχ οὖν, ἀγαπητοί, πιστοὶ δούλοι· καὶ ἐκλεκτοὶ στρατιῶται Θεοῦ, Χριστιανοί, ἀναλάβωμεν τὴν πανοπλίαν τῶν προεπιρημένων ἐν τῇ καρδίᾳ ἡμῶν, καὶ καθ' ἑκάστην ἀνυπερθέτως μελεῖν αὐτῶν ποιοῦμενοι· ὅπως συνηθώμεν ἀγωνίασθαι τὸν καλὸν ἀγῶνα, καὶ καταπατήσαι πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ Ἐχθροῦ· ἵνα βυθώμεν ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐπερχομένης ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας, καὶ ἐβρωμεν ἔλαος καὶ χάριν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς φρικτῆς ἐνώπιον τοῦ δικαίου χριστοῦ, τοῦ ἀποδίδοντος ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· ὡς πρέπει δόξα, σὺν τῷ παντοκράτορι Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

frenum! o quies, petulantiae exitium, et impudentiae inimica! o quies, carcer animi morborum! o quies, omnis virtutis auxiliatrix, paupertatem voluntariam concilians, ager Dei fructus ferens bonos! o quies, murus et praesidium eorum qui volunt pugnare pro regno caelorum! Etiam, frater, hanc posside meliorem partem, quam elegit Maria. Haec quippe Maria exemplum est quietis, sedens ad pedes Domini, et ipsi soli haerens. Ideo laudavit eam Dominus dicens: *Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea (Luc. 10. 42)*. Vides, frater, qualis res sit quies; quandoquidem Dominus noster Deus laudat eum qui possidet illam. Hanc posside, frater mi, et delectaberis in Domino tuo, sedens ad pedes ejus et ipsi soli haerens, ut dicas et tu cum fiducia: *Adhaesi anima mea post te, me suscepit dextera tua*. Ideo *Sicut ex adipe et pinguedine repletur anima mea (Psal. 62. 9. et 6)*. Etiam, frater mi, hanc posside melle dulciorum. Melior est enim buccella in sale quietis et tranquillitatis, quam lauta fercula in tentationibus. Audi Dominum Deum dicentem: *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. (Matth. 11. 28)*. Te enim quiescere vult Dominus a sollicitudinibus, ab ira, a tentatione, a tribulatione hujus saeculi, vult te non sollicitam esse circa lateritium opus Aegypti: vult te ducere in desertum, id est in quietem, ut illuminet vias tuas per columnam nubis, et det tibi manna in cibum; nempe panem quietis et tranquillitatis; ut possideas terram bonam, nempe Jerusalem supernam. Etiam, dilecte, hanc posside, ut delecteris in via testimoniorum Dei, sicut in omnibus divitiis.

Quietem posside, frater, cum timore Dei: et Deus pacis erit tecum, quem decet gloria in saecula. Amen. Rogo igitur vos, fratres a Domino dilecti, ut studeatis quotidie horum memoriam habere, spei nempe, fidei, caritatis, humilitatis, ut signetis vos semper in orationibus Dei, in meditationibus divinarum Scripturarum, et in quiete. Haec quippe, si praesentia sint et abundent, non otiosos vos et infructuosos exhibent in cognitione Domini nostri Jesu Christi. Christianus enim, qui haec non possidet, caecus est et nutans, pristinorum peccatorum suorum oblitus; et contigit ei id quod in vero proverbio fertur: *Cavis reversus ad vomitum, et, Sus lota in volutabro luti (2. Petr. 2. 22)*. Ideo qui fugerunt inquinamenta mundi ut scriptum est, illisque in sancto lavacro abnegatis, ad cognitionem Domini nostri Jesu Christi sunt deducti: deinde rursus iisdem complicati sunt, facta sunt ipsis novissima peiora prioribus. Melius fuisset ipsis non cognovisse viam veritatis, quam postquam cognoverant ad posteriora rursum deflectere. Itaque, dilecti, servi fideles et electi milites Dei, Christiani, assumamus in cordibus nostris supra dictorum armorum, et quotidie sine intermissione memoriam eorum recolamus, ut possimus bonum certamen certare, et conculcare omnem potentiam inimici, ut liberemur ab ira ventura super filios immorigeros, et inveniamus misericordiam et gratiam in tremenda die coram justo Judice, qui reddet unicuique secundum opera sua: quem decet gloria cum omnipotente Patre et sanctissimo Spiritu, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

MONITUM

AD ENCOMIUM SANCTI GREGORII,

ARMENORUM ILLUMINATORIS,

QUOD IN MANUSCRIPTIS ARMENIS SANCTI JOANNIS CHRYSOSTOMI NOMINE CIRCUMFERTUR.

Rom prorsus novam hic proferimus, quae ingentem hanc operum Chrysostomi seriem apte claudere possit; encomium nempe sancti Gregorii Armeniae Illuminatoris, quod in manuscriptis Armenis Bibliothecae Regiae habetur, et a D. Abbate de Villefroy, linguarum orientalium peritissimo insigni, ex Armena in Latinam linguam translatum, mihi oblatum fuit.

Habita autem fertur haec concio Kokisi, quae erat urbs Armeniae Minoris, quaeque in editis et in manuscriptis Operum sancti Joannis Chrysostomi Κοκκουσιός, *Coccus*, appellatur. In Vaticano tamen Codice Κοκκουσιός *Coccus* semper legitur; in Itinerario item Antonini frequentissime *Coccus* scribitur. Cocusi igitur, sive Cucusi exsul Chrysostomus, ab episcopo, et a Dioscuro quodam aliique Armenis, cum tanta benignitate exceptus fuit, ut hoc beneficio, inquit ille, totum exsilii maerorem abstergi posse videretur; quin et episcopus Cucusi episcopalem ipsi sedem suam concedere voluit, neque neganti facile obtemperavit. Postquam vero Isaurorum incursione pulsus, Arabisum Armeniae Minoris urbem transfugere coactus est, ab Otreo istius urbis episcopo cum tanta exceptus fuit humanitate, ut inter amicissimos illum deinceps numerarit. Hinc magna illi semper fuit cum Armenis societas, amicitia atque familiaritas.

Rogatu autem Dioscouri ejusdem episcopi, qui consanguineus erat sancti Gregorii Illuminatoris, ut fertur in titulo, hoc encomium edidit, imo etiam ad populum habuit in die festo ejusdem sancti. Hactenus omnia quadrant. Verum quaestio jam movebitur, an vere sit Chrysostomus necne. Exordium certe nihil habet a Chrysostomo alienum: verum in progressu tot tantaque occurrunt Chrysostomi more atque stylo dissonantia, ut tanto doctore nemo adscribere ausit: puteum nempe et fossam loquentem, serpentes et dracones orantes, Tiridatem regem in aprum conversum, et portenta similia: quae tamen ipsa in Vita sancti Gregorii Illuminatoris leguntur, cujus Vita manuscriptos duos Codices vidi, alterum Bibliothecae Regiae, alterum Coislinianae. Posset fortasse dici Chrysostomum concionem in laudem sancti Gregorii Illuminatoris habuisse; sed illam ab Armenis ita immutatam fuisse, ut jam Chrysostomi stylius ibi fere nusquam comparet.

Ut ut res est, non ingratum lectori fore puto quod hoc opusculum protulerim, tum quia in concionis decursu quaedam de Armenia, paucis nota, memorantur; tum quod in eruditissimis notis doctissimi Interpres non pauca scitu digna occurrant.



ENCOMIUM

S. GREGORII, ARMENORUM ILLUMINATORIS,

AUCTORE SANCTO JOANNE CHRYSOSTOMO;

EXCERPTUM

EX D-JARRINTIR, SEU HOMILIARIO ARMENO BIBLIOTHECÆ REGIÆ NOTATO LITTERA C.

EX ARMENA LINGUA IN LATINAM VERSUM ANNO 1735.

MONITUM INTERPRETIS.

Antequam titulum, huic Encomio in manuscripto quo nunc sumus appositum, inscribamus, operæ pretium est lectorem admonere, hoc Encomium in aliis etiam duobus *D-jarrintir* seu Homiliariis Armenis reperiri.

Primum eorum ingentis est molis, et ducentis abhinc et amplius annis videtur exaratum, quod littera *A* insignitur.

Aterum vero maximum est volumen, ex ea forma quam vocant *in-folio*, quod videtur esse decimi vel undecimi sæculi et littera *B* notatur.

Cum autem titulus huic Encomio in illius Homiliariis Armenis appositus, locum et occasionem hujus præfationis doceat, haud ingratum fore lectori confidimus, si titulus uterque, quem in illis *D-jarrintir* nactus sum, oculis ejus subiiciatur.

TITULUS ENCOMII QUOD LEGITUR IN MANUSCRIPTO A.

Joannis Chrysostomi sermo de vita et suppliciis sancti

Gregorii, Majoris Armeniæ patriarchæ, dictus Kokisi, quæ est Armenorum urbs (dum exsul ibi degebat), efflagitante quodam episcopo et doctore Armeno, qui sancti Gregorii consanguineus erat, et Dioscorus vocabatur; et postulante magno cætu, qui congregatus erat Kokisi in die festo sancti Illuminatoris partium Orientalium.

TITULUS ENCOMII QUOD LEGITUR IN MANUSCRIPTO B.

Beati Joannis Chrysostomi Homilia dicta de vita et suppliciis magni patriarchæ et martyris Gregorii Armenorum Illuminatoris, pronuntiata Kokisi, quæ est Armeniæ urbs (dum erat ibi in exilio), efflagitante quodam doctore et episcopo Armenorum, qui Dioscorus vocabatur, atque consanguineus erat martyri Gregorii; postulantis quoque magno cætu et copiosa plebe, qui ab eodem sancto petebant, ut Illuminatoris partium Orientalium in ejus die festo memoriam faceret.

Titulum et encomium nunc accipe ut habentur in Codice qui trecentis circiter abhinc annis conscriptus videtur et littera *C* innotescit.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi Constantinopolis episcopi de sancto Illuminatore Magno Gregorio, Pontifice Dei nostri.

Præfationem. — Ut diversi sunt multiplicis generis flores qui provento veris tempore foliis diversicoloribus ornantur: ita varium est et abundans encomium virorum, qui divinis præditi sunt dotibus, quas cernere tantum oculis atque in apotheca mentis coacervare non sufficit; mens enim ideo colligit et lingua enarrat, ut quamplurimis simul largiatur.

Ingrediens igitur in floriferas virtutum areas strenui martyris et supplicia perpassi, solis splendentis, et pontificis Armeniæ Majoris Illuminatoris; protensusque mentis oculos super florigerum quo fulget decus: nescio utrum ea, quæ complecti quidem possum, encomio sapienter digesto prosequi possim; mihi namque desiderium est omnia congerere, vereor tamen ne plurima mihi excidant.

Jam vero apiculæ, alis præditæ levibus, beatus ille similis merito mihi videtur. Et sane ut admiratione dignum est apiculæ opus, ita et sancti Gregorii virtutes animos rapiunt: utque nemo valet stupendum illius laborem aut sermone aut ingenio assequi, ita et sancti hujus dotes eximias encomio prosequi nemini conceditur.

Quemadmodum autem apis, licet sponte feratur in universos flores ut eos ambiat, non potest tamen succum omnem illorum, ob virium tenuitatem, asportare; ideoque seligit ea, quæ in medio florum emicant et subtiliora sunt, ut aliis suis congregat atque inde mellis favum conficiat: ita et ego ea, quæ com-

plecti potero, coacervabo in mente, et sermone proferam, ut odore suavi nares rectorem eorum qui sacra celebrant mysteria et sancti Gregorii encomium audire gestiunt.

Per tormenta sua Gregorius Armeniam dumis et veribus hirsutam, consutum floribus et pomiferis arboribus hortum efficit. Doctrina sancti Gregorii Illuminatoris. — Jam vero quomodo appellabo pontificem hunc, nisi solem in partibus Orientalibus nascentem, cujus radiorum splendor usque ad gentem Græcorum pertigit? O prodigium! Si quis hortum plantis insertum velit, spinæ primum excinduntur, evellunturque noxiæ radices, nec sine aliqua difficultate hortus ille plantatur: sed magni martyris et supplicia perpassi pontificis hortus in medio spinarum germinavit, ad cælum usque pertigit, et angelicos emisit flores, quorum folia speciosis nitabant coloribus: non equidem spinas, carduos et alias noxiarum herbarum radices excindendo et projiciendo, sed eas in suaveolentes flores et arbores pomiferas transformando, rhamnos reddidit poma ferentes odorifera, carduisque dedit ut rosas ederent et flores speciosos atque fragrantem emittentes odorem.

Felices Riphisimem et Caianam prædico: quæ, cum radicem sumpsissent, unde propagines ortæ sunt et longe lateque diffusæ, intraverunt in Majorem Armeniam, cujus ne minimus quidem angulus protectione ramorum illarum destitutus fuit.

O prodigium! homo corporeus incorporeis agminibus similis est; imo, si sic loqui licet, angelicus potior spiritibus. Horum enim neque corpus neque

membra supplicii et doloribus obnoxia sunt; ille vero in se dolores admisit et tormenta quæ, perinde atque illi qui corporis sunt expertes, pertulit.

Præterea et alia multa sunt in eo genera virtutum. Similem enim illum Petro et Paulo dicere ausim. Namque sicut illi magnis conatibus, magnaque virtute plagas Occidentales ab idololatria revocaverunt ad viam quæ ad cognitionem Dei perducit: ita et beatus Gregorius Orientales partes prædicatione illustravit. Docuit enim illas colendum esse Patrem, Filium et Spiritum sanctum: Verbum a Patre individuam assumpsisse corpus ex Virgine: perfectum Deum factum esse hominem perfectum, atque per nativitatem doloris expertem incorruptibile corpus assumpsisse.

Verbum Dei, inquit, quod est eloquio majus, corpore cum crevisset, conversatum est inter homines; et circumcisionem, quam subierat, per baptismum abrogavit. Traditus est pro nobis ille, qui a sinu Patris indivisibilis erat: elatum est super cruce Verbum et mortuum est quidem quantum ad humanam naturam, sed immortale stetit et mansit quantum ad divinitatem quæ in illo erat. Quia autem ex duplici natura unis efficitur Christus, ideo mortem perpassus est corpore, quod erat divinitati conjunctum. Caro quæ tormenta sustinuit, Deus erat, et immortalis erat divinitas quæ corpus indnerat. Divinitas carnem Deum effecit, atque ita æquabiliter et plane cum Verbo unita fuit, ut illud quod pro nobis mortuum et sepultum est, idem per divinitatem resurrexerit et destruxerit inferos. Illud cognoscite, illud adorete, quia illud (cum Verbo conjunctum) est omnium Deus.

Ea autem est doctrina, qua superbam illam et superciliosam gentem erudiabat.

Prædicatio sancti Gregorii. Fides ejus in Deo. Sol in tenebris fulgens, radix fidei et celestis agricola Gregorius est.—Talenta sibi credita hic multiplicia reddidit, non quidem duo pro unico, aut quatuor pro duobus, aut decem pro quinque referens, sed talentorum myriadas lucratus est, et idcirco a Domino verba hæc audivit: *Euge, serve bone et fidelis, quia in pauca hucusque fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui (Matth. 25. 11. et 23).*

Beatum hunc apostoli nomine insignio. Is namque cæterorum instar apostolorum, prædicavit Deum verum, idola et idolorum templa destruxit, Deum cæli adorare docuit, et superstitionem erga creaturas abrogando religionem, cultum Conditoris creaturam instituit.

Is ardenti cum zelo libros Scripturarum divinitus inspiratarum edocuit: hominibus conscripsit (a) sapientia plenas, populosque quamplurimos erudit (b).

Novi Danielis nomen apud hæc Gregorius obtinet. Sicut enim propheta sanctus a rege Babyloniorum pœnas exegit, illumque velut bovem et sub forma bovis pastum abegit in deserta: ita et rebellem veritati Tiridatem aprugna forma indutum Gregorii preces humanæ formæ restituerunt. Fidem eipdem habuit spe nixam, et integram ut granum sinapis, in quo non potest corrupto vermibus oriri, neque grani virtutem inminuere: verum fidem ita firmam habuit, ut id perficiendum confideret, quodcumque postularet a Deo; atque si diceret monti, Transfer te illuc, procul dubio transferendum fore pro certo teneret. Absit ergo, ut nos crediderit hominem aprugna forma indutum priori formæ posse restitui.

Ast ego virum hunc admirandum valde suspicio sponte, ne feror in ejus encomium: verum timeo ne tanti viri laudibus impar sit oratio mea; non ideo tamen a proposito recedere mens est: confido enim

(a) Vigiinti et tres homilias composuit, quas habemus in Codice O. Bibliothecæ Regiæ.

(b) Innuat institutionem ad fidem quam scripsit sanctus Gregorius in gratiam regis et regni Armeniæ. Hæc fidei expositio reperitur quoque in supra dicto Codice, qui scriptus fuit anno aræ Armeniæ 701, et Christi 1285.

tenuitatem virum mearum animi promptitudine fore superandam. Ea igitur, quæ valeo depræmere ex iis in quibus manifestata est dextera Dei, proferam.

O novum portentum! sol in aereo cælo a Deo conclusus, ab alto in terras emittit radios: verum hic sanctus ex profunda, in qua detentus erat, fovea, radios suos in excelsa cælorum dirigit. Eum intuentes angeli et archangeli felicem pronuntiabant, eique in fossa jacenti famulabantur. Corpus ejus videbant in lacu, dum in cælis fulgebat ejus sanctitas: corporeus in cælo, angelus in terra: corpus habens, sine corpore esse videbatur: cælestis homo, terrestri angelus et cælo columna ignis caput ejus in terra pergit: illuminator Armeniæ, fundamentum stabile Græcorum (Armenia Minoris), apostolus Christi, vianique præmonstrans hominibus.

Felicem te dico primam, o Cæsarea Cappadocum: a te enim inpositionem manuum accepit multorum pastor populorum. Tunc autem eodem virtutum splendore fulgebant consecratus et consecrator.

Ili (Cappadoces) validis jam fundati erant radicibus; et ille ipse solus radicem sumpsit, unde alii, qui radicis expertes erant, suam acciperent. Ibi multæ colligebantur fruges ab operariis, qui olim inculta exculerant: ille vero solus ipse operarius, unica manu tenens aratri stivam, terras complures incultas verbo veritatis emollebat. Unico vomere sulcos cum aperuisset innumeros, semen quintuplex et multos fructus retulit: atque pugillo secula divinum apprehendens, digitis infinita grana spargentibus, campos seminabat plurimos. Tunc in sulcis, unico lacerto excisis, satæ unica manu fruges simul germinabant.

Illic videre erat autumnum et ver, messem et aræ tempus; et quando adventabat hyems, unicum spargebat semen, nempe verbum Dei. At ecce diversas quæ inde oriebantur fruges advertens, maturas alias, alias maturitate pingues in arcam messis tempore comportabat, triturabat, vannò mundabat, atque componebat in acervos, ut eas inde in horrea locis deferret.

De sancto Gregorio in puteum serpentibus et draconibus refertum injecto.—Quid quod hyems (Armenia), quæ acceperat ex seminibus florum fidei, quibus per glaciem infidelitatis non licerat progrediri, ipsum seminatorem project inter exitiosa veneno reptilia?

Homines, qui cum sancto illo sermonem et vultum communes habebant, mores induerant serpentum: at contra, dracones letiferi armati veneno mitium hominum mores referunt, pedesque sancti eodem quo mortem inferunt ore lingentes, obsequium ei exhibent.

Quid tum? Diu perseveravit tempus hyemis, et seminatore, instar seminibus quod rigente glacie satum est, periisse arbitrati sunt Armeni. Aperitur fovea: quærebant corruptos totius hominis artus; at multarum vocum concentus audiunt: tetrum ex draconibus et serpentibus odorem nares suas pervasurum reformidabant; at inde suavis odor, velut ex hortu voluptatis, exhalatur: ossa carie assumpta quærebant oculis; sed splendentem in ejus facie solem contemplantur: in fovea exanimem reputabant; ast eum, velut in augustissimo templo, deambulantem intuentur: artus fame consumptos investigabant; sanum vero et cælesti cibo saginatum advertunt: comminutum dentibus draconum corpus indigabant; sed cicuratos ab ipso serpentes admirantur, contemptores contemptos sese vident ab eo quem desperaverant.

Pudore suffusi erubescunt, exclamantque attenti: Magnus est Deus quem prædicat magnus Gregorius. Infirmata sunt arma nostra ab illo, quem a venenatis draconibus inarmatum arbitramur. Quintemiam, si defuissent dracones, per solam famem, futurum erat ut absumeretur corpus, quod inde nullus mortalium eripere poterat. Verum mirabilis est Deus in sanctis suis, inquit, ab mentem Davidis propheta; glorificatores enim suos glorificat. Admi-

ralundi suum erubescere facinus, atque dicebant: Is quem in foveam et tenebras projecimus, nobis, qui certe filii tenebrarum eramus, veluti sol, illuxit, nosque de tenebris educens, filios lucis effecit. Is a magno ovium Pastore, qui veniam pro tortoribus deprecabatur, edoctus fuit: nos enim tortores ejus eramus dum projiceretur in foveam: at ille, fulgens Illuminator, vestimento lucis nos induit, pedesque nostros in viam pacis mirabiliter direxit. Nos ejus carnifices fuimus; hic vero providus pastor noster est: hic pater misericors, nos filii in patrem rebelles, quin et parricidae: hic divinis vallatus erat castris, ut vastantem lupum ab ovium septo funda propelleret; nos autem aberrantes secuti sumus lupum depopulatorem, quem vulneraverat, præcipitem egerat, et perdidit in æternum: hic pastor optimus, nos grex rebellis et canis desertor: hic medicus; nos ægrotantes propeverimus eum, qui nobis medebatur, interficere quoad corpus, quasi impossibile sit immortalitatem eum esse quoad animam. Hic præbit nobis, præcidebatque apinas in via, quæ ducit ad cognitionem Dei; nos vero, cæci et incauti, cecidimus in foveam perditionis, et utroque orbatu oculo pastorem nostrum percutientes in altum iniecimus puteum, atque in caritate nostra perseverantes, nihil intelleximus. Hic erat lucerna lucens; nos autem in tenebris sedentes non insistebamus ardenti vestigiorum ejus splendore: hic Dei servus erat; at illa, quæ deus appellabamus, erant creaturæ servi hominum; ideoque hic servus Dei deus, quos colebamus, repulit.

Corde nostra exercebantur, et non intelligebamus: comprehendimus enim eum et in profundum abyssum demissimus; atque eodem instanti vidimus terram profundam in se continere solem, qui nobis afulgebat. Providi doctoris nostri corpus prædam fore ferarum arbitrabamur; at vidimus illud a serpentibus et draconibus observatum, instar Adami recens creati, in quem, ante transgressionem primam, nullam et serpentes et basilisci nocendi potestatem habebant; nos vero, qui prævaricationem Adæ sectati sumus, a feris despiciuntur. Nos potestatem in fidei nostræ principem draconibus contulimus: at debilitatam vidimus illorum virtutem qui, columbarum instar, placide gemebant; suisque linguis, quibus ob Adæ prævaricationem datum fuit calcaneo insidiari, innocenti Christi discipulo adlandiebantur.

Quid ergo dicemus? aut quomodo patere audebunt pupillæ oculorum nostrorum, aspicere et intueri misericordem patrem nostrum, ut ab eo veniam deprecemur, qui innumera in eum convicia furentes congestissimus? Verumtamen quia in ejus corde nulla erat similitudo; ideo confidamus, curramus ad ostium foveæ, ibique dicamus: Exi foras, serve Dei, et subijce tibi servos tuos, qui in te potestatem acceperunt ab eo quem conterebas in abyssis, dum profundam descendebas in foveam: et sicut a Magistro tuo edoctus es, similiter et fac eum discipulis tuis.

Ascende, magister bone, in Armeniam, apud nos qui visi sumus secunda Babylon. Namque, pro fornace, accendimus foveam, in quam, loco ignis ardentis, venenatos immisimus dracones, quorum virus exstinguebant, in modum rotis, virtutes tuæ: inter mortiferam serpentum et basiliscorum flammam incedebas: spirantes ignem dracones conculcabas pedibus, atque videbaris redivivus Ananias, Azarias et Misael, dum individuum colebas Trinitatem, cui non credebamus. Credimus nunc et laudamus cum rege Babyloniorum Nabuchodonosor, quandoquidem divinum in medio fornacis rorem advertimus.

Exi foras, serve Dei excelsi; per te enim creditimus et confitemur Patrem, Filium et Spiritum sanctum: egredere ex fovea tua, et glorifica illum qui glorificantem se glorificavit, teque maximo affectu honore. Divinam tuam extolle vocem, et dic: Deum colite, quem ego libere prædicavi: ille est creator

omnium, qui me a pestiferis draconibus servavit incolumem.

Egredere, nove Daniel, et Sadoc (a) regi Babylonis, id est, Armeniæ, ostende te qui projectus es in lacum, non inter duos leones quidem, sed, quod magis est, inter ferocissimas belluas. Omnis enim fera quamvis artus confringat, fieri tamen potest ut quis semel aliquando sanitati restitatur: at venenati et pestilentes dracones non confringunt corpus neque mutilant, sed, instar aciculæ cujusdam, punigendo, mortem invisibilem afferunt. Tu vero incolumis evasisti, nedum ab illis interemptus fueris.

Verum hæc ea sunt omnia, quæ forsitan illis erat ad manum sancto dicere: nos autem, suppliciorum ejus causam in medicam afferentes, encomium prosequamur.

Gregorius variis torquetur suppliciis, — in puteum serpentibus et draconibus resertum injicitur. — Tiridates rex ob parentis sui eadem furebat; et ideo acerbissimis tormentis et cruciatibus, verberibus et corporis inter asseres compressione pectinibus ferreis, et omni dirorum suppliciorum genere, quæ pariebat furor, Gregorium torquebat. Martyr autem sanctus illa propter amorem Jesu Christi Domini nostri sponte perferens, carnifices sic alloquebatur: Suppliciis et cruciatibus torqueor a vobis, qui carnalia diligentes hac vita potimini, quæ somno similis, cras evanescet, atque vitæ immortalis spæ præcidimini; ast ego ad horam patior pro eo, qui pro me perperussus est tormenta; ideoque patet immortalis vita necnon et paradisi, suaves exhalantis odores, voluptas: illuc ingrediar, et illius hæres sicut in æternum. Gaudio peritus illa beneficium esse reputo supplicia, quæ in me congeritis, et esse mihi detrimento arbitrari. Quamvis enim inter asseres membra et ossa mea momentaneo dolore conteratis, exinde tamen sana spica evadam; atque velut palma firmis iuxta radicibus, multos longe lateque surculos proferens, venusta foliis, floribus elegans, quibus marcescere nunquam continget, exaltabor coram Factore meo, atque vernans et densa in viridario horti, manu Dei consiti, læta fulgebo. Licet enim capite deorsum verso machinis crudeliter suspendar, et comminuar inter asseres, confido tamen futurum ut, post exiguum doloris spatium, caput usque in caelos coram Factore meo efferam. Quinetiam obijciar feris et ursis velut totidem instrumentis suppliciorum, quibus corpus meum consumatur: fiduciam habeo diademam auream et ornatam coronam mihi ab illis connecti, quam aptabit capiti meo Rex caelestis, cum super sponsæ thalamum sedere mihi dabit. Quid quod hic sanguis et corpore meo emanans tingit mihi purpuream et coccineam immortalitatis traheam, quæ non marcescet in æternum? Hæc ea sunt omnia quæ martyrem decuit respondere.

Quid postea? Nondum immanitate sua satius Tiridates, quantumvis vincitum et cruciatum Gregorium teneret, atque quasi cum iis, quæ ante acta erant, cohererentiam haberent illi cruciatibus: Profecto, inquit, filius est Anaci e genere Parthorum, qui patrem meum Chosroem interemit. Inbetque Tiridates Gregorium pedibus vincitum, vincitumque manibus et collo abduci in provinciæ Araratensis arcem (b), ibique in profundam foveam detrudi.

O amens! inquit ab forsant sanctus Gregorius: si enim pater meus gladio aggressus est impium patrem tuum, ille non solum occisus est, et transitorium

(a) Licet vox ista non videatur Armena, verti tamen potest ex Armenorum ipsorum interpretatione *Justus, justificatus, innocens*: ita ut sensus sit, et *innocentem regi Babylonis, id est, Armeniæ, ostende te*. Non enim video cur Sadoc nominetur Tiridates, quem nulli sic vocant Armeni Codices.

(b) Scilicet Artaxatam. Urbem (quæ ab Armenis Devine appellatur) distantem triginta leucis ab urbe, tunc Regiæ, Vaghrarchabat, versus Orientem.

amisit illud, quod vitam esse reputabat; sed et anima ejus ingressa est quoque in cruciatus, inter quos non morletur. Tu vero, fili parentis impii, cum in ultionem patris tui pœnas a me exigebas, ideo non superabam te tormenta tua, quia corpus meum incoluere servari necessum erat; ast ego animam tuam simul et corpus tuum invisibili cruciabam supplicio, ut Deum meum contritus tandem adores. In conspectu tuo cruciari me jubes; at tu ipse vel præsentem me vel absente cruciaris, et non intelligis Regem meum a te illo modo pœnas exigere, atque ab eo in æternum tibi præparari tortorem illum quem tu tibi amicum esse existimas.

